

Titel: M. Gregorii Michaelis Praepos: Reg: Flensburg: iam
Swabstadt. Notae in Jacobi Gaffarelli Curiositates

Autor: Gaffarellus, Jacobus; Michael, Gregorius; Deutsche
Forschungsgemeinschaft (DFG)

Purl: <https://resolver.sub.uni-hamburg.de/kitodo/PPN735675929>

Rechtehinweis und Informationen

Der Inhalt ist gemeinfrei. Das Digitalisat darf frei genutzt werden.



Zum Zwecke der Referenzierbarkeit und einem erleichterten Zugang zum Original bitten wir um folgenden Hinweis bei der Nachnutzung:

Original und digitale Bereitstellung:
Staats- und Universitätsbibliothek Hamburg Carl von Ossietzky
+ Signatur + Link zum Digitalisat

Qualitativ höherwertige Reproduktionen können in verschiedenen Formaten und Auflösungen kostenpflichtig erworben werden. Gebühren werden entsprechend der Gebührenordnung für wissenschaftliche Bibliotheken der Freien und Hansestadt Hamburg erhoben.

Sollten Sie das Objekt in Ihrer eigenen Veröffentlichung verwenden, würden wir uns freuen, wenn Sie uns darüber informieren und uns die bibliographischen Angaben Ihrer Publikation mitteilen. Wir freuen uns natürlich sehr, wenn Sie uns zur Information sogar ein Belegexemplar der Publikation zukommen lassen können.

Kontakt für Nachfragen:
Staats- und Universitätsbibliothek Hamburg - Carl von Ossietzky -
Von-Melle-Park 3
20146 Hamburg
auskunft@sub.uni-hamburg.de
<https://www.sub.uni-hamburg.de>



↑

mm 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100 110 120 130 140 150 160 170 180 190 200

inch 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

10	09	03	02	01	C7	B7	A7	C8	B8	A8	C9	B9
----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----

the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE253 Serial No.

Patch Reference numbers on UTT

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 A20 18 17 16 11

C1	B1	A1	C2	B2	A2	B5	A5	A20	18	17	16	11
----	----	----	----	----	----	----	----	-----	----	----	----	----

21
M. GREGORII MICHAELIS

Præpos: Reg: Flensburg: & jam
Svvalstadt.

NOTÆ

in

JACOBI GAFFARELLI
CURIOSITATES.



HAMBURGI,
apud GOTHOFREDUM Schulzen/
1676.

ORIGINE MICHAELIS

IN

1711

NOTA

IN

LIBRO GALELLI

CURIOSITATES



HAMBURGI

IN

1711

IN
Not a
ph
N. 2. D
N. 3. I
tar
N. 4. D
N. 5. D
bus
N. 6. D
N. 7. I
sub
N. 8. de
N. 9. D
bon
E. 10. I
bus
E. 11. I
ni
N. 12
N. 13
Es
N. 14
N. 15
N. 16
N.
N.

INDEX NOTARUM.

Not a 1. De Lapide Philoso- phico pag.1	fanis	107
N. 2. De Voarchodumiâ 14	N. 20. De Bibliorum & Gen- tilium librorum lectione	109
N. 3. De signaturis Plane- tarum 15	N. 21. De Convivio Judeo- rum Sabbathico 112	
N. 4. De Nestoris scypho 17	N. 22. De Decem Creatis circa vesperam Sabbathi Hiatâ & prodigioso 115	
N. 5. De Norwagicis Pesci- bus cū Characterib9. 19	N. 23. De Fonte Aquarum in deserto è rape manan- te 121	
N. 6. De Judeis 23	N. 24. De Asinâ Bileam 123	
N. 7. De culto à Iudæis A- finô 28	N. 25. De Iride 127	
N. 8. de adoratis Nubib9. 33	N. 26. De Mannâ 134	
N. 9. De exhibitis Baccho honoribus 35	N. 27. De Virgâ Mosis 134	
N. 10. De cultis à syris Pesci- bus 39	N. 28. De Verme Schamir 147	
N. 11. De Tritonibus & Sire- nibus 41	N. 29. De Tabulâ Mosis. 148	
N. 12. De Idolo Dagon 46	N. 30. De Tumulo Mosis. 159	
N. 13. De prosperitate & Exitio R. Salamonis 57	N. 31. De Abrahami Ariete 171	
N. 14. De Vitulo itronis 71	N. 32. De Sex Mundî Mil- lenariis 175	
N. 15. De Peccato Aronis. 76	N. 33. De Anno Nativitatis Christi 180	
N. 16. De Vitulis Jeroboami 79	N. 34. De Libris Judaicis 182	
N. 17. De Figurâ Cherubino- rum. 83	N. 35. De Patrum Erroribus 183	
N. 18. De Moloch & oblati- ei liberis. 95		
N. 19. De Scriptoribus pro-)o()o(N. 36.	

N. 36. De lapsu memoria Matthæo falsissimè im- putato 190	N. 53. De Gigantibus et rumque ossibus 243
N. 37. De Antilogiis 190	N. 54. De Conversis in sa- xa 249
N. 38. De Chamo & Zoro- astro 191	N. 55. De resuscitaione 249
N. 39. De Persarum Astro- latriâ 193	N. 56. De Umbrarum ap- partitione 253
N. 40. De Magis 195	N. 57. De Pluviâ Ranarum 255
N. 41. De Teraphim 197	N. 58. De Piscibus cum no- tis V. N. S. 257
N. 42. De Labani Teraphim 204	N. 59. De Figuris Talis ma- nicis & Sigillis 257
N. 43. De Micha Teraphim 205	N. 60. De Usu Tisfemarum 285
N. 44. De Michole Tera- phim 208	N. 61. De Serpente Moysi aneo 286
N. 45. De Teraphincorum prohibitione 211	N. 62. De Instuxu siderum in res artificiales 286
N. 46. De Simulachro & Dianâ Multimamiâ 212	N. 63. De Modo Janandi per Characteres 288
N. 47. De campanis & Ho- rologiis 217	N. 64. De Astrologis 304
N. 48. De Rakia 221	N. 65. De Ignibus Solt ac Luna accensis 306
N. 49. De Mose cum corni- bus 224	N. 66. De siderum Præsidi- bus 310
N. 50. De Liliis, Gallorum insigniis, & cellis 229	N. 67. De Atlante 313
N. 51. De Talis maniciis 238	N. 68. De Circulo Viridi 316
N. 52. De Signatura Her- barum 242	N. 69. De Achazi Horologio 317

N. 70. De Astrologiâ Vete- rùm	323	N. 85. De Lilitb	365
N. 71. De Astrologis Ebrais	326	N. 86. De Luna & Lunâ	367
N. 72. De Septem Intelli- gentiis	328	N. 87. De Kijun & Rem- phan	369
N. 73. De Sephiroth	330	N. 88. De Mazal tobh.	379
N. 74. De Religionis & Re- gnorum mutationibus	333	N. 89. Gad & Meni	380
N. 75. De Religionis Chri- stiane principiis ac tri- bus Mundi impostoribus	335	N. 90. De Machatalobh	f. XII
N. 76. De Themate Christi Natalitio	337	Domibus Planetarum	385
N. 77. De Stellarum in flu- entiâ	340	N. 91. De Athlis	394
N. 78. De Chimah s. Arctu- ro	345	N. 92. De Meteoris	395
N. 79. De Virginis pictura	347	N. 93. De Portentis	397
N. 80. De Chocob s. Mercu- rio	347	N. 94. De Crucibus in vesti- mentis	405
N. 81. De Schibolet	351	N. 95. De Lactis, Terra Numorum ac pluvia	409
N. 82. De Ebrais Astrola- tris	355	N. 96. De Manna cum litte- ra Van	412
N. 83. De Horoscopo	356	N. 97. De Grandine prodi- giosâ	418
N. 84. De Planetis	362	N. 98. De Nive sexagona	419
		N. 99. De Cometis	425
		N. 99. Addit. De Avium la- quela	431
		N. 100. De Libro Cali ejus- demque Lecturâ	445

F I N I S.

C

Q

inere
anim
perit
lumo
plus
supp
tatut

A

ARC
C
bet p
li v
hinn
Arce
hic d
huc

NOTÆ

In JAC. GAFFARELLI
CURIOSITATES.

ERUDITE LECTOR.

Quamvis plurima à GAFFARELLO tradita reperiatur, quæ Lectoris animum non tantum retardare, sed & suspensum detinere valeant, ut altiori indagine & prolixiori animadversione opus sit, obscuriora tamen perstringere operæ pretium arbitror, quò sublimioribus ingeniis, Virisq; doctioribus, quibus plus otii quam Homini mihi occupatissimo suppetit, graviora explanandi sparta committatur.

NOTA I.

Admon. ad Lector pag. 3. *Mira ac deliriosissima* absimilia de Lapide Philosophico prodiderunt in Scriptis, quæ CHRYSOPOEIE & VOARCHODUMIÆ titulis vulgata sunt.

CHRYSOPOEIA; Patronos ista quidem habet plurimos, dudumq; habuit. *En. Gazens* seculi V. Scriptor commendat & typum Resurrectionis humanæ carnis facit statuam æneam constrictam ac Arte Chymica in aurum transformatam. Ut nihil hic de *auræo Vellere* cujus si propitium Numen voluerit, pluribus in Syntagm. de VEXILLIS mentio

fiet inspergam. Critici Senatûs Princeps Clar. Isaac. Casaubonus Exercis. 1. n. 8. p. 76. Edit. Londin. 1614. hæc habet: *Exstat in Christianissimi Regis Bibliotheca liber Græcus hoc titulo, Ἰεργα πνευματικῆς, Ars sacra. Sic dicitur Ars χημικῆς, quæ aurum docet conficere: In eo codice varii Auctores habentur, qui ante plura secula libros illo de argumento scripserunt.* Lap. Phil. meliorum Philosophorum dixeris offendiculum ac nugamentû. *Chamelion* est, de quo videatur *Mich. Montaigne les Esseis* l. 2. c. 12. p. 435. de cuius victu cōsulatur Clar. *Voigtius C. Physl. c. 5.* Lapis est, cuius Modica adspersine Metalla in aurû mutantur, ut ille apud *Sylv. Rattray* l. de Symp. & Ant. c. 21. lapidibus vescebatur: sic Pseudo-Chymici (absit enim ut sanioribus Chymicis illudamus?) suo lapide oblectantur. Quod Tabellarius ille apud *Com.* de nomine percunctato reponit; *opus est face & viatico, priusquam ad extremum perveneris!* Idem de lapide ἀφιδροπῶ non Lapide dixeris. Ita etiam Polyónimus & Monstrosus, quia lapis habet in se & continet in se omnes qualitates, propter hoc Philosophi omnia nomina hujus mundi lapidi tribuerunt, & secundum eorum intentiones diversas operationes imposuerunt. *Arnaldus* de V. N. *Spec. Alchym.* p. 10. *Francof.* 1602. *Lapis hic Orphanus, proprio nomine caret, nec proprium nomen habere potest, nisi Philosophici ut Pet. Bonus Lombard. loquitur Marg. prat. cap. 9. p. 170. Arnald.* Serius est in re jocosa vocatur *RES A-DROP* (an ὑδρο? An ὑδροπ per literarum inversionem?) *Lapis altior hujus mundi rebus & per Deum! jam proprium determinavi, quod Philosophi facere noluerunt. En candorem Arnaldi!*
spec.

spec. Alch. 1. p. 13. Personatus ille Turbæ Philosoph. Præses *Zewion, Vile & abjectum*, inquit. *Philosophi honoraverunt, omnibus nominibus nominaverunt, & dixere, quod lapis sit lapis & non lapis, & Guma Scotie.* vid. Art. Aurif. vol. 1. p. 18. Basil. 1590. Ibidē est *Luna spurum, argentum vitrum, Turba, Phil. 2. p. 52.* Rosinus ad Sarratantam Episc. l. 3. *Hic Lapis non lapis habet animam & sanguinem p. 197. dicitur Rebis (RE-BIS) i. e. una res, quæ sit ex duabus rebus i. e. corpore & spiritu, vel ex Sole & Luna, corpore mundato & fermentato, humido & frigido, sicco & calido Rosar. Philos. It. Rosinus ad Sarratantam. Pet. Bonus Marg. p. 312. Sendivogii Lum. Chym. Commentator Anonymusc. 1. p. 28. Rebis satis impurè tractat, cum stercoreis (sit verbo venia) non Enniani tamen, ex quo Virgilius aurum colligebat, voce explicat. *Rebis* nascitur in duobus montibus, complectitur duas res, humidum & frigidum, siccum & calidum, Dracones & fontes, dicitur lapis ignis *Essentialis, via versatus* vid. *Geil. Gratarolus* Nomencl. Lap. Phil. p. 265. vol. A. A. *Libavins* App. Syntagm. Art. Chym. p. 267. Appellatur *Azoth rubrum, sive ruber Leo*, tendens ad rubedinem, apud Indos est aurum: apud Hermianos argentum; apud Alexandrinos & Macedonenses ferrum; apud Græcos Mercurius: apud Hebræicos stannum: apud Tartaros æs: apud Arabicos Saturnus: apud Latinos & Romanos Ognividon: (apud Utopicos nihil!) *Arnoldus* de V. N. Sp. Alch. p. 28. 29. Dicitur *Elixir*, infinitæ virtutis. *Rosinus* d. l. *Pet. Bonus* c. 3. p. 116. *Elixir* sive *Yxir Rosar. Phil. p. 238. est Medicina ex pluribus confecta, quæ infirmitatem metallorum sanat**

Quemadmodum Tyriaca infirmitates hominum. Unde à quibusdam venenum appellari solet; quia sicut venenum in corpore humano (vitam adimit;) ita Elixir in corpore metallino (vitiū) Bonus c. 13. p. 240. Elixir est lapis sicut chrystallus perfectissime tenens de Mercurio matre omnium metallorum, Phil. Ulstedius Cælo Philos. p. 150. Lugdun. 1553. Divinum Elixir, uti habet C. Alvetanus Epist. ad Elisabeth. Reginam Angliæ Colon. 1592. Superstitiose annon blasphemæ? Georg. Dornæo lapis angularis, quem etiam Physicè & Medicè ædificantes in Academiis reprobant Clav. Chym. c. 2. p. 142. Hypermagicè dicitur apud Gochlenium רח אלהים Genes. 1. Spiritus Domini, qui incubabat aquis. Hic non Domini; sed vertiginis, vid. S. Robertus in Gochlen. Heautont. sect. 30. Nuncupatur Corsuffle à Naphito in Turb. Phil. p. 17. Idem in secund. Turb. Exempl. sentent. 33. Dico, quod CORSUFFLE sit caput hujus operis, non initium: verum post complexum rûe ita vocatur. Quapropter CORSUFFLE est totum compositum, quod oportet septies assari, & tunc omne corpus tingit & vocatur numus, æris flos vel auri, aut ferri flos, etiam plumbum, stannum, & mille nominibus à Philosophis nominatur. p. 65. Idem Barsemites. Accipite inquit, CORSUFFLE, que rubigini æris similis est, & vituli urina coquite, quousq; CORSUFFLE natura vertatur & c. p. 66. Oedipo hic opus. CORSUFFLE denotat Cordis suspitio fletuq; rem tentandam & expediendam. vid. Clar. Dn. M. Joh. Iepsenii, Præpositi Regii Rensb. Ad finis honoratissimi de Lap. Phil. Discurs. Rostochi Anno 1645. Indigitatur aqua vitæ R. Lullio de Lap. & Oleo Phil.

Phil. c. 1. 2. *Ioh. Walsich* &c. pluviam, lapidis sub-
 jectam materiam facit, hinc illud Tabulæ smarag-
 dinæ *Hermeti* ænigma, quod est inferius (pluvia è
 cælo delapsa & spiritu universi imprægnata) est sicut
 quod est superius (aqua supràcelestis) & quod
 est superius (A. C.) est sicut quod est inferius (A-
 qua pluvialis) vid. *Celeb. Dn. Olbaphius* Præcep-
 tor olim meus *Gedanensis* Tract. de spirit. Univ.
Regiomont 1624. *Belus* in *Turb. Phil.* aquam
 permanentem dicit, aquam divinam esse & non la-
 pidem. Sed diffundunt se aquæ tituli; dicitur e-
 nim *permanens, viva, philosophica, mercurialis,*
sicca, simplex, sulphurea, sapientiæ, vitæ, vitæq.
Salutatur Etbelia Zeunon sent. 37. *Turb. Phil.* 2.
Nominatur Magnesia. *Hoc maximum* inquit
Rarson, nostrum est arcanum, quod invidi magne-
siam appellant propter arcanum ipsum. Et paulo
 post: *si in vidorum libris audieris pelagus no-*
minatur, scitote, quod id humorem & aquam si-
gnificat, & nigredinem qua abluere debet, non
vocant. p. 37. d. 1. Hæc nonnulli ad tincturam
 regerunt, quæ *Albar* quoque appellatur apud *Phi-*
lotem p. 40. Non caret omine, cum lapidem *Pe-*
lagus dicunt *Aurifices*, sicuti enim pelagus pluri-
 mas naves absorbet, & cum navibus homines, pari-
 ter ac opes; sic lapis iste cum hominibus facultates.
 Ut *pelago* deest quies, sic *Pseudo-Alchymistæ* &
 veritas, & vera appellandi ratio. Ignoscite *A-*
gmoni falso; quicumq; magis proprie & apposite
 nominant, obscurum illum reddunt, & minus in-
 telligendum. Et reverà non est ei, nisi unum no-
 men, illudq; ubi non prodest, ibi magnifice & signi-
 ficanter nominatur; ubi prodest valde celatur. Est
 lapis & non lapis, est quoq; spiritus, anima & cor-
 pus

pus, est albus, ater & rubes, æreus, tyrrus, omnibusq; mundi coloribus expositus. Est ponderosus, solidus, incōmōtus igne, aquā, vento: sed & levissimus, cavus, spongiosus, commotus igne, aquā, vento: salsus, suavissimus: summum venenum, summa medicina: imberbis, idem quoq; barbatus: implumis non volans, plumatus, evolans: si aquam dixeris, verum dicitis, si aquam negas, recte negasti; Mortuum cum vivit. Turb. Philos. p. m. 42. Genuinus

Comes, ne quid te lateat, *Elia, Lalia, Crispus, nec Viri, nec Mulieris, nec Androgena* nostri carera, vid. de hoc ænigm. Doct. miraculis fortunatus *Licetus* Tract. pecul. &c. Sed II de materia quid dicendum?

2. MATERIA æquè monstrosa foetida, mira ac varia est ut appellatio. *Monstrosa*. Lapis Patre metallorum natus Mercurio, non tamen facundo isto Atlantis Nepote, aligero Deorum nuncio, quem ala pileo pedumqve calcaneo adpicta sive adfixa à capite ad calcem comprobat esse levem? Sed Hermophrodites iste de Terræ cavernis eductu, qui initio AQUA, deinde à Parente nigredine TERRA, & cum sublimatus AER, & cum rubescit IGNIS est, adeoque quatuor constat elementis. *Exercit.* in Turb. Phil. 9. p. 110. *Fatida; Artesii & Mihini* doctrina, vel si mavis infamia materiam subministrat. *Accipite*, inquit, *viridem Leonem, fumum album, & AQUAM FOETIDAM*, deinde solve, fac calcem, sige, liqua, sublima, donec servus rubicundus fuerit cum candida uxore, nam cum calx facta albescit, cum sublimatum evolat, opus perfectum est &c. *Cardanus* l. 16. d. V. R. cap. 91. p. 617. *Basil.* 1557. *Mira ac varia est.* *Villa-novanus* l. Nov. Test. *habet: Faciunt L. P. de arsenico sublimato, de succo*

succo unius herba, qua dicitur *virga auri*, crescit
 herba juxta Romam & habet nium folium, lon-
 gum, figuratum ad modum Petrosilli & habet fo-
 lium Crocium & siccum album & c. Alii de A-
 nimali. Alii de capillis, de sanguine, de avis, de
 testudinibus & c. Lapis noster invenitur in omni-
 bus locis mundi, & quælibet gens habet tam paupe-
 res quam divites vocaturq; secundina vol. 3. p. 180.
 De quibus Clarisf. vid. J. B. Helmontius opere ab-
 strusissimo. Alii in terra, alii in rore, in pruina, in
 sanguine, in semine, stercore (sit reverentia verbo)
 & c. illam queritaverunt, & elicere frustra allo-
 borarunt. Ex Doct. Olhafii d. Tr. S. 8. His habet
 similia Bonus Ferrariensis quandoque de sudo-
 re fieri dicunt, quandoque de sanguine, quandoque
 de quibusdam partibus aliis animalium, de vegeta-
 bilibus & mineralibus & c. Margar. pret. c. 19. p. 312:
 Confer Rosinum ad Sarratant. p. 99. vol. 1. De
 Aurora nonnulli. Item de aqua roris, cujus exci-
 piendæ vitrum apud *Sendivogium* in Lun. Chym.
 cap. 5. p. 42. videre est. Erford. Anno 1624. Con-
 feratur svavissimus dum viveret Amicus meus Poë-
 tarum Ocellus Dn. Ristius Menle 4. Nonnullis
 materia lapidis spiritus universi sive ignis & pri-
 mævus, cujus rei aliqualem umbram ostendit lau-
 datus Dn. Olhafius d. l. cum in monumento Maxi-
 mi Olybii in agro Patavino Lucernam quæ juxta
 Appianum, Hermolaum, Barbarum & Ludov.
 Vivem 1500. annos arsisse scribitur producit, vi-
 deatur Celeb. Licetus lib. de Lucernis & Joh. Cho-
 kier de Surllet Fac. Hist. Cent. 2. Aer, aliis qui
 veterum Philosophorum lapidis materia est, & a-
 qua Sionis, ac aqua vitæ humidum aëris caliditate
 mixtum, Philosophi Mercurium nominarunt, qui

radiis Solis Lunæque gubernatur in mari Philosophico, Est quoque fecunda materia, terræ qualitas sicca, quæ vocatur sulphur. *M. Sandivogii* Pol. Lum. Chym. Tr. 3. Clariora sunt, quæ profert mire $\sigma\kappa\omicron\lambda\eta\varsigma$ *Villanovanus*: *Lapis est non lapis, spiritus, anima, corpus; volatilis, albus ut lacryma oculi, si dicis cum aquam esse, verum dicis; si dicis aquam non esse mentiris.* Pariâ habet Th. de Aquino de Esse Minor. c. 4. *Mineralis vegetabilis, rationalis, animalis, qui reperitur omnino, omni tempore, apud omnem hominem.* (nusquam, nunquam, nullibi) *Albertus M.* mysterium anigmate proponit: *Est, ait ille, quoddam calum vitreum, simile chrystallo, ductile sicut aurum, & ideo Reges terra portant in caputibus suis, sapientes Mulieres abscondunt illud, Virgines fatua publice portant, quia deperdari desiderant, Pontifices religiosi sacerdotes & moniales lacerant ipsum.* Idem ille, *Est, quædam, inquit, materia vel substantia subtilissima, clara tanquam lacryma, in qua habet spiritus quinta essentia* vol. 1. Art. Alchym. p. 290. *Paracelsus* in Ocul: Anatom. *Was ist im Gold/ das nicht in oculis seyn solte? quid in auro, quod non sit in dem Augen?* Hinc Autor Apoc. div. Maj. lap. Phil. ex pura aqua conficitur, quæ ignis beneficio in ferream duritiem chrystalli instar redigitur. *Hortulus Hermeticus* l. 28. aliquid subinnuit, *Lapis est subitus te, supra te, ergate & circa te.* Dives potuisset Argus esse, si novisset flere. Hinc ducendum, quod *Nephtus* antea de suo *CORSUFFLE* capite huius operis, cui mille nomina vaticinatus. Jac. DecGræcorum Lit. Δ. mysterium inesse asserit hand dubie advocem $\Delta\acute{\alpha}\rho\upsilon$ seu lacrymam respiciens, Colima-

linare hoc
p. 128. B.
Fol. 10.
Dux me
Lacryma
lod P.
tatione
aureum
talitè und
(oculi de
trilari
reobtor
IV. 7. A.
quocies v
pura me
lomaiani
natur mo
Chym
mittere
non nob
theti ve
veriam,
vertend
Ectm
cutor I
Ji Oe
bum n
am O
vero, a
cand
dorum
hinc
Apoc
in h. l.
album

limare huc videtur *Marcell. Palingen. Zod. l. 9. p. 228. Basil. 1552.*

Posthæc nescio, quo? irrorans mea Lumina succo. Dux meus. aspice, ait, iam mundi arcana videbis. Lacrymis dignus est H. Ranuus Lipsiens. cum illud Pf. 126. v. 5. qui seminat in lacrymis in exultatione metet. Ex niente Chymicastroorum vocat aureum. Sociennus ejus Rob. à Fluctibus à phantasiæ undis abreptus, cum aqua ex montibus solis (oculi dextri) & lune (sinistri) mentio facta, eum tristiari debere ait, qui velit latari. Huc trahetur oborto, inquam, collo illud S. Pauli 2 Corinth. IV. 7. Habemus thesaurum in testaceis vasculis, quoties vel aquæ vel lacrymæ, vel lapidis S. Scriptura meminit, toties lapidis sui mentionem fieri somniant Aurifices. Risu dignum, ut lacrymis ponatur modus, quod Clar. Dilherr. refert, dixisse Chymicum, Deum nobis, L. P. in S. Bibliis promittere. Cui ille, non fieri, reponit. Chymicus, non nosti, inquit, evolve, Apoc. 11. 16. Ibi B. Lutheri versionem impugnare, dabo calculum album, versum, Ich wil ihm geben ein gutes Gezeigens/ vertendum fuisse, Ich wil ihm geben einen weissen Stein/ lapidem Philosophicum. At Dn. Collocutor Text. Gr. legendum præbuit, ὄσσω ἀνθή Ἰησον λευκὴν einen weissen Stein/ lapidem album non Philosophicum. Atque conticuit ἄσφϙ. Philosophus Lib. Elect. 3. cap. 21. Quid verò, ut obiter hoc addam, albus ille calculus, à calcando dictus, sibi isthæic loci velit, non eadem Doctorum mens est. Lud. Alcasar intelligi vult carbunculum, & confert cum pruna ex Esa. VI. Vestig. Apoc. 5. in cap. II, 17. not. 5. p. 233. Blas. Viegas in h. l. sect. 4. p. 171. de Christo, & per calculum album Adamantem, sect. seq. de Eucharist. expli-

cat & per calculum *Unionem* intelligit. Notum eruditi illud Ovidian. *Metamorph.* 15. communiter huc trahi:

*Mos erat antiquis niveis atrisq; lapillis,
His damnare reos, illos absolvere culpa.*

Ita *Erasmus* Adag. chil. 1. Cent. 5. ad 53. Sed videatur *Pareus* h. l. v. 96. *Joh. Conr. Diterici*. Antq. Bib. p. 1. p. 103. & ante illum *Sixtus Senensis* Biblioth. l. 2. p. 55. *Dies publici*, ait, *Fastorum* tabulis insculpti consueverunt candido notari lapillo, quo a cæteris diebus discernerentur. Ita facit cum *Aræta* Cæsar. Episcopo Comm. in Apocal. *Posuit* inquit calculum, quod is notus esset iis, qui in theatro & stadiis certabant; & vincentibus tradebatur. *Perseus* Sat 2. *Hunc Macrone* diem numeram meliore lapillo *Brightmannus* hæc non admittit. *P. P. Faber* Agon 1. 2. c. 9. putat calculum tradi solitum, non præmii sed symboli *δῶσεως* aut *δῶγος* seu præmii loco. *Jac. Lydius* Belga Agon. Sac. c. 39. alludij autumat ad locum *Deuter.* XXVII. 2. ubi mentio *lapidum calce illisorum*, ut iis aliquid inscriberetur, sicut *Esā* LXII. 2. *Indetur tibi nomen novum, quod os Domini præfixerit*. Nolle hæc debebat *Alchymista*. Conferatur *Aët.* XXVI. 10. *καὶ ἤνευξα ἐν φῶρι*, detulit sententiam Rectè cum aliis Biblia Belgica ad Græcorum Romanorumque iudicii ritum accommodant, ita ut lapide *arrhabo* S. Spiritus, vitæque æternæ certitudo describatur, & fideles & constantes fidei Confessores in corde certi, se Dei in Christo Dei Filio, filios esse ac Heredes *Joh.* I. 12. *Rom.* VIII. 17. 1 *Joh.* III. 12. Quare non minus comptè, quam verè Doctis. *Dilherr.* respondit: *Bone Vir*, si tu *L. P.* non certius in tuo forno, quam in meo libro invenisti, pro
theſau-

thesauro tibi carbones, vel potius, cineres superabimus. Sed missam facimus Ciniflorum materiam!

3. Sed qualis tandem OPERATIO? Tuba & Campana hic desideratur, ut ebuccinari & exaudiri queat, resonet *Clangor buccina* Vol. I. A. A. p. 288. *Est in Mercurio quicquid querunt Sapientes. Ergo omnis virtus, omnis gaza, omnis felicitas, omne gaudium ei inest* *Gasto D. Clavem* Phil. Chym. Cau. 1. sub fin. p. 91. Colon. 1612. *Lapis qui quaritur, unus est, medicina unica.* Can. 2. *Non habes sui similem in toto mundo* Can. 4. *Suo respectu est omnia & continet omnia, est q̄ super omnia sublunaria.* Idem alio respectu, *Nihil est, quia est Hyle sive de Chao & semine mundi multam habens benedictionem.* Parum est dicere, L. Ph. omnia mineralia resolvere ad tingendum, colorandum & coagulandum Solem & Lunam & alia. *Ulstedius* Cæl. Phil. pag. 81. Lugdun. 1553. Mortua ipsius reviviscunt apud *Bonellum* ejus usu Lullium ad ætatem An. 130. pervenisse, in *Libævo* l. c. p. 265. reperitur. P. *Bonus Philosoph.* In bonus, quâ voce *Did. Celada* Aut. nobilis in *Esth. c. 1. p. 44.* & alibi sæpius utitur, quando asserit, *per Lap Ph. perveniri posse ad cognitionem Trinitatis in Unitate in Deo* p. 212. Vidisse ait *Heur. Salmuth* in *Panciroli*. Vol. 2. Tit. 7. Romanum Pontificem & Cæsarem Majestatem L. P. Inspiciat B. L. Eruditum *Hermani Latheri* Tractat. de *Censu* l. 3. c. 11. §. 21. & 25. p. 964. 665. seqq. quæ ut legantur digna sunt. *bonum factum!* si vidisset *Leo X* Pontifex Romanus, cum ei Aurifex librum porrigeret de auro è quavis materia, propediem constandi, librum benivolâ manu admisit. Muneris loco autem Pontifex amplam crumenam, sed vacuam, redhostimen-

ti loco offerri iussit, addito dicto; Cum ipse scientiam conficiendi auri caleret, sacculo opus esse, ut habeat, ubi aurum à se confectum tuto posset reponi! *Drexel. Aurifod. p. 3. c. 2. p. 195. §. De Goldmacher hat keten Gold; Chrysopeo aurum deest. Optime Lector! Arnald. de V. N. Vol. 3. notanter loquitur, à fortuna magna lapis Philosophorum animalis est Basiliscus. Iste vermis, qui generatur per putrefactionem, qui occidit homines visu & c. p. 81. Idem dixeris de L. Ph. Basiliscus est, Amatores & Spectatores suos perdit. Ensis dicitur, aut gladius denudatus Turb. Phil. p. 41. Verè quia multos interficit. Ignis, de quo supra, quia metalla abligurire potest. Rebis, h. e. hoc est honori & opibus fatalis. Corsuffle, h. e. Cordis suspiria fletumque causans nimium credulis. Et chymicum Rebis in rebus nihil. Non quare ait Sendivogii Illuminator, in herbis animalibus; non in pinguedine; non in metallis aut sole; non in vitriolo & alumine; non in auri & argenti pondere; sed in materia prima, & primo Ente. Felicitatis est hæc nosse, claudè cum Claveo in Præfat. Phil. Chym.*

AUT. HIC. AUT. NUSQVAM. EST.
QVOD. QVÆRITIS.

Deumtame: & proximum dilige!

Not. 2.

VOARCHODUMIA. p. 3. Ad terrorem audientium nomen confectum barbarum, uti *Beron.* in Caral. Script. de voce ABRAXAS loquitur, & coaxantium Ranarum est strepitus. Emisit *Ioh. Augustin. Panthens, Sacerdos Venetus* librum Anno 1. 30. quem insolito titulo inscripsit VOARCHODUMIAM, & in eo characteres Enocho ut nugatur concessos expressit; sed voce isthac jam Chymi-

Chymici
intelligi
illius ab
strument
nica, q
VESTRI
miracul
runt. A
Tran
Hanc lic
Slegem
Reuchlin
apol. l. 1
hoc V
pro Jan
desque a
lyhilt. P.
colendi
Anno 10

S
literar.
micla fil
ta, pueri
adamab
genus, q
tor juv
um proy
Iuniper
pentin
verit, q
indigniv
Miche
Cortis

Chymici utuntur & Empyrici. Si quid per illam intelligi velint postules *Vaarchodumiam*, Magiæ illius abstrusissimæ & planè transnaturalis, cujus instrumentum cælum internum, anima mundi Platónica, quinta mundi Essentia, ADEK, HYLEK, E-VESTRLUM & quid non? diciplinam, quæ edit miracula supra naturam & fidem humanam asserunt. *Magiam* duplicem esse liquidò satis constat. *Transnaturalem* alteram, alteram *Naturalem*. Hanc licitam, illam superstitiosam, impiamque vid. *Slekerus* Dissert. de Magiâ. Rostoch. Anno 1617. *Reuchlinus* l. 2. de verbo mirifico. J. B. *Porta* Neapol. l. 1. c. 1. p. 23. M. N. Relinquendum igitur hoc *Vaarchodumia* phantasma Impostoribus, qui pro Janone nubem, pro veritate mendacia fraudesque arripiunt. Vid. A. *Schröder* Defens. cl. Polyhist. P. *Lâwenbergii* Præceptoris mei in sepulcro colendi, contra A. *Gunther Billich*. Empyricum Anno 1625. §. 6.

NOT. 3.

Signaturis Plantarum &c. addi possunt: *quæ literar. speciem ut Hyacinthus habet*. Erat is Amiclæ filius. Apollo, cum ad Eurotæ ripas in Spartâ, pueri hujus amore captus, quem tamen pariter adamabat Zephyrus, luderet disco (discus ludigenus, quo Juvenes in agone contendebant, ut fortior judicaretur, qui ultra designati spatii finem eum projecisset, *Steph. Forcarulus* [Ctus, *Lapid. Iurisperit.* c. 20. p. 112. *Lugdun.* 1559.) pondus pueri in Phœbum propensioris caput ex odio convertit, quo eliso post obitum florem nomine occisi insignivit, & ex cruore colorem edidit. Vid. N. C. *Mytholog.* l. 4. c. 10. *Cal. Rhodig.* l. 18. c. 2. p. 812. Certisque signavit, literis in rei memoriam IA & AI,

AI, unde Salmonensis Vates, pro venæ suavitate & facilitate lusit l. 10. Metamorph.
*Non satis hoc Phæbo est. Is enim fuit autor honoris
 Ipse suos gemitus foliis inscribit & AI, AI!
 Flos habet inscriptum funestaq; littera dicta est.*
 Vid. Doctis. Interpretes J. Micellus p. 193. Nonnulla Exemplaria legunt thya. *Herc. Ctesanius Sulmon.* docet in nonnullis Codd. legi *ei, ai* Greg. *Beismann.* in Mscr: ya: *Micell.* hya litera nullum præ se ferunt genitum. Ai, Ai verò vox est aperte genitum significans, qua etiamnum in funebribus & fletibus utimur vid. *Plinius* N. H. L. XXI. c. 10. Hinc *Hyacinthica* pompa apud Lacedemonios i. e. funebribus (qualis color cæruleus apud Persas, vid. *Itinerar. B. Olearii*) *Ovid.* l. 10. Metamorph. M. *Alylus* docet in consolidata regali litera IA. AI. five AIA observari posse *Hort. Philotoph.* p. 676. Theologorum Decus Dn. *Dorschaus* Præceptor desideratissimus, Dissert. de Nomine Jehova §. 8. demonstrat, Gentibus fuisse cognitum nomen, ut corruptè usurpatum. *Diod. Siculus* l. 1. B. H. *Deum* *Mosis*, ait appellatum *ia ω*, unde vox *Invis.* *Iosephus* Phariseus & sacerdos l. 1. B. l. c. 6. circa fin. testatur nomen præfixum Tiaræ Pontificis habuisse tessera *Φωνήεντα* quatuor vocales, & meris quatuor vocalibus constitisse. *Clem. Alexandr.* Serom. l. 5. p. 562. 565. *Parisius* Ao. 1641. nomen illud *παραγενουαλον* dicit fuisse IA OY, quæ vox iisdem vocalibus constat, cum voce IOVA, sed aliter dispositis. *Phil. Molineus* l. de Cognit. Dei, p. m. 38. 39. Præ reliquis Theologorum nostratium *ὁρθόδοξοῦ* & in *Gedanensi* Aethæneo Præceptor meus semper colendissimus, Dn. D. *Ab. Calovius*, nunc in *Witteb.* Univerf. illustre si-

cus

dis probat.
 tereundus
 may in
 1777.
 Delph. P.
 phos den
 Nomen D
 & a Dis f
 men Dei
 & priman
 Jah. Lind
 Begias
 Jahi de
 Paul. y
 Carvites
 gantes ad
 templum
 Hec Dike
 lo tranfig
 Olearius
 Regis Re
 1777
 21. 7. 1
 Cyprian
 probat D
 dempr
 ma XE
 monuat
 Ne
 Alicat
 tenni, c

dus probat. System. Tom. 2. p. 121. Non præ-
 tereundus mihi Clar. Ed. *Dikensonius Hymno-*
παειαν inquit ἀναφώνητος erat, ἐλελεῦ ἰη̄ i. e.
 π̄. יי. Hallelu-jah, inde jah in ἰη̄ vel ἰᾱ in
Delph. Phœnicis. c. 6. p. 50. & c. 10, ἐί apud Del-
 phos derivatum à Jah. ab יימי Exod. III. 14.
 Nomen Dei proprium essentiam disertè significans,
 & à Diis falsis signanter se discriminans. Hoc no-
 men Dei mysterium Templi foribus inscripserunt
 & primam quidem ab ἐίμι syllabam verterunt in
 Jah. Unde *Hesychius* ΙΑ τὸν θεὸν συμμεινὴ καὶ
 ἐβραϊστὶς JAH. Apud Hebræos Deum significat,
 JAH deinde in ἰη̄ mutarunt, *Eusthatius* in *Odyf.*
Παῦσod. γ. τὸ δαιμόνιον ἴλεον ἤξιον εἶναι ὀπι-
 φανέσθες ἰη̄ ἰη̄ i. e. Deum sibi propitium esse ro-
 gantes acclamabant ἰη̄, ἰη̄, Deus, Deus! Hinc
 templum ἰερόν, & sacerdotes ἰερεῖς dicebantur.
 Hæc *Dikenson.* quo Lectorem remitto, ut cum il-
 lo transigat. vid. *Walther.* Quæst. Miscel. & *J.*
Olearius c. 1. p. 59. *Homo flos.* Cui inscriptum
 Regis Regum nomen יי Exod. XV. 2. Pf. LXVIII.
 יי in Domino nomen ejus, *Symmachus* vertit,
 Δὲ τῶ ἰὰ ὀνομασία αὐτοῦ, per ja nominatio ejus.
Cyprian. l. 2. c. 6. legit, Deus nomen illi, & hinc
 probat Deitatem Christi Dan. IX. 19. 2. Tim. II. 19
 ὁποσητὶ ὡς ὁ ἀδικίαις πᾶσι ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνο-
 μα Χριστοῦ h. e. Discedat ab iniquitate omnis, qui
 nominat nomen Domini (Christi.)

NOT. 4.

Nestoris Scyphus argenteus. p. 10. Argente ab
Alciato expressus & doctè à *Claud. Mmiœ* Divio-
 nensi, cujus nomen in Notis marginalibus expressi.
 b
 expli-

explicatus. *Nestoris*, inquit, *patera gemini fundi argentea, claviculis aureis, quatuor ansis, & sub harum quâq; columba sedens, cælum & pulcherrimum Astrorum ornatum significabat.* Nam crater iste coloris argentei & claviculis aureis cælum purissimum referebat, & stellas auri coloris; *Columba pleiades erant, duo umbilici uraq; ursa.* Hoc schemate commendatur *Astronomia longiusus & multa observationis Ars, quæq; in rebus arduis plus potest, quam robustissimi corporis virtus.* Huc spectat *Martialis* illud Epigram. l. 8. c. 6.

*Hi duo longædo consentur Nestore fundi
Pollice de pileo trita columba nitet.*

Locetur juxta hoc *Ciceronis* poculum aureum, Dis consecratum, cui nomen literis iusculptis, cognomen vero *Ciceronis*, cicere cælato indicavit. vid. *Plutarch.* in *Cicerone.* De *Mulcarum* poculo *Apulejus* ait, *Quanto crebrior, quanto meracior, tanto proprior ad animi sanitatem & Florid.* Adde plane, quæ *Apollonii* habet *Scholias*tes, tria fuisse sed sacra, sed præcipua in Conviviis pocula (1) *διὸς σωτήριος* & *Jovis Sospitatoris* (2) *ἀγαθῶν δαίμων* & *bom Genii*, vel secundæ fortuna. (3) *Ἐγῶν* sive *Mercurii Somnii Præses* apud *Athenæum* l. XI. Libabant enim eidem à cœna discessuri ob liberioris linguæ commercium, *Mercurii* enim sacra credebantur linguæ, vid. *Dilherr.* l. 3. c. 25. De *Iosephi* scypho consuli poterit *Germaniæ & Juventutis virtutibus* dedicatæ *Præceptor* incomparabilis *J. H. Ursinus*, quem literis hieroglyphicis pro more *Ægyptiorum* insigaitum arbitratur. T. 1. *Annal.* l. 6. c. 30. Periculosius fuit poculum *Judæis* nunc *Sutah*, dictum, de quo *P. Curius*

1. a



b

11. 1



z




Nº 1.


2. 11



3



3. 1



No 1

mans de H
Sanhedric
sums Col
posi
nocent
prodesse
culum
occulio
ab illis
tus, cum
recepti
fer Num
pollunt
leqq. &c
p. 93; se
F. Licet

Ob
in duob
cella ant
Lectori
num. 1
manico
Prop
bap
tion, I
hatec
uo 15
u. r
com
bay
F
Co

status de H. R. c. 12. p. m. 88. quando de Senatu Sanhedrin & de adulterio egit Sacerdotum, ait *zonus Collegarum* jussu diram execrationem composuit in *veam*, ac mixt potione[m] ei porrexit, quo nocentem rumperet è vestigio, innocentem autem prodesset ad valetudinem. *Judei Magistri* id poculum *שטאה* *Sutah* appellant. Quia autem vis eius occultior in lege horrendi e arumini latet, creditum ab illis est Senatores hos eunictos fuisse *Magia* peritos, eamq[ue] artem tanti esse, uti qui nescirent eam, recepti in summum illum ordinem non sint. Confer *Numer. V. 17. 18. seqq.* Consuli de poeulis possunt *Drexelius* in *Aurofodin. p. 3. c. 7. p. 241. seqq.* & *Clarifs. Ol. Wormius* Dissert. de A. Corn. p. 93. seqq. *Hafniae* Anno 1641. Si placet adde *F. Licetum* de *Annul. c. 36. p. m. 163. 175.*

NOT. 5.

Obscura Danielis vaticinia ex characteribus in duobus Halecibus Norwegicis &c. p. 9. De successu aut fructu nihil scripserim. Placuit Erudito Lectori piscium delineationem figura *Fig. 1.*
num. 1. exhibere, ex opusculo Germanico, cui titulus *Neuenncerrwunderliche Prophecey auff Daniels / und der Offensbahring Johannts / durch Raphael Eglinium, Iconium Zürich Anno 1598.* Capti duo *haleces* in *Daniâ* & *Norwegiâ* 24 Decembr. Anno 1557. *Primi* piscis lateri sinistro characteres inscripti, *VICI &c.* vide figuram *V.* quinque ex communi usu *I.* unum. *C.* centum notant. Vid. *Bungus* de *Num. Myst.* post *Paren.* ad *Lect. p. 9. Paris. 1618.* & facit summam *CVII.* annorum. *Constantinus M.* cum contra *Maxentium* copias e.

educeret, claro sole crucem igneam vidit, X se.
 Græcorum, in cuius medio P apparebat cum hoc
 lemmate: *in 1879 vna, vid. Eusebius l. 1. c. 25. 33.*
Nizephorus l. 7. c. 29. Onuphrus l. 2. Factor. J.
Greiserus l. 2. c. 37. De quo cum DEO! pluri-
 bus tractat. de Vexillis. Tradit itaqve *Eglinus*
 ante bestix initium Ecclesiam præmonitam fuisse,
vincendum esse in cruce, nec victoria m longius ab-
 esse, dum verbum VICI in pisce id ipsum satis su-
 perque evincat. In sinistro latere alpice charac-
 teres. Prima litera M. est quamvis ob lineam se-
 cantem, cum vulgari scribendi modo non concor-
 det, M. verò mille denotet, linea secans tamen di-
 vidit millenarium. Dividitur enim quod secatur,
 ut in numero 1. si X secetur, divisio innuitur. M
 igitur quasi divisum 10500 significat. *Ierancurus*
 punctum, ait, esse additum ad differentiam & nu-
 merorum V. quadruplum in hoc caractere deli-
 tescere. Litera tertia V. repræsentat, in altero
 V. cornu quasi caudatum ac recurvum ab altera li-
 nea dissecantem ostendit uncum, ita ut duo eum di-
 midio denotentur. Si numerum huius scriptura
 mysticam cum prima conjunxeris scilicet XXV.
 cum III. erit summa clō Ioc XXXVI. 1636. Hoc
 igitur numero characteribus in pisce primo ex-
 presso revelatur *Eglino* tempus, quo insepulta Mar-
 tyrum corpora post victoriam vivificabuntur. Istius
 modi materia querulus portendit piscis. Sed al-
 ter ille minorque *Norwagicus* piscis inspiciendus,
 Notas habes in typo. In dextro latere C. primum
 & ultimum *Eglino* centum denotat; medius cha-
 racter M. seu mille indigitat eò, quòd linea secans
 Zyfra, ut loquitur, *decem*, & ita decies centum seu
 mille significat. Sed C. & quidem posterius, cui
 linea

Vinea affixa quæ
 500. & inter
 stro latere no
 res, duo sil
 duas colum
 glimon decies
 lulent. App
 corum sed tra
 saltem reman
 git hinc sum
 Gypserudien
 Anti-Christi
 dem, sed Chri
 teristi allevera
 rum lectorem
 19. In gra
 tor Piscium q
 ni vaticinium
 veritatem. I
 Plicis ille Es
 Theophylact
 drachum se
 At vero h
 re sed in ven
 ritur. Stey
 rato refer
 te, quæ in
 cum ad Tra
 300 numm
 Tyrano Pa
 dixerim feli
 cum Amal
 Plicis reddi
 clivem in aq

linea affixa quinquies centum ait, signare sive Id
 500. & inferre summam clō Idc 1600. In *fini-
 stro latere* novi iterum & occurrunt tibi caracte-
 res, duo sibi juncta VV. geminata 10. valent. A ob
 duas columnas 2. linea interlecans 10. & juxta *E-
 glinum* decies numerandum, ita ut exinde 20. re-
 sultent. Apponitur l. i. e. I. quarta linea est V. cum
 cornu sed fracto, & demit unum isti V. ut quatuor
 saltem remaneant. Ultimum l. unum valet, exsur-
 git hinc summa Idc. 600. Hisce & aliis ex pisce
Grypswaldensi cujus characteres magis admirandi
 Anti-Christi contra veram Ecclesiam, tyranni-
 dem, sed *Christi* simul pro Ecclesia victoriam por-
 tendi asseverat Eglinus. Judicium esto penes corda-
 tum lectorem, Ego divina fido Scripturæ 2 Pet. 1.
 19. In gratiam *Curiosi Lectoris* addenda arbi-
 tror Piscium quædam admiranda, quæ si non Egli-
 ni vaticinium, saltem characterum juvare possunt
 veritatem. Dabo (1) *benignos pisces*, sed scriptos.
Theophylactus non staterem sive siclum tetra-
 drachmum sed margaritam in ore habuisse docet.
 At verò id Evangelista reticet Margarita non in o-
 re sed in ventre, nec piscium sed concharum repe-
 ritur. *Stengelius* l. de Monst. de Joh. *Mosco Qui-
 rato* refert, novisse mulierculam in Nisibia civita-
 te, quæ in ventre piscis invenerit lapidem, quem
 cum ad Trapezitam detulisset, redemit ille eundem
 300 nummis. c. 13. §. 15. Illam quidem Samiotum
 Tyranno *Polycrate*, de quo *Herodor.* l. 3. scripsit,
 dixerim feliciorum, annulum ille ad Regis *Ægypti-*
 orum *Amasis* monitum projecit in maris fundum.
 Piscis reddidit; malo omine! sed meliori *S. Berno*
 clavem in aquas projectam recepit à pisce! Et F.

Xaverius crucem in mare prolapsam, à cancro lterum obtinuit. *Stengelius* d. l. 6. fidos & religiosos pisces! si fides? (2) *Monstrosos & mirifice figuratos.* (1) *Bizarus* refert in urbe, Zenta Anno 1563. Idib. Maji ejectum cetum ad morem Brasiliorum variegatum, in cujus lateribus triremes plurimæ variis coloribus expressæ, cum remis, malis, antennis, velis, nautis, bellicis tormentis inter fluctuantes undas velut impulsæ, atque ad certamen quasi instructæ. Nonnullis prælii imaginem referentibus, prodigiū exemplar ad Regem Hispan. Philippum *Licent. Voleramus* urbis *Gibelterra* Præfectus, per *Svannam Fructuosum* scribam regium misit. (2) Anno 1599. 2 Febr. in *Holsatiâ* piscis captus, caruleo & sanguineo colore, oculis, ore, & caudâ rubentibus, ad collum intamuit, & in ipso istius ætatis collaria apparuerunt. In uno latere pellis humana visa, cum virgæ signo impresso. Figura typis evulgata *Braunius* *Pastional.* part. 4. p. 198. *Saxo* p. 4. p. 192. (3) Alius armis bellicis plus satis prodigiosus An. 1623. 8 Septemb. in *Poloniâ* prope *Warsaviam* in *Vistula* captus est, longitudo ejus 36 pedum, latitudo 3 ulnarum cum partibus duabus, altitudo 10 ulnarum & itidem senis, tam valti piscis caput instar hominis carniū, cætera humanæ instar carnis mollia, squamis amicta, ut cornu esse putarentur. A capite per collum usque ad caudam cruces, tanquam stellæ quædam per cælum dispersæ cernebantur. Pisces in tergo tormentum curule suis rotis nixum, instabat, & antrorsum os porrigebat ad ignem exspuendum, retrorsum autem syrma à dorso projectum trahebat more *Draconis*. In pennis rotundi hærebant globi, infra, supraq; transfixi; ad latera

tera utring; lo
deerat bipen
xillum utrin
ram exillim
I. H. Altes
pretatione
hæc gladii
pat & carni
set effigies,
Cauda curp
spicula in an
bebat hic pi
ter enim aqu
num. 90. 4
prope oppid
suis Vilca
erant pedes
ne nantem
ex parte
sed incoren
burg. (3) A
inter Angli
maris Angl
Comitum co
tudine 3, ce
gni instar ce
übera quatu
sima Relat
fran. Tuam
grana mui
& vagis ing

In cap
realis & ma

tera utring; longæ velut hastæ suspendebantur, nec deerant bipennes, in modum crucis decussatæ, vexillum utringve secus insignientes, atque ne naturam existimes illiteratam, unî vexillo literæ A. D. I. H. Alteri F. R. F. inscriptæ legebantur. Interpretatione Spectatori ac Lectori relicta. Præter hæc gladii & fistula ænea jaculationibus apta caput & carnibus denudatum, ut in crania mortis esset effigies, undiqve habens vulnere & cicatrices. Cauda purpurei coloris filla, ut præterbra quædam spicula in unum fascem viderentur colligata. Habebat hic piscis pedes duos admodum diversos, alter enim aquilino, alter leonino similis fuit. *Thuanus*. l. 9. c. 4. Anno 1673. 30 Septemb. In Angliâ prope oppidum Dögern piscis grandioris magnitudinis Piscatorum manibus captus, in isto videndi erant pedes duo plani unâ cum digitis in dorso pinne manuum instar, caput simili capiti dimidiatæ, & ex parte coronato, subito emortuus post capturam sed factorem emisit ingentem, ex Relat. publ. Hamburg. (5) Anno 1574. 21 Febr. eodem quo Pax inter Anglos & Batavos constituebatur, piscis ad maris Anglicani littus captus quidem, sed Hagam Comitum delatus, longitudine 7 & $\frac{1}{2}$ pedum, latitudine 3. crassitie 2 $\frac{1}{2}$ ostendebatur, rostrum Cygni instar centum dentibus armatum habebat, ac ubera quasi vaccina, lacte, quod mireris, plenissima. Relat. Altenav. de An. 1674. Confer *Jonsson*. *Thaumatogr.* cl. 9. Loquuntur Dei Magnalia muti pisces: sed aquis inscribuntur à fluxis & vagis ingeniis!

NOT. 6.

In cap. i. §. p. 14. Nullo suo meritò apud mulos male audierunt. Hebræos intelligit. Audax

dax assertum, vel, si mavis, infidelium susceptum patrociniū! nimis enim generale est; de Hebræis promiscue dici vel scribi non poterit. Idololatriæ obnoxios fuisse sacer codex omni exceptione major testatur. Et quantopere Astrolatriæ dediti fuerint, impudentissimum ipsorummet os, quo exprobranti immane scelus Prophætæ de מלכותה *Meecheph haschamaim* i. e. Reginz celorum Ierem. XLIX. 17. 18. 19. obstrepere ausi, de quibus vid. Clar. Dn. *Frischmuth* Exercit. Philos. in h. l. *Buxtorfius* Pater doctissimus de *Synag.* c. 1. p. 39. P. *Cunæus* de R. H. l. 3. c. 4. (2) Ineptis scatere libros permultos ipsorum affirmabunt Rabbini, quorum deliria à fabulis Turcicis non aliena quilibet inspiciens, facili negotiō deprehendet. Testatur Gentium Doctor *Paulus* qui *Timotheum* 1. cap. IV. 17. *Ineptas* (profanas) & aniles fabulas jubet devitare. Et *Titum* seriō hortatur, ne attendat fabulis judaicis. Tit. 1. 24. *Increpa illos dure, ut sani sint in fide, non attendentes judaicis fabulis & mandatis hominum avertentum se à veritate.* Quia per dulces seemones & assentationes seducunt, *τὰς τῶν ἀκράτων καρδίας* corda innocentium sive simplicium Rom. XVI. 18. Testabitur *גל ורר* i. e. occultorum revelatio *Iulij C. Ottonis* l. 3. c. 3. de *Messia* c. 7. de *Adam*, de *Ogo* Rege *Basan.* c. 9. de *Leviathan* c. 10. de *Calice* *David* Pf. XXIII. 5. 2 21. mensuras continent, ex voce *רַוְיָה* *Ravajah*, 7 enim 200. 7 sex, 7 decem, 7 quoque Hebræis denotat, ex traditione R. *Abaja*, qui olim vixit *Colonia*; ubi hodiernum turris ejusdem nominis reperitur. c. 11. de *Ranâ* horrendæ magnitudinis; de *pisce* ingente, cujus longitudo tria milliaria (an verò Germanica

sive

sive Italica
prolixum
ritilū stare
pedicabit
Margarita
Sublatis
& quem p
galander m
Jud. mend
& Dominum
mane, videt
ris. sed faci
gerus Theol
mabit, excec
chon de quo
dubium non
acceptum ille
Jud. c. 1. p. 1
in Edit. A
c. 3. Excell
c. 1. p. 91. U
nomen IESU
dicere, quod
leatur mem
stum rugien
tes sunt, ma
Urinas
adversus bla
777. Cyprian
therval, Ger
nov. alligat
ne pro pingu
stianos quā
cutissimum

five Italica fuerint non additur) exæquarit, satis prolixum figmentum! Plura, ut *rifui* Lector & *irrifui* litare possit, C. *Gerson* in Talmud. Refut. sup-
 pedicabit, & flagello Judæorum c. 30. c. 7. *Ant. Margarita* libro impresso Lipsiæ cui titulus *Der Judische Glaube*. *Forsterus* Prætat. Lexic. Hebr. & quem primo loco nominare debebam *Megalander* noster *Lutherus* Tom 7. Wirtzb. de Jud. mendaciis, ubi Quot, quantasque in DEUM & Dominum nostrum JESUM blasphemias evomant, videre est. Informabit *Gaffarallum* *Clarif.* sed fati invidia orbi literato creptus *Hortingerus* *Thef. Philol.* sect. 7. *Gaffarellum* informabit, execrandus *R. Lippomanni* Liber *Nizzachon* de quo *Buxtorfius* Pater asserit; *Talis est, ut dubium non sit, quin enim ex ore Diaboli dictantis acceptum literis* An. 1469. consignarit. *Synag. Jud.* c. 1. p. 19. Videatur eruditiss. *Dn. Hackspan.* in Edit. *Nizzachon* p. 224. *J. C. Hess.* Fl. J. p. 3. c. 3. Excellent. *Dn. D. Möllerus* in *Judaism.* l. 1. c. 1. p. 91. Ubi ex *R. Elia* in *Thisbi* tradit, Judæos nomen JESU non rectè proferre, sed pro יֵשׁוּעַ dicere, quod per abbreviaturam valet יֵשׁוּעַ דֵּלֵּעָא *deleatur memoria ejus.* Ita *Leones* adversus Christum rugientes & canes gloriæ Dominum allatrantes sunt, manentque Judæi, vid. *Eruditorum Decus* *Ursinus* Adv. f. p. 126. 220. Antidotum adversus blasphemias subministrant *Iustinus Martyr,* *Cyprianus,* *Tertullianus,* *P. Galatinus,* *B. Lutherus,* *Gerson,* *Crigantius,* in *Revelatore Arcanor.* aliique gloriæ Christi & veritatis Christianæ propugnatores. De Judæorum odio in Christianos quid attinet scribere? Convicia, quibus sacratissimum nomen impetunt, quando *Notzere-*

nos, Gentes, Edumæos, Hæreticimos, Epicureos, atheos, carnem & sanguinem, præputiatis, canes &c. Impuri Appellæ nos appellant, abunde satis testatur *N. Fullerus* Miscell. l. 2. c. 3. Eloquentur fraudes, usuræ, persecutiones, fontium infectiones, quotidiana sanguinis Christiani sitis, *Mulus legi & audiri*, ait *B. Lutherus*; *historias de judæis, quomodo fontes infecerint, clanculum homicidia patrârint; item quod Iudæus ad Iudæos inter nuncio Christiano vasculum miserit plenum recentis cruore*, lib de Jud. t. 207. Tom. 7. Witteb. Sed ante illum *Soerates Scholasticus* l. 7. c. 17. scribit, immane scelus molitos Judæos, *Puerum scil. Christianum comprehendere, cruci alligare, in sublimi suspendere, quo facto primum irrisione illudere; cachimos in eum tollere; post paulo insaniam correpti, illum usq. e verberibus, cadere ausi, ut præ cruciату vitam amittere vid. legq. Marquard. de Susani* Ictus Utin. l. de Jud. & Usur. p. 1. c. 7. Francof. 1613. Ubi de fontibus veneno infectis, de sacculis receptis veneno in iisdem repertis iniecerat mentionem. De *Wilhelmo* puero Anglicano à Judæis in urbe *Worwicho* die Parasceves crucifixo refert, ex *Antonio* Archi-Episopo Florent. hist. 2. tit. 17. c. 1 §. 6. f. 210. & *Polyd. Virgilio* l. 16. H. A. quod Judæi Nordowicensis Christianum quondam puerum, furtim captum, totum integrum annum enutriverint, ut adventante *Paschate* cruci affigerent, qui tanti criminis convicti, meritas dederant pœnas. *Jac. Paretz* de *Valentia* Episcopus *Christopol.* Comment in Pf. LXVIII. 23. *Intingatur porius in sanguine*; narrat, quod udæi Anno 718. Congregati in urbe *Phanicia* Academiâ ac Emporio olim

olim nobili
 cibus Ictus,
 1661. in
 crucifixi,
 mibus opp
 latus transi
 copia exteri
 blicam emat
 sponte vene
 tam immoch
 nem sitiant
 post landat
 p. 2. c. 1. deqq
 rient: cultur
 Thef. Philol
 aliorum verp
 venit. Vide
 l. 3. p. 266. f
 1598. Fran
 Christianor
 ante illum P
 um, Rothbo
 c. 14. p. 10
 bergent in
 1491. N. C
 ceules, hoi
 subula co
 nem, men
 perturbat
 iactis hie
 fodi, fect
 impietati
 fupertus
 quale Gm

olim nobili Beryto, de qua Excell. in D. D. *Stran-*
chius Ictus, dissert. de Meurop. Beryto Brunsw.
 1661. in una domo creperint imaginem ligneam
 crucifixi, & primò flagellarint eam, deinde cum om-
 nibus opprobriis & injuriis crucifixerint, lancea
 latus transfixerint, e qua miraculose tanta sanguinis
 copia exierit, ut per rimulas portarum in viam pu-
 blicam emanaret, quo viso Indæi ad Baptismum
 spontè venerunt, miraculum prædicantes. Cur
 tam immodicè Christianorum infantium sangui-
 nem sitiant, aliorum relinquitur judicio vid.
 post laudatum Hamburg. D. *Müllerum* Rabbin.
 p. 2. c. 1. seqq. de Repub. literaria & linguarum O-
 rient: culturâ benè meritis. *Hottingeri* sententia
 Theol. Philol. l. 1. c. 1. de R. sect. 7. p. 52. Nefanda
 aliorum verporum scelera alibi *Eruditus Lector* in-
 veniet. Videat saltem *Annales* Marchiæ Brandenb.
 l. 3. p. 269. seqq. Autore *M. Andrea Angelo* Anno
 1598. Francof. ad Oder. de sacratâ hostiâ puerisque
 Christianorum impiè ac crudeliter tractatis. Et
 ante illum *Pet. Lindenbergium* b. m. Agnatum me-
 um, Rostoch. Annal. Conditorum. Chron. R. l. 3.
 c. 14. p. 103. seqq. De *Eleazoro* Judæo Stern-
 bergensi in Mecklenburgico Ducatu, qui Anno
 1492. N. C. à sacerdote 4. debente solidos Lube-
 censes, hostias duas consecratas accepit. Easque
 subulâ confodere ausus, roseum exire vidit sangui-
 nem, mensam humectantem. *Miraculo* tanto
 perturbatus *Eleazar*, hostias per uxorem laternæ
 inclusas sacerdoti reddi jubet. Recipit ille, de-
 fodit, scelere manifestato pœnas meritas persolvit
 impietati, ultricibus flammis cum 25. Apellis ab-
 sumptus. Historiæ hujus processum à Dn. *Mi-*
chaele Gutzmero Eccl. Sternberg. Pastore A. 1626

conscriptam cum cupido Lectore communicare possem, nisi Notarum habenda esset ratio. Exhibebo tamen, cum placuerit. Hæc & similia si *Gaffarellus* noster ponderasset, ab intèpestivo Iudæorum patrocínio ac elogió, haud dubiè, sibi temperasset. Non contemnenda Clariss. *Forsteri* verba: *Demiratus sum, ait, nostratium Christianorum socordiam, qui absq̃ ullo judicio commentaria Iudæorum, in quibus nulla lex, nulla Dei notitia, nullus spiritus, nulla illius disciplina seu artis vera ac solida scientia, nulla linguarum ac ne quidem Hebrææ lingvæ cognitio, amplecti maluerunt, quàm ut ipsi considerarent voces ac earum significaciones. &c.* Præfat. Lexic. Basil. 1557.

NOT. 7.

S. 2. p. 14. *Talem Asini cultum perhibent.* Illam *Plutarchus* l. 4. q. 5. *lympof.* describit seqq. *ὡς τὸν ὄνον δὲ ἀναφαιναντα πηγὴν αὐτῶν ὑδατῶν πρῶτον, ἕως καὶ τὴν σὺν σεβαστῶ σπυρὸς καὶ ἀρετῆς διδάσκαλον γενομένην* i. e. *Quemadmodum si Asinum ostendentem eis fontem aqua venerantur; ita verisimile est illos colere porcum sationis & arationis magistrum.* Extra controversiam est, profanos scriptores *Plutarchum, Tacitum, Livium, Justinum, Iuvenalem, Petronium,* aliosq̃ multarum rerum scientissimos, non omnimodam aut exactam de *Iudæorum origine ac religione* ritibusq̃ cognitionem, nec causam instituti habuisse. Videatur *Iosephus* l. 1. contra *Appionem*. Idem de *Plutarcho* credideris, qui graviter si non turpiter hallucinatur, *Iudæis in honore porcum fuisse.* Notorium est, non fuisse, non esse debuisse, *Levit. XI. 7. 28. Deut. XIV. 8. Esai. LXV.*

4. & LXVI.
 follia vetici
 erat porcos
 non. c. 5.
 porcos & c.
 nocimenta
 ab immundis
 tum est, ac
 dicitur sit, qu
 menta in
 dem voluer
 rendi, ut Eli
 pantheon D
 Anglorum
 Quoties loq
 pto quodam
 trio German
 28. i. e. r.
 P. Cum
 pod Ger
 dicitur i. h
 27. d. q. 2
 rum porc
 12. Luc. VII
 loco consili
 in Perzã fr
 Edit. Ger
 gionis nom
 Vid. Doct.
 11. Para
 Clar. I. C
 301. U
 1950 erep
 251 and a

4. & LXVI. 3. Extrema pati maluerunt, quam
 fuillâ vesci 2. Macc. VI. 18. c. VII. 1. Res infamis
 erat porcos alere, & canone prohibitum. R. *Mai-*
mon. c. 5. *Prohibuerunt Sapientes aibi nurire*
porcos & canem, nisi catena ligatum. Porcos; ob
nocumenta alienis agris non inferenda; Canem,
ob immundittem. Imò sub maledictione prohibi-
tum est, ait ille, & addit; dicunt sapientes; male-
dictus sit, qui alit canes & porcos ob multa nocu-
menta In lib. *Iuchasin.* Imò ne nominari qui-
 dem voluerunt, ne peris daretur occasio inqui-
 rendi, ut *Elias* in *Thisbi* tradit. Vid. Eruditionis
 pantheon Dn. *Ursinus* Miscell. p. 112. Et Doctiss.
 Anglorum Dn. *Lightfoot.* Hor. Ebr. in Mat. p. 137.
 Quoties loquuntur de illo, non nominant, sed rece-
 pto quodam more, uti malam scævam avertunt, pa-
 trio sermone ררר ארר Græce esset: *καὶ γὰρ ἔθλη-*
το i. e. *res cum irâ & indignatione rejicienda.*
 P. *Cuneus* l. 2. 29. Objicies. Cui bono ingens a-
 pud *Gergesenos*, Cananis Posteros à luto crassiore
 dictos 1. Reg. VII. 46. ingens porcorum numerus?
ἀγέλη χοίρων πολλῶν βοσκόμεν, *Grex multo-*
rum porcorum pascens Matth. VIII. 30. Marc. V.
 12. Luc. VIII. 26. Hoc *Gadarenis* tribuitur. De
 loco consulendus *Iosephus*, qui *Gadaram* statuit
 in *Perzâ* fuisse metropolim de B. l. 1. 8. p. 888.
 Edit. Genev. 1611. Inter urbes *Decapolitanæ* re-
 gionis numeratam memorat *Plinius* l. 5. c. 18.
 Vid. Doct. *Spanhemius* Introduct. ad Hist. f. Tit.
 11. *Parzæ transjordanica* p. 222. Lugd. 1676.
 Clar. *J. Casaubonus* Exercit. 13. ann. 31. n. 69. p.
 301. Urbem asserit præcanicam *Judæis* à *Pom-*
pejo ereptam. Sed videatur d. l. & cum illo *Auto-*
res laudati, qui *litem chorographicam* diriment.
 Heic

Hæc loci largietur nobis, quæ prædictus *Casaubonus* c. l. habet: *sunt inquit, qui existiment etiam si Iudæorum hominum urbs illa fuisset, potuisse tamen greges porcorum à Iudæis mercatoribus ali, non quibus rescerentur, sed quos venderent.* Sicuti hodie Iudæi lardum emunt, & dividendunt, nullatenus eò vescentes. Sed remittitur Lector à *Casaubono* ad *Abulæsem* in h. l. *Matt. n. 233.* Subjungitque suillam conditam *Militaribus Romanorum* allatam p. 302. vid. *Lud. de Dieu* *Animadv.* in *Matth. p. 28. 29.* *Lugduni 1638.* Erat autem ei vicina urbs *Gergesa.* Dicunt Hierosolymitani, *Gergasios* adventate *Iosua* & per præconem indicente: *Qui hic migrabit, migret!* se contulisse in *Africam*, *Dn. Lighthfoot* d. l. Rem ipsam si consideres, porcos non Iudæorum fuisse, sed *Ethnicorum* inter Iudæos *Gadarenos* habitantium, alleverat *A. Schultetus* *Exercit. Ev. l. 2. c. 49.* *Ustracisimum* quippe erat, vergente ad interitum *Palestinâ*, gentes immixtas cohabitare Iudæis, suis ritibus ac negotiis, nemine contradicente, indulgentes. Si hoc non sufficit, mores Iudæorum consideres, quibus *lucris odor bonus e re qualibet, & lucrum summa lex.* Neque enim ignorabant, suillam à quâ *Turcæ* abstinent, vide *Dn. Pfeiffer* *Diss. p. 105.* apud *Romanos* esse in deliciis; sicuti olim *Græcis.* Hinc ille apud *Athenæum* l. 9. *Dip. c. 4.* ex *Æschylo*

Ἐγὼ δὲ χοίρων ἴσῳ ω. τὶ πρὸ ὄψων γένοιτ' ἂν ἀνδρῶν
τῶδε βέβαιον?

Ego ponam porcum. quid enim præstantius hoc fuerit hominibus obsonium? Vid. *Doct. Meursius* c. 6. *Mantiff. in Anshelm. de L. Vir. Dn. D. Walther* *Quæstiois.* ait, ab esu Iudæi abstinnerint, pigro

iudicis tamen usum non neglexerunt in fovendis
 tychnis & in compingendis (inungendis) rebus a-
 linis, quod minime erat interdictum. Harm. N. T.
 in Marc. V. 11. Sed pro defensione addendum, *Had-*
rianum Caesarem multis post Titum annis, pro
 Templo veri Numinis Iovis Capitolini fanum ex-
 struxisse, & in fronte portæ, quæ Bethlehem tende-
 batur *suum marmoris insculptam*, ut ægre faceret
 Iudæis, collocasse. Quæ ex Eusebio *Cuneus* l. 2.
 c. 15. p. 207. profert. Liberandi præterea vetu-
 stiores Hebræi à suspitione, quæ *Plutarchus* illos or-
 neravit in cultu asini. Legibus sacris id non sancitur,
 nullibi nisi apud vulgariores legitur vitulum per hor-
 rendam *Βορρολαργείαν* ab Ægyptiis Apim vene-
 rantibus hautam, adorasse, S. Scriptura testatur;
 asinam verò divino honore affectam nullibi. *Gaf-*
farellus noster quæst. pacificæ: Num orta in reli-
 gione dissidia componi possint? Parisiis Anno 1645.
 p. 79. Si vera est ait, quod dicunt secretiores qui-
 dam apud Hebræos Theologi ab ipsis sculpta asini
 maxilla, in templo asservata, ob egregium factum
Simsonis in Philistæos perpetratum, quando man-
 dipula pulli asinarum mille viros percussit. Iud.
 XV. 16. Non ut somniavit *Corn. Tacitus*, asi-
 ninum caput à Iudæis servatum in memoriam, quòd
 ab Ægypto remeantibus perque desertum erran-
 tibus viam monstraverit *Onager*. Futile profe-
 ctò *Taciti* figmentum est l. 5. *Histor.* Cum grex
 asinorum agrestium, inquit, e pastu in rupem ne-
 more opacam concessisset, secutus *Moses*, conje-
 ctura herbidi soli largas aquarum venas aperuit.
 Deinde narrat, Iudæi effigiem animalis, quo mon-
 strante, errorem sitimq. depulerunt, penetrati sa-
 cravisse, ut religiose sc. venerarentur, *Democritus*
 Histo.

Historicus apud Svidam in *Judas* similiter delirant, aureum asini caput adorabant. Tacitum mendacium hoc profligat, & seipsum refutat, Nulla inquit, simulacra, urbibus judaicis, nedum templis, ubi ergo caput aureum asini? nisi in cerebro Plutarchi aut Taciti? Innouit aliquid Paganis, qui S. volumina nunquam inspexerunt, quod ANA Gen. XXXVI. 24. inuenerit, אֲשֵׁרֵי הַיָּם, alii aquas vertunt, alii gigantes, Doctiores cum *Nic. Fulero* Miscell. l. 3. c. 8. אֲשֵׁרֵי יַמִּינִים non אֲשֵׁרֵי יַמִּינִים Mulos, onagros nova contra naturam, ut *Hieronymus* loquitur *Quæst. Hebr.* in Gen. animalia, cum pasceret asinos Sebeonis Patris sui, non fortuito, sed per industriam, vide quæ habet in *Not. And. Oseander.* Levissima hæc prodigiosi mendacii est origo, de quâ vide sis *Iosephum* l. 1. contra *Appion.* Clar. *Seldenum* Syntagm. de Dis S. l. c. 17. p. 365. P. *Cunæum* l. 3. c. 4. p. 535. Inde porro pro gentili virulentia in Christianos, quid? in ipsum Dei Filium deluxit scomma. Sicuti Christianis obiciebant theyestea convivia, fœda conubia, & illiusmodi plura; ita etiam spurcissima mendaciorum Patre Diabolo architecto idola tribuebant, & Christianos dicebant *Afinarios*, ipse verò gloriosissimus noster Salvator JESUS, DEUS benedictus in secula, horrendum dictu, auditu, lectu, scripturæ: vocabatur *Ononychites* Afinungularius ab *ὄνυχ* & *αὐγ* vid. *Celeberr. Vossius* l. V. L. p. II 36. *Fr. Iunius* legit *ὄνορχεσιῶν δότο ὄνυχ τῶν οὐρα ἕρπον* & capite afinino, Afiniceps. *Tertullian.* notanter: *Mercenarius noxius picturam proposuit cum ejusmodi inscriptione; DEUS Christianorum Ononychites!* fortè quod asino inequitasset *Zach. IX. 9. Matt. XXV. 5. 1. Apolog.* contra Gentes. c.

16. Ad. Nati
nisi, altero
rogatus, Re
farine est,
quasi in Temp
formam viti
insidentem
tyrannorum
c. 75. p. 117
erat hominis
vni Apollo c.
oniam homi
Gothici here
asini & porci
H. 1. Tanti
tatis transem
quæ ac corpore
est, quod in
Hamburgensi
Monachorum
nem hujus lap
becum in fin

P 18. S. r
bitas. Cultas
ty. 14. v. 97
Quidam se
Nil præter
Nec distan
Hilut. Scali
thom pro voc
nim de Iudæ
— L
Et cilli tou

16. Adv. Nation. l. 1. c. 11. *Is erat auribus asininis, altero pede ungulatus, librum gestans & togatus, Resimus & nomen & formam.* Eiusdem farinae est, quod de *Amiocho* Epiphane scribitur, quasi in Templi Hierosol. adytis lapideam statuam formam viri barbâ promissâ referentem, aselloque insidentem repererit, quam Mosem esse iudicabat tyrannorum pessimus. vid. *Vossius* de Idolol. l. 3. c. 75. p. 1134. 1113. *ὄνος* & *ὄνος* ἄλ. Ἐgyptiis erat hominis planè rudis hieroglyphicum, ut *Horus Apolloc.* 23 tradit *Stultum Dei sapientius omnium hominum sapientia* 1. Cor. 1. 25. Iure Gnostici hæreticissimi suum Deastrum Sabaoth *asini & porci figura* expresserunt, *Epiphanius* l. 1. H. 1. Tardi quippe pro nominis sui Idea ad virtutis tramitem in viâ veritatis, & impertinente æquè ac corpore. Iucundum visu lecturæ de *Asino* est, quod in lapide posito in Templi Cathedralis Hamburgensis pariete cernitur, quo dubio procul Monachorum pravitas innuitur. Explicationem hujus lapidis evolve si placet apud *Clar. Lambecium* in fin. Orig. Hamb.

N O T. 8.

P 18. S. 1. *Nubes adorasse & Nubicolas habitas.* Cultas à Judæis nubes fingit *Juvenalis* satyr. 14. v. 97.

Quidam sortiti metuentem sabbathia Patrem Nil præter nubes & cælinum adorans, Nec distare putant humani carne suillam.

Illust. *Sealiger* legit *cæli lumen*; & *Doctiss. Pithæus* pro voce cæli substituit *cilli*, hinc *Petrinus* de Judæis:

— Licet porcinum nomen adoret,
Et cilli summas advocet auricolas,

Aeschyus κίμων ὄν, cillus est asinus. Idem Christianus imputabatur, quasi contemptis gentium de astris oculos & mentem ad cæli nubisqve conditorem elevabant. Alius si hoc putatis nubes numeret orans, alius lacunaria, ait *Tertullian* Apol. c. 24. Ita ridebantur, quoties sub Dio ad nubes, vel sub tecto ad lacunaria caput erigebant. Gentes hoc fecisse testatur *Aristophenes* in Nub. ubi Socrates affatur *Strepsiad*. Act. I. sc. 3. v. 28. seqq. p. 751.

Βέλε τα θεῖα πράγματα εἰδέναι σφῶς
καὶ συχνεῶτα τῆς νεφέλισσι εἰς λόγους
ταῖς ἡμετέροισι δαίμοσιν;

i. e. *Vin' tu res cælicas clare perdiscere, & quales sint cognoscere? etiam cum nubibus in colloquio congregari nostris Deabus.* Idem in seqq. Act. sc. 4. in pericope. εἰχῶν.

Σέβομαι γ' ὡ πολυτίματοι i. e. *Veneror vos nubes sancta.*

Videntur hæc sub persona Socratis, qui se nubes dicit colere, irrideri Judæos, non quòd omninò nubes colant, sed ut ostendat à cæterorum cultu abire, q. d. Numen adorant, quod non vident. Quid? si respexit, quod per nebulam quasi inaudit, Deum Israël in nube densissimâ montem Sinai cooperiente, Mosi, quem septimo die ex medio caliginis vocavit, apparuisse, ingressoqve medium nebulæ, inqve montem ascendenti, ubi 40 diebus pariter ac noctibus mansit, tabulas lapideas legem & mandata, quibus Israëlita erudirentur, tradidisse, Exod. XIX. 16. Judæi ergò nubes adorare dicuntur, quia Deus in nubibus semper eis apparebat, unde Numer. XIV. 14. *Nubes tua proteget illos, & in columna nubis precedis eos per diem, & in colu-*

columna nubis
M. ducere
sub columna
iustitia
verti a præce
Inde arbitro
gibus Perla
tur, uti COS
hosternis Re
rum, tabular

pag. 17
dau binores
cus occurit
ex Ezech. VII
concessi sunt
tunc v. amon
Sicut nubes
In honorem
Vilalpania
Romæ. An
gnificati altu
men: LXX. v.
184. 108. 10
Ezech. 10
V. 11. 11. 11
11) 11. 11. 11
res 11. 11. 11
tation meum
pronotum, 11
11. 11. 11. 11
11. 11. 11. 11
11. 11. 11. 11
11. 11. 11. 11
11. 11. 11. 11

Columna ignis per noctem. Voluit scilicet Deus O. M. ducere Israelitas sub NUBE, *Gratie* symbolo, sub columna IGNIS, *Iustitie* documento; quia *iustitia & iudicium basis solii, misericordia & veritas precedunt faciem Dei* Ps. LXXIX. 15. 16. Inde arbitror, morem ortum, quo sacer ignis Regibus Persarum postea Rom. Imperat. præferebatur, uti COSS. securus Indis tympana, Syris stola, hodiernis Regibus gladii inaurati & nudi Venetorum, tuba argentea, vid. E. Schedius c. 28. p. 362.

NOT. 9.

Pag. 17. § 3. *Quod Baccho exhibitos à ludæis honores spectat.* Notandi hic Hebræi, & locus occurrit illustris & explicatione subobscurus, ex Ezech. VIII. 17. *Replentes terram iniquitate, conversi sunt ad irritandum me & ecce applicant rannum ad nares suas.* B. Lutherus vertit: *Sie halten die Weinreben an die Nasen.* In honorem Idoli vide glossam marginalem. J. B. Villalpandus Tessellati in Ezech. operis Tom. 1. Romæ An. 1596. p. 121. arbitratur, his verbis significari actum eorum, qui subsannant & irrident nomen: LXX. vertunt, וְנָסוּ שְׁלֵחֵי אֵת הַמִּזְבֵּחַ אֶל אֵפוֹתָי וְעָלְמוּ אֶת אֵפוֹתָי וְעָלְמוּ אֶת אֵפוֹתָי וְעָלְמוּ אֶת אֵפוֹתָי & ecce mittunt factorem ad nares suas. *Vatablus*, (cui planissimè contradicit Villalpandus) *Docti*, aith. l; inter Hebræos dicunt, ad nares suas, sive, ad nasum suum positum esse, pro ad nasum meum, & ita scriptum fuisse, sed immutatum pronomen, ob Dei reverentiam, q. d. videntur mihi oppedere in faciem, aut ἀντιπροσώπων ὡς τὰς ὀφθαλμούς, ut *Socrates* apud *Aristophan.* in *Nub.* ait p. 752. *oppedere tonitrubus*, quia ipsi Deo

tonanti. *Symmachus* interpretatus apud *Vilalpand.* quasi emittentes sonitum in similitudinem cantici per nares suas, rauco foedoqve sonitu de naribus procedente, in Dei contemptum. Sed vox זמורה *Zemorah* à verbo זמר dubiæ significationis; significat enim *palmitem* ab incidendo, sic *Nah. II.* 2. apud *Forsterum* זמר, & addit locum præsentem, describit, inquiens ritum colentium idola, applicantiam ad nares palmitem. Denotat item nomen animalis, *Camelopardum*, sive alcem, aut cervum ramiferum, vulgò rangiferum, de quo videri poterit *Apoll. Menebem* *Medici Insubris Histor.* ad *Rudolph. II.* Imperat. *Colon.* 1581. *Arnold. Bootius* *Miscell.* lib. 3. c. 1. n. 11. Item *falcula*, quibus vites inciduntur *Esā. II.* 4. *Conflabunt lanceæ in falces.* Item, *Instrumentum Muscum*, carmen, rei extremitatem, denique fetorem. vid. *Forsterus*, *Buxtorfius*, *Marinus*, *C. Gatakerus* *Advers. Miscell.* c. 48. p. 469. seqq. *Londin.* 1659. Explicatius *LXX.* cum vertunt ἐκείνων τὸ κλήμα, quæ vox apud Græcos vitem, palmitem, aut pampinum ex *Aristot.* l. 5. de *Anim.* significat, vide *Budaum* *Th. Gl. beat. Hieronymi* mens, ramos ad nares applicasse, ut idola se adorare significarent. In Iovis sacris coronati *asculo*, Appollinis *lauro*, Minervæ *olea*, Veneris *myrtho*, Herculis *populo*, Bacchi *hedera*. 2. *Macc. IV.* 7. Interdum *pampinis*, ramisq; *ficulneis*, *Panis pino*, *Diti cupresso*, *Ilidi abrotano*, Hinc *Thracæ* in omnibus sacris coronati *hedera*, *Cappadoces ambrosiâ*, *Ægyptii* non saltem *gramine* manibus decerpto, sed & *pappiri flore* Deos coronantes, vitibus & *hedera*. vid. *L. Giraldu* de *Dīs Gent.* *syntagm.* 16. Conferatur *Dn. Schedius*

Celtas

Celtas & Dri
cum sacrificia
Videntur itaq
ramos adm
rent divinitat
celeberr. Ga
hoc, inquit,
erificantes ad
ramos de palm
ad nares.
ramum postq
capitibus juv
sic somnia ver
cum idola juv
teram illud p
osculabantur
si osculatus su
do fuit restit
eo laetatum
beconitium, C
ratione laetari
teneant. D
tostredon lict
Causim Pol
p. 204. cum
lo, verben
Milesianem
sunt ramus er
103. vulgato
latum) oleæ v
tis, a quo depe
que. *Platari*
in *Polyid.*

Celtas & Druydes & Germanos quernis frondibus, cum sacrificia perficerent, coronatos. Syntag. c. 29. Videntur itaque Israelitæ Gentium ritus imitati & ramos admovisse supplicantes, uti de astris tribuerent divinitatem. Audiatur fufius hac de re apud celeberr. Gatakerum Hugobarchin. p. 571. *Per hoc, inquit, Prophetæ notat idololatriam, quia sacrificantes idolis superponebant capitibus suis coronas de palmarum ramis, ita ut rami descenderent ad nares. Vel de lauro potest intelligi, cujus ramum postquam sacrificaverant, superponebant capitibus suis, qui descendeabant usq. ad nares, ut sic somnia vera viderent; vel poterat esse, quod cum idola sua imminente posita, quia manum non poterant illud pertingere, ramis tangebant, & tunc osculabantur ramos, unde apud Iobum XX XI. 27. si osculatus sum manum meam. Item consuetudo fuit gentilium, quod quando remoti erant à loco Idolorum suorum, manus extendebant versus locum illud, & ea que tenebant; & tunc in veneratione Idolorum manus osculabantur & ea, que tenebant. Doctissimi Virorum post Hier. Gotofredum lectum Genev. in 1. Timoth. III. 16. Causinum Polyhist. l. 5. c. 57. in Horum Apollin. p. 204. cum Apulejo in Pompâ Deorum, Thallos, verbenas & corollas ferri consueville ultim. Milesionem statuunt ἐπισημασμένον intelligi. Eri-sione ramus erat (quem P. Castellanus de F. G. p. 103. vulgato nomine *ixhneios* docet esse appellatum) oleæ vel lauri, ex lana ramoque complicatis, à quo dependebat panis, totyla, ficus, bona quæque. Plutarch. in Theseo. Ut est apud Sophocl. in Polyid.*

*Huic inerat ovium vellus: inerat (αμπελων)
vitium*

*Latex & una, cui suus perstat vigor;
Et fructuum omne frugibus mistum genus
(παυκείπεια)*

*Et pinguis olea sudor, & flavens apis
Quæ multiforme struxit e ceris opus.*

Apud Gatakerum (vid. eundem in Miscell. lib. 4. c. 4. n. 6.) subscribit Vir solidæ Erud. Arnold Boëtius in Miscell. Puto, inquit, Zemorah significare thyrsum, quem Bacchi festo in honorem ejus gestare Idololatra solebant; & ille faciei ac naribus admovebatur. In Græcia ubi hederæ copia, ex ea & vitæ palmitibus inter se implexis, tum capiti coronis, tum hastis velamenta, & sic thyrsos concinnare solebant. vid. Plutarchus in Thesco. Macrobius l. 1. Saturnal. c. 19. p. 356. Alex. ab Alexandr. p. 534. P. Castellanus de F. Græc. p. 199. Ath. Kircherus ob. P. p. 354. At verò quia in Syriâ nullam fuisse hederam Theophrast. l. 4. Hist. c. 4. tradit. existimandum Bacchi cultores loliis vitis frondibus usos. Ita videt Ben. Lector hostem veritatis ad καυρὸν ἑλίαν induxisse Paganos, postea ad se pertraxisse Israëlitas, quibus Dei benignitas mysterio plenissimum simul ac savissimum ἀνηνοπι γήεις festum præceperat, de quo Moses Levit. XXI. 39. 40. 41. Celebrabitis ferias Domini 7 diebus: die primò & 8 erit sabbatum (requies) sumetis ἄ vobis die 1. fructus arboris pulcherrimæ spathalas ἄ palmarum & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & letabimini coram Domino Deo vestro 7 diebus. vid. Lortius & Cornelius de lapide in h. l. Itém B. Reina Quadr. Conc. 30. p. 664. Et quem

primo

primo loco non
c. 10. p. m. d. l.
riat ramos my
la perlea
13. A. J. d. c.
πρὸς cele
conjecerunt
bræi palme
plorandam,
ad gentium v
turbasse, cog
rarum Sap.

6. 4. p.
loco habuerunt
Nimium quæ
Accleres, quæ
vicini. Syri
multis polle
dum anicula
manes docet
fabulosa D.
corrupto no
gniflow hinc
polytana U
pud Syro
Diod. Sic
in Syria ver
profundus
cua silvæ
tatur, fac
referens
Syrietas

primo loco nominare debebam *Iosephus A. J. l. 3. c. 10. p. m. 82.* Ubi docet, quod manibus gestarint ramos *myrtili salicis & palme*, ex quibus *mala perseæ* dependebant. Sed ut idem Autor l. 13. A. J. dicit, quòd *Gentilium impietas & vno-πηγίας* celebritatem in parantem sacrificare, conjecerint *citreæ*; quia hoc festo moris erat *Hebræis palmeos & citreos thyrsos* gestare: Ita deplorandum, Diabolum à puriore cultu *Israëlitas* ad gentium vanitatem abripuille, atque omnia perturbasse, cujus invidiâ mors introivit in orbem terrarum Sap. II. 25.

NOT. IO.

§. 4 p. 19. *Syri &c. Quod pisces Deorum loco habuerint &c. sine injuriâ asserti non potest.* Nimium quantum hic vapulant notæ nobilioris Auctores, quibus tamen dubio procul melius *Syri* vicini, *Syrorumque* mores ac ritus notî erant, quam multis postea sæculis nato *Gassarello*. Sed dandum aliquid est *Gallicæ* audaciæ, quæ insultus in manes doctorum facit. Repugnat antiquitas & fabulosa *Derceto*, ut habet *Plin. lib. V. c. 13.* quæ corrupto nomine erat *אדיר דג* *adir-dag*, piscus magnificus, hinc per metathesin *aderchada*. Hieropolitana Dea *Macrobius l. 1. Saturn. c. 23.* apud *Syros* summo in honore, pisces fuisse habitos *Diod. Siculus* memorat, l. 3 & 11. *Est*, inquit, in *Syria* urbs *Ascalon*, à qua non procul ingens & profundus lacus piscium copia abundans, & in vicina illustris Dea templum, quæ *Derceto* *Syris* vocatur, faciem mulierem & toto aliâ corpore piscem referens. Causam subjungit. Hinc factum ut *Syri* etiamnum ab id generis animante abstineant,

DEORUMq; ritupifcos colant. Item, l. 3. c. 2. Syri ad hæc usq; tempora piscibus abstinentes eos pro Dis colunt. Ovidius l. 2. Fast. satis clarè:

*Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis,
Ne violenti timidi piscibus ora Syri.*

Vid. Clariff. Seldenus de Dis Syror. syntagm. l. c. 3. p. 268. Schedius de Dis German. syntagm. l. c. 9. Jac. Ouzelius in M. Felicem p. 179. Huc accommodari potest illud de Nebucadnezare scriptum. Habac. l. 1. 6. *Immolabit sagena sua, & sacrificabit reti suo.* Guevarra in h. l. continens pro contento positum docet, sagenam pro piscibus, quibus Rex tanquam Dis fautoribus victorias acceptas referebat. Certè Deus Israëlis prohibuit, *ne piscium fingerent imagines, non adorarent* Exod. XX. 4 quia scilicet habitaturi erant prope Philistæos piscium simulacra venerantes. Sed insipientes præter mentem significarunt, hominem per idololatriam in stolidissimam & extremam degenerasse stultitiam, vid. nervosus Mendoza in 1. Reg. Tom. 2. p. 273. Item Christ. à Castro & Sanctius in Proph. Min. Cum his transigat Gassarelli spiritus & neget, pisces pro Dis à Syris habitos. Ad locum Persei satyr. 5. quod attinet,

— *Cum sistro lusca sacerdos*

Incussere Deos instantes corpora.

Incongruè citatum à Gassarello edocebit Theodor. Pulmannus, *Di instantes corpora, inquit, sunt Isis v. g. & Serapis.* Erat enim opinio, ab illis immitti morbos corporibus, ex Turnebo l. 2. c. 1. Animad. Conferatur Kircherus T. 1. Oedip. Syntagm. 4. c. 16. §. 2. St. Menochius de Rep. l. 1. 4. c. 2. §. 12. p. 408. Vossius de Idolol. l. 4. c. 51. p. 1474. Lud. Pignorius in Ideâ M. Matris

Deum

Item, l. 4. c. 1.
abstinere
latis clare
pner amari
a Syria
r. Syntagma
n. Syntagma
p. 179.
cadentia
gena
h. l. con
nam prop
ribus vici
Itrae
non ad
rant prop
es. Sed
homini
extrema
Mondoz
st. a Cap
s trau
Dis a
quod
sacerda
corpora
cebit
inquit,
nio, ad
mebo l. 2. c. 1.
T. r. Oed
de Rep.
dolol. l. 4. c. 1.
Ideâ M. Mar
Dca



No. 1.



SIREN



TRITON

Deum Venen
erod. de Luce
tita Goinenli
tur alii qui
st Pallogema

Proz

§ 5. p. 2
figura, cupit
tonibus, de q
candum. Val
ac Mytholo
Sanctus in
tificios gravi
piscem est e p
mas usq part
tilis, partim
quali infam
tones destr
Venustas va

Defina
de quo dicit
quod in Sire
tur, serue,
fra aquae d
memini extra
Serdus in 6
bulan tre
runt, in pa
pamus. O
barum uia
Esprim

Deum Venetiis 1624. Clar. Hofmannus dissert.
erud. de Luce & Umbrâ, c. 2. §. 36. Inter aqua-
tilia Guinensibus Tinon piscis sacer est. conferan-
tur alii qui scripsere de Idololatrarum Turba, cui,
ut Palingenius l. 12. habet & l. 9.

--- Crassissima mens est,
Proq; albis nigra, & pro nigris alba locuta.

NOT. II.

§ 5. p. 22. Idolum D. Tritonû aut Syrenis
figura, cuius caput piscis esset. Paucula de Tri-
tonibus, de quibus cum Deo alibi nonnihil indi-
candum. Valde dubito apud Autores
ac Mythologos hujusmodi reperiri. Fig. II.

Sanctius in 1. Reg. V. 2. p. 112. 113. Inter Pon-
tificios gravis Autor, Ego, si ita statuamus, inquit,
piscem esse potius existimarem ab umbilico ad i-
mas usq; partes speciem habuisse animantis aqua-
tilis, partim vero summam rationalis natura,
qualis infemineo sexu Nereides, & in virili Tri-
tones descripsere Poëta, quale monstrum depingit.
Venusinus vates in Art. Poet:

--- Turpiter atrum

Desinat in piscem mulier formosa superne
de quo dicto SAVEDRA S. 78. p. 650. legi poterit
quod in Sirene cernitur formosum est; quod audi-
tur, sive, quod celat intentis noxium; quod in-
fra aquas demergitur, monstrosum. &c. Nec
memini extare, Syrenum capita piscium referre.
SERVIUS in 6 Æneid. Syrenes inquit, secundum fa-
bulam tres, in parte virgines fue-
runt, in parte volucres, Acheloi Fig. III.
fluminis & Calliopes Musa filia,
harum una voce, altera tibus, tertia lyra canebat.
Et primò juxta Pelorum, post in capren insula,
habi;

habituaverunt, quæ illectos suo cantu in naufragia deducebant secundum veritatem meretrices fuerunt quæ transeuntes quoniam deducebant ad egestatem, fite sunt inferre naufragia. Inspici de his poterit nobiliss. Fr. Baconi Equit. Aur. & Magni Angliæ Sigilli Custodis Aureus de Sap. Vet. Tract. cap. 3 i. p. 124. seqq. Londin. 1617. Svidas in voce Σειρήνας, εἶχόν δὲ δῶτό μιν τὴν δῶξα καὶ καὶ ἄνω εἶδόν, γυναικῶν. Τὰ δὲ κάλα σφετῶν. οἱ μυθολογοὶ Σειρήνας Φασι πᾶσι θηλυ πρὸς ὄψιν ὀρνίθια εἶναι, i. e. Habebant ad summum usq; corporis verticem fæmineam formam, inferne vero passerum. Fabularum dictores dicunt, Syronas esse quendam avicula facie fæmineæ. Ovidio l. 5. Metamorph. formolæ sunt supernæ virgines, infernæ aves, unde canit;

Vobis Acheloides unde

Pluma pedesq; avium cum virginis ora geratis?
Eandem sententiam invenias apud Ælianum l. 17. Animal c. 23. Plinius darin gat, Nec Syrenes, inquit, impetraverint fidem, licet affirmet Dino, Clearchi celebrati auctoris Pater in Indiâ esse, mulceriq; earum cantu, quos gravatos somno lace- rant. l. N. H. l. 10. c. 40. Svidas, Syri dicunt esse ut cygnos, quid sint vid. Pignorius in Tab. Isidis vid. Fromundus p. 86. 474. Notabunt Theologiæ sacris operantes verba Svidæ: αἰδὲ, τῶν τῶν Ἡσαία ἐρημένον Σειρήνας καὶ ὀνοκένταυροι δαίμονες τινες εἰσιν, ἔσω χημῶν ὀρμενοὶ ἐπ' ἐρημία πόλεως, ἧς χόλω θεῶν γέσται i. e. Syrenes, quæ apud Esaiam i. a vocantur & Onocentauri (onocratoli) sunt quidam Demones, ea figura mortalibus apparentes, n urbis desolatione, qua

qua ira Deo
sa. XIII. 21. re
Σειρήνας
& Vatablus
& pilositate
Syrabus can
Macrobii l.
Sui ad
fidere celi or
Σειρήνας. T
Sui Mar, fac
verit. Charle
vbi; aucto
tem v. 22.
rent in dolo
Dracomes H
in h. l. Pro
vobis de r
H. Ursin
Syrabus ex
capit carum
de Syrenib
sive semip
rem sed bo
ferit. Olan
rellatur M
du in Hist.
Sunt homin
capitis in b
non detent
pebat tari
renalis g
Florent. n

qua ira Dei contingit. LXX. voces $\kappa\alpha\iota\ \alpha\upsilon\alpha\ \pi\alpha\upsilon\sigma\sigma\upsilon\sigma\iota\alpha\iota\ \epsilon\kappa\epsilon\iota$
 sa. XIII. 21. reddiderunt, $\kappa\alpha\iota\ \alpha\upsilon\alpha\ \pi\alpha\upsilon\sigma\sigma\upsilon\sigma\iota\alpha\iota\ \epsilon\kappa\epsilon\iota$
 $\Sigma\epsilon\upsilon\eta\eta\upsilon\epsilon\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \delta\alpha\iota\mu\omega\nu\iota\alpha\ \delta\upsilon\chi\alpha\sigma\sigma\upsilon\sigma\iota\alpha\iota\ \epsilon\kappa\epsilon\iota$. Vulg.
 & Varabius vertunt: *Habitabunt ibi struthiones*
 & *pilosi saltabunt ibi*. Quia $\kappa\alpha\iota$ est canere; &
Syrenibus cantus tribuitur. Inde Sirenes in celo
Macrobius l. 2. S. Scip. l. 2. c. 3. $\sigma\acute{\omega}\ \epsilon\gamma\gamma\epsilon\sigma\alpha$, i. e.
 $\theta\epsilon\acute{\omega}\ \acute{\alpha}\delta\epsilon\sigma\alpha$. Veterum enim traditio erat, in-
 sidere cœli orbibus, & canere. LXX. verterunt
 $\Sigma\epsilon\upsilon\eta\eta\upsilon\epsilon\varsigma$. Ita Job. XXX. 29. $\acute{\alpha}\delta\epsilon\lambda\phi\acute{o}\varsigma\ \gamma\acute{\epsilon}\gamma\omicron\nu\alpha$
 $\Sigma\epsilon\upsilon\eta\eta\omega\nu$, factus sum frater struthionum, Vulg.
 vertit. Chrysostomus intelligit $\acute{\alpha}\delta\epsilon\lambda\phi\acute{o}\varsigma\ \pi\upsilon\alpha\varsigma\ \delta\epsilon$
 $\nu\iota\beta\alpha\varsigma\ \alpha\upsilon\epsilon\varsigma\ \kappa\alpha\sigma\alpha\delta\alpha\mu\ \kappa\alpha\tau\epsilon\upsilon\tau\iota\kappa\epsilon\varsigma$. Vocem sequen-
 tem v. 22. וְיִתְּנִים *thanim* vertit Hieronymus *Sy-*
renes in delubris voluptatis cantabunt.. Vatab.
Dracones. H. Pindus Conimbr. Doct. Comment.
 in h. l. Pro monstris marinis accepit. De reliquis
 vocibus & textu vid. nunquam satis laudandus J.
 H. Ursinus Anal. 7. 1. l. 6. c. 27. Ita varia de
Syrenum existentia ac formâ opiniones, & nullibi
 caput earum figura piscis fuisse legitur. Sed quid
 de Syrenibus statuendum? Sunt qui verè piscem,
 sive semipiscem ac semimulierem, aut plane mulie-
 rem sed brutum ac mutam censent. Reperiri as-
 serit *Olaus Magnus*, Syrenas in orbe novo, visas
 testatur *Marolus* Coll. 9. Item J. Lud. *Gottofre-*
dius in Hist. Antip. Ludov. *Vives* l. 2. de V. Fid.
 Sunt homines in mari sicut in terrâ. quorum unus
 captus in Bataviâ, quem viderunt plurimi, Ete-
 nim detentus est supra duos annos mutus, & inci-
 piebat fari, quoad ictus bis pestilentia, in mare est
 remissus gaudens & exiliens. *Mart. Palmerius*
Florent. in Annal. refert, Anno VII. Pont. Pelagii

in Nilo animalia masculina & foemina visa esse, quæ ad lumbos usque humanam habuerint effigiem, eaque ipsa per Deum adjurata, à matutino usque ad 9 horam videnda se præbuisset. Anno 1403. in *Frisiâ* mulier capta, ex *Edame*nsi oppido *Harlemum* delata, ubi nere didicit, ac annos vixit complures, & postmodum in cæmeterio sepeliri meruit eo, quòd ut ajunt sancto crucis signo honorem exhibuisset. *Vossius* de *Idolol.* l. 4. c. 11. p. 1472. Ex *Rainero Snojo* l. 8. *Hist. Jac. Mesera* l. 14. R. *Flandr. & Calvisio* in *Chronol. And. Libavii* *Med. & Liter.* decus de *Univ. R.* refert, Anno 1409. in quodam lacu captam *Nereida*, & *Harlemi* vixisse, docilemque se præbuisset ad multa, sed sermone incapacem. Idem *Autore* est, Ejusmodi *Hominem* sed *barbatum* & *pilosum*, mutum aliquot vixisse annos, ex *Guicciardino* in *Descript. Urb. Harlem.* *Rondeletius* in *oblect. Acad.* c. 40. p. 319. scribit, Anno 1531. vitum *Amstelodami* monstrum *marinum* *Episcopi* habitu, & ad *Poloniæ* regnum delatum, cujus signis quibusdam significarit, se ad mare cupere reverti, eoque deductum illicò in undas se coniecisse. *Gesnerus* l. de *Pisc.* part. 12. *Memoriæ* prodidit, juxta *Elboam* *Daniæ* oppidum 4 ab *Hafniâ* metropoli milliariibus Anno 1546. piscem captum, cujus caput, collum, humeri, thorax, humana specie, caput rasum ut *Monachi*, de collo, humeris, ac thorace cuculus quasi pendit, nigris & rubris interspersus maculis. *Brachia* loco *pinnarum* fuerunt, pedum vice, cauda *piscis*. *Totius* monstrum *longitudo* 4. cubitorum, sed ad *Regem* delatum est & tostum ob raritatem & miraculum conservatum est. *Philippus* *Archidux* *Austriæ* Anno 1584. monstruosam *Syrenem*

tenem prope
duos Satyros v
fecutum, alien
Atropod. c
congerunt. A
ex *Dania* trans
prope *Soltho*
lam conficari
rarunt, tribus
venustâ, oculis
candidis & fe
partem mulier
grandioris ab
ad mulierum m
fundam, proje
& in aquarum
Inlit, projecit
tandem post va
lapla spectat
vid. *Hamb. N*
Anno 1609. p
4. *Embl.* c. 63
Inligit. *Gen*
de quib. vid. L
Hier. Colum
inter duas col
Corvæ mitra
tem cedent
dinem relisse
blem. *Indaga*
sibi *Syrenem*
fr. *Bacon*
Acerr. *P. lei*
proclaudib

tenem pro spectaculo transmisit Genovensibus, & duos Satyros vivos, alterum virilem ætatem consecutum, alterum adhuc dum pueri. *Pætorius* in *Atropod.* c. 13. p. 484. Addam quæ nostrâ ætate contigerunt. Anno 1669. mense August. nonnulli ex Dania transfretantes inter Hafniam & Malmö prope Soldholmensẽ Insulam Syrenem famellam conspicati. Itidem sub fide juramenti asseverarunt, tribus à navi passibus è mari emerisise, facie venustâ, oculis subnigris, pectore integro, manibus candidis & ferè humanis, forma quoad superiorem partem muliebri, inferior enim in caudam piscis grandioris abiit. Syren ista tribus à navi passibus, ad mulierum navi isthac vectarum ululatum petiit fundum, projecto in undas panis frustulo remeavit, & in aquarum superficie pane pila quasi dataria lusit, projecit in aerem, & facili negotio recipit, tandem post varias circumgyrationes sub undis lapsa spectatorum oculis se subtraxit, ac evanuit. vid. *Hamb. Neogr. Dn. G. Grasing. Relat. Germ.* Anno 1669. p. 567. Confer *Camerarium Cent. 4. Embl. c. 63. 64. 65.* *Comites de Tettenbach* pro Insignib. Gentilitiis Syrenem super gateâ usarpant, de quib. vid. Doct. *Limneus* de J. P. l. 1. c. 6. n. 94. *Hier. Columna* Dux Italiæ pro Eubem. Bicaudata inter duas columnas Syrene utebatur, cum Inscript. *Contemnit tus aprocellus!* Syren propter facilitatem cedendi pingitur: Columna propter firmitudinem resistendi adhibetur: Solertiss. *Artis Emblem. Indagator Jac. Masius c. 42. sp. p. 532.* Quid sibi Syrenum doctrina velit, consulatur laudatus *Fr. Baconis* d. l. *Dn. Ursinus Theol. Symb. c. 23. & Acerr. Philolog. l. 2. n. 296. l. 5. n. 17. 21.* Addam pro clausulâ, quæ de funere *Hephestionis* recensentur,

tur, in illo quidem quod magnificentia inenarrabili ab Alexandro M. editum est in Babylone, in fastigio summo stabant Syrenes, intus inanes, sicut hominum essent capaces, quæ funebrem occinerent naxiam, annon etiam voluptatis vanitatem & gloria, quandoquidem ad 12. Talentorum millia traduntur in sumptu effusa. *Gr. Tholosan.* l. 13 in fin. de Republ.

NOT. 12.

Fig. IV. P. 22. *Idolum Dagon.* Liceat mihi cum curiosi ac eruditi Lectoris veniã certâ methodo hic progredi, ut (1) Nomen (2) Materia (3) Figura (4) Potestas. (5) Cultus ostendatur.

(1) *Nomen.* *Dagon* à frumento dictum deducunt Philistinorum Idolum. Interpres Sanchoniatonis *Philo*, apud *Eusebium* in *Præp. Evangel.* c. 2. *Δάγων, ὁ ἑστὶ σιταίων*, q. d. *frumentarius*, *Martinus* in *Arc. N.* Alii à pisce & dolore. Unde apud *Philon.* *Dagon* piscem trititiæ designat in *Interpr. Nom. de lib. Judic.* Idolum vel à pisce, vel à frumento nomen obtinere potuit; Utraque enim appellatio descendit à דגה *dagah*, qua piscis vel multiplicatio denotatur, ut suspicio sit, piscium frumentisve item voluptatis ac fecunditatis causa à *Gatzais* & *Aihoihais* fictum & cultum simulacrum. *Forsterus* p. 262. *Schindlerus* p. 366. *Dagon*, Deus frumenti & aratri, inventor, quasi *Deus frumentarius*, *Saturnus cum face Iupiter* *Macrobius* l. 1. *Saturnal.* c. 7. Reliqua quæ ad nomen spectant, apud Autorem legi poterunt.

(2) *Materia.* Nihil equidem, hoc in loco certè





N^o. 4.



Staats- und Universitäts-
Bibliothek Homburg.

certe definitum
edam & sabbat
tellig est. Dan.
rum, argenteum
& lapideum
Ex auro fulli,
dissu abominat
gentium, ligna
que colebant.
de sacculo &
artificem ut fa
bus probatum
rum Tragedia
24. Dan. III.
auram. Cye
bona intencio
Statua 2. M
Regem bene
ibi fuerent pro
florentissimam
conseruatione
is. (2) Ex
Micha Idol
VI. 10. Ex
uestimentis
res opponunt
Non auro e
rum pretiu
rerent, ex
Ex ere
ferrei Di
rare lon
Deut. XXI
tu genuisti

certe definiendum. Ex variâ enim Gentilium
 εἰδωλα & βδελύματα conflata fuisse i. codex
 testis est. Dan. V. 4. Mentio fit Deorum aureo-
 rum, argenteorum, æneorum, ferreorum, ligneorum
 & lapideorum, quos laudarint Babylōni. (1)
 Ex auro fusi, ficti, factiqve Deut. XXIX. 17. Vi-
 distis abominaciones & sordes Ægyptiorum &
 gēniūm, lignūm, lapides, argentum & aurum,
 quæ colebant. Esa. XLVI. 6. Effunditis aurum
 de sacculo & argentum ponderatis, conducentes
 artificem ut faciat Deum Materiam hanc pluri-
 bus probatum ibit, infelicis vituli aurei Israēita-
 rum Tragœdia, ut infra dicitur. Exod. XXXII. 4.
 24. Dan. III. 3. *Nebucadnezar fecit statuam
 auream. Credibile est, ait, And. Osiander in h. l.
 bona intentione in Dei honorem, qui sub imaginis
 statuâ 4. Monarchiarum statum delineaverat,
 Regem hanc statuam erexisse ac voluisse, ut preces
 ibi fierent pro Monarchia Babylonica, quæ aureum
 florentissimumq; hunc mundi caput erat, diuturnâ
 conservatione. Adde Ps. CXV. 4. & Ps. CXXXV.
 15. (2) Ex argento. Deut. XXIX. Jud. XVI. 3.
 Michæ Idolum argenteum. Hof. VIII. 4. Baruch.
 VI. 10. Exornant argenteos, aureos, ligneos Deos
 vestimentis, quasi homines essent. vers. 29. Mulie-
 res opponunt Dis argenteis, & aureis & ligneis.
 Non alio de nomine, nisi ut nitidiorum metallo-
 rum prætiis, honorem Dis, quos sibi fecerant, qua-
 rerent, ex auro argentoqve eos formando. (3)
 Ex ære. Expresse enim nominantur. Ærei sicut
 ferrei Di, quo contra aeris injuriam starent & du-
 rant longiusculè Dan. V. 14. (4) Ex lapide.
 Deut. XXIX. 17. Jerem. II. 27. Dicitis lapidi;
 tu genuisti me. (5) Ex Ligno. Deut. XXIX. 17;
 Dan.*

Dan. V. 4. Jer. II. 27. *Dicitis ligno Pater meus es tu. Norunt Eruditi, quid per Lucum intelligi velint. Interpp. doctiores & per lucos excindendos; sc. lignea auferenda esse simulacra, vid. 2. Paral. XV. 16. Ubi לַאֲשֵׁרָה כַּפֹּזֶת Luci miphlezeth. Vulgata, Priapi, LXX. ἀσέρον, vertunt cui Maecha Regis Asæ Mater adoleverat. Astræte autem est ab אֲשֵׁרָה aserah, lucus, qui secundum Hieronymum & R. Dav. Kimchi in lib. Rad. *Omnis est arbor, quæ colitur aut plantatur ad gloriam alicujus, qui colitur. Mercerus p. 186. Lignea dari Idola Stercutius Furum aviumque maxima formido propriam allegans turpitudinem, fatetur apud Horat. l. 1. Satyr 5.**

*Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum
Cum Faber incertus scammum faceret me Priapum;*

Maluit esse Deum.

De hujus Miphlezeth obscæno & nefando cultu, quem Socrates ille Nubicola apud Aristophanem supra indicavit, vid. Honoratils. *Ursinus* Th. S. c. 56. *Seldenus* c. 4. p. 79. & Th. *Gataker* c. 48. p. 470. (6) *Ex luto fiebant & fabricabantur Di minores apud Verderium de Deor. Imag. & Idolum Dagon. si conjectura valet ex luto aut lapide, aut istiusmodi re vilissimâ factum esse, historialis, subministrat, eò, quòd caput & due palme manuum abscissæ super limen legantur, solo Dagonis trunco remanente, 1 Sam. V. 4. Puduit sapientiores Ethnicos futillissimæ vanitatis. Platol. 12. de LL. Consilio Deos ex auro, argento, ebore, ære, ferroque vetuit, lignea & lapidea simulacra permittebat; ne gratia excideret apud Athenienses, ac venenum sicut *Secrates* ebibere cogeretur, si penitus inhi-*

ret

rēt usum simulacrorum, vilissimam autem materiam, quæ per se spectantibus persuadere poterat, concessit, ne ut divinam haberent.

(3) Figura. Ea variat. Quibusd. monstruosa, nonnullis humana, aliis pisciformis est. (1) *Monstruosa*. Putant nonnulli fuisse Amphibion capite, manibus, pedibusque humanis. Hinc *Berosus* apud *Euseb.* Corpus habuisse piscis, sub capite aliud enatum caput deorsum, sub piscis capite, pedes enatos è caudâ, vocem fuisse hominis, occidente Sole in mare rediisse, ab eo homines artes, literas, agriculturam, architecturam, templorum dedicationem, legesq; politicas didicisse, dictû *Ἰάωνης*, qui etiam *Ἰωάννης*, qui tempore Ardorachi Regis Chaldæorum emerferit, vid. *Alex. Polyhist.* 2, c. 21. (2) *Ralbach* s. R. *Levi Ben Gerson* figuram humanam ei tribuit; & Dagon vocatum, piscium squamis quas referebat pro indumento. Sane ut Palladium ex ossibus humanis constabat, & humanâ pelle (an alicujus sapientis *Pherecidis* à Lacedæmoniis ob oraculi responsum mactati, ut asseruatur Regibus pellis *Plutarch.* in *Pelop.*) ut Olympicum ex ossibus bellæ Indicæ, obducebatur. *Arnobius* apud *Ph. Cod.* 279. *Hominem* ait fuisse, *piscem* retulisse, *quod ceraceâ pelle indueretur.* vide *Schedium* c. 32. *Phil. Biblum* de Dagon. *Ecce deduxerunt Philistin arcam Dei Israel in domum servitutis alienæ, quæ ipsis erat: fuit in illa simulacrum figurâ filii hominis, quod vocabant Dagon.* Hunc *Scaliger* apud Autorem carpit. *Ralbach* sententiam suam ideo defendit, quod scriptura referat truncatum simulacrum 1. *Sam. V. 4. Caput Dagon & duæ palma manuum abscissæ erant super limen.* At verò *ידן כפוח* palma mâ-

num tribuatur homini. Magnâ hic LXX. licentia, ab Hebræo textu planillimè abeuntium. Καὶ ἡ κεφαλὴ δάγαν καὶ ἀμφοτέρω τῶν χερῶν τῶν ποδῶν αὐτῶ ἀφηρημένα, καὶ ἀμφοτέροισι καρποῖ τῶν χειρῶν αὐτῶ πεπιλωκέτες ἐπὶ τὸ πρῶτερον. h. e. Caput Dagon & ambo vestigia pedum ejus abscissa &c. & amba junctura manuum ejus jacentes superlimen. Quod si jam LXX. Phil. Bibliensem & Rabbach consulueris, dagon humana figurâ stabit. Vid. Vossius l. 2. c. 76. p. 700.

(3) *Pisciformis*. R. Salomon Iarchi sive Raschi, Dagon fuisse scribit, quod piscem andiat: R. David Kimchi seu Radak, nec piscis nec hominis præcisè sed utriusque formam habuisse. Verba ejus sic habent: Dicunt quod Dagon ex parte inferiori compositus sit ex figura piscis à quâ & nomen habet. In umbilico vero adversus superiorem partem figuram retineat hominis. Atque ita illud ex libro Samuelis aliquoties citatum explicat, tantummodo forma piscis in eo relicta est, vid. Sanctius in h. l. p. 111. Propterea censent nonnulli dictum quasi piscionem, quòd, quia piscis ex parte referret imaginem, mari præcisset. J. Bonfrerius Atergatin vocem componit ex Dag à Græcis ob molliorem sonum & inverstonem GAT cum epitheto Ater, ab ἄνυ supplicare, aut ἄρα magnificus p. 449. dicit fuisse piscem coronatum, quod coronam in capite haberet, in Iud. 16. 23. p. 372. seqq. Paril. 1659. Doctiss. Mercerus, Dagon est inquit, Deus Philistinorum, quod inferne figuram piscis haberet, et si alii Deum putant piscium, qui ventris causa aut ob fecunditatem impetrandam; ac miror quod reducant ad ΠΙ & quod ut

putent Paulum alludere quum dicit, quorum Deus venter Phil. III. 19. Hic tangit Forsterum qui Lex. p. 162. scribit; Huc haud dubie Paulus alludit ad Phil. III. quorum Deus venter &c. Sed hujus sententiam pluribus propugnat Hispanus J. Velasquez quo Lector remittendus. Lectu scituque dignum iudico, quæ Clariss. DICKINSONIUS adfert in D. Phan. *Iovem Casium*, cujus delubrum fuit in monte Casio, unde *Ἰπ Κάζι & levi* inflexione Gazi post *Gaza* (qui Syriam ab Ægypto determinat, & hinc terminalis apud Excellentiss. Bochartum Geogr. S. I. 4. c. 32.) dicitur, extractum fuit. Ita pictum, ut in extensa manu malum punicum ferre videretur. Hæc de causâ, quod Syriæ terminos custodiret & se à Caphthoræis vel Pællinis stare significaret. vid. *Cal. Rhodigin.* l. 23. c. 5. p. 1153. Hunc Jovem Casium pro Dagonem habet *Dickinson.* c. 7. p. 62. 63. Si mihi cura Dickinso in acervos Mercurii lapidem mittere liceret, aut sententiam subjungere aliorum iudicio, statuerem, Dagonem humanâ planè fuisse formâ, at retrorsum piscis instar, caudatum, ut in figura oppositâ apparet. Ita locus Samuelis planus, qui caput, manus, corpus, pedes, ut habent LXX. tribuit. Et sic nominis etymologia sua constat ratio. Vid. *Ath. Kircherus* Ob. l. p. 254. & *Oedipo* sent. 4. c. 16.

(4) Potestas. Præcipuum fuisse Philistinorum numen, ait Doctiss. & candidus *Ben-Arias-Montanus*, multis ex locis observavimus, cujus celeberrimum sanum *Gaza* frequentabatur. Erat autem ille ex marinorum numinum grege præcipuus quispian, quales *Neptunos*, sive *Possidones*, *Trisones*q; suos *Græci & Latini* consecraverunt.

Certe piscibus præpositum fuisse, nomen ipsius *Dagon* indicat, cum piscium generi omni commune vocabulum sit *DAG*. De V. R. c. 16. Jud. 56.8. Antwerp. 1592. Minus Idolum quam *Baalzebub* qui Princeps *Demoniorum* dicitur. Luc. XI. 15. Sed majus tamen quam *Astharoth*, live *Astarte*. Arma Saulis posuerunt in templo *Astharoth*, 1 Sam. XXXI. 10. At verò caput in templo *Dagon* tanquam nobiliori idolo nobilius spoliium caput sc. Regis Israelitarum affixerunt. 1 Paral. X. 10. De templo in Ascalone vid: *Diodorus* l. 3. c. 21. Templum *Dagon*, ut habet auctor Traditionum, l. 1. apud *Bonfrerium*, dicebatur *Beth-san domus dormientis* ac si simulacrum domum suam gentemque Philistæam quasi dormiens tueretur, vid. 1 Macc. X. 83. 84. Confer. Jud. XVI. 33. *Serrarium* in h. l. Quæst. 23. *Menachion* de R. H. l. 2. c. 18. §. 6. *Pinedam* in Job. XL. 20. p. 1121. tradet *Silentii* symbolum fuisse. Ideo de piscis forma participavit, qui mures ut *exepubian* Pythagoricam suos doceret cultores. *Imperium maris* denotasse, Auctor est Clariss. *Vossius*. *Plani censeo*, inquit, figmenta hæc pertinuisse ad representandam vim tum lunarem, tum marinam, l. Idol. 2. c. 76. p. 700. Nonnulli *turpidinis* Idolum vel si mavis oestrum fuisse autumant. Hinc forma muliebris, nec sic à vero aliena, quæ *Forsterus* docuit. Deos autem marinos seu Dæmones aqueos à veteribus pro lascivie ac libidinis hieroglyphico usurpatos tradit Antiquitatum indagator *Pererius* l. 32. Et quid mirum, si *Derceto* nomine seu Veneris fuerit appellatus *Dagon*. Male hoc habet nostrum *Gaffarellum*, & cum *Scaligerum* aligerum in fragm. Chronol.



Nº. 5.

Succoth Benoth S. Venus Babylonia

men spina
i commu
16. Jul. 16
quam Ead
itur. Luc.
aroth, live
tempo. Ab
caput u
o nobilit
fixerunt
ne vid: b
a, ut h
erium, l
si similit
m quall
84. C
duzt. 2) M
P
entis sym
pavit, qu
duos doc
alle, Ann
nquit, fig
m vim tun
6. p. 700 M
avis oest
allicbris, n
ur. Des
veteribus p
ultrapans
ur l. 71. Reg
netis fecit
et nostrum
u in fragm



Städt. u. Universitäts-
Bibliothek Hamburg

N. 2.

DICCO TH BENOIT & VIERGZ BATAVONIA

sol. & ad
abstrahor
fallitur
Dei sa
tus & illo
nam & L
scolino g
te, apud
fatis, me
solem juv
Phraeolo
spitem ell
five Aha
XXIII 13
l. 11. A.
noto seu
num. 5.
Mentio
braima
pro am
Myhita
Selden.
pretatu
Amphi
ter o m
& Ma
gonis m
140 at
Sacr ei
vina de
legem
bauer
nos ex
etiam

mol. & ad IV Varronis de L. L. Item. ad Manilium
 abstrusiorisqve doctrinæ Promum Condum notat,
*fallitur ergo, ait, Scaliger qui hoc simulacrum non
 Dei sed Deæ Derceto fuisse, statuit; Ita sui obli-
 tus & illorum, quæ cap. 9. §. 7. tradit, & verè Lu-
 nam & Lunum dici; Deos scil. gentilium tam ma-
 sculino genere quam tœminino, pariter ac schema-
 te, apud Profanos fisti. Respicit, qui se ipsum plus
 satis, me tacente, defendit, Scaliger (cui bono enim
 solem juvare facibus?) Veteres scriptores & illorū
 Phræseologiam. Non arbitror, quempiam tam Ho-
 spitem esse in Antiquitate, qui ignoret, *Astartem*
 live *Astaroth*, Jud X. 8. 1 Reg. XXXI. 10. 2 Reg.
 XXIII. 13. Lunam matrem Deūm apud *Apulejum*
 l. 11. A. A. & *Venerem* dici, quæ & *Succoth-Be-
 noth* seu *Venus Babylonia*, cujus typum
 num. 5. licet inspicere, nuncupatur. Fig. V.
 Mentio ejus fit 2 Reg. XVII. 30. He-
 braei imaginem ejus fuisse volunt *gallina cum pullis*,
 pro amoris indicio, quamvis alii contradicant, &
 Mylitræ fanum fuisse asserant. vid. *Baruch*. VI. 43.
Selden. Syntag. 3. c. 7. qui *Succoth Fanum* inter-
 pretatur, *Benoth* Idolum, ut sit *Biros Venus*, vid.
Amphith. Nat. Georg. Beati p. 2. c. 8. seqq. Notan-
 ter ὁ ἀνδρῶν ἰσχυρὸς αὐτῆς (S) *Seldenus* Syra hæc *Venus*
 & *Mascul.* & *Fœmininum* (quod ad sexus Da-
 gonis mutationem simili modo referes) *numen pu-
 rabatur*. Vid. *Nic. Fullerus* Miscell. l. 1. c. 13.
 Sacra ei variaqve solemnia faciebant pro ritu, aut
 viriibus aut muliebribus vestimentis induti contra
 legem divinam Deut. XXII. 6. vid. *Excell. Dan-
 hawerius* p. m. Coll. Decal. syn. Disp. 9. §. 3. Ut
 nos expediamus Dei nomine à Latinis saluantur,
 etiam quibus fœmineus datus est sexus; Ita nos*

docet gravis scriptor *Macrobium* l. 3. Saturn. c. 8. Qui Venerem appellat DEUM, & Poëtarum Rex Maro l. 2. Æneid. cum de Venere Æneam comitante scribit: De quo loco planissime ex postramante loquitur, *Macrob.* Saturn. 3. c. 8, p. 439.

Descendo, ac ducente Deo tela inter & hostes Expedior.

Idem i 2 Æn. *Nec dextra erranti Deus absuit*, Vbi de Junone sermo. Vid. *Selden.* p. 237. l. 2. c. 2. p. 231. *Tibullus* l. 2. Eleg. 1. *Omnia sunt operata DEO*, cum ipse agros iustrans Ceretis festum coleret. Gentilibus Deos utriusque fuisse naturæ, *Servius* ad 6 Æneid. tradit. *Non mirum est*, ait, cum supra dixerimus ἀρσενοθηλεῖς esse omnes Deos. *Plutarchus* μήτερον τὴν σελήνην & κρόμιον καλεῖται καὶ ῥῦσιν εἶχει ἀρσενοθηλήνην γυναικαῖ. i. e. Matrem lunam mundi vocant & fluxum habere utriusque naturæ existimant. in *Isid.* & *Ofir.* Huc facit quod *Horus Appollo* l. 1. c. 42. tradit; Nonnulli Deorum ἀρσενοθηλεῖς καὶ γυναικες, qui viri simul & mulieres. Quid ergo obstat, quo minus Dagon ὁ καὶ ἡ appellatur, & sic triumphat *Scaliger*, quem de ponte deicere volebat *Gaffarellus*. *Sed an Derceto Dagon? An Dagon Derceto.* In S. Scripturâ hujusmodi non reperiuntur; videas tamen passim apud Autores non contemnendos hæc defendi: *Derceto* & prodigiosa *Atergatis*, quæ & *Adargidis* & *Atargatis* quæ corrupta sunt ex דגריס piscis magnificus, ob cuius cultum Syri, à piscibus, sicut etiam quamvis aliâ de causâ à columbis abstinabant, *Selden.* Syntagm. 2. c. 3. p. 274. conveniunt cum Dagon. Ut enim Dagon piscis maroris dicitur, sic *Derceto*

con. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. five

Sive Derceto
Venus Ar
velte m
dem mac
Aristoph
Autorem
nuncupat
ire solet
tror, quo
insignitas
scem cont
Embo. 106
tenet, ut e
Scil. pure
sa & ave
post se re
tard) su
Hugo G
mi, & d
se Mac
nies im
ceto) n
specie n
fronens
credunt
terquar
quosque
pore ab
teiz, v
suo cul
&c. l. 1
ri hac
M. Felii
nelli Pa

sive *Dercetis* aut *Atargata* seu *Atargatis*, quæ etiã Venus Architis (quæ Cypri barbato corpore sed veste muliebri cum sceptro ac statura Viri quia eandem marem putabant esse ac foeminam, quamq; *Aristophanes* à *Φρόδι* & *Γυ* appellavit, apud eundem Autorem, *Saturn.* 3. c. 8. p. 440.) à *Macrobio* nuncupata, utpote, quæ dulcis adire solet tristis abire solet, cum illo convenit. Huc facere arbitròr, quod *Ruans* habet. *Chrysolitos* reperiri insignitas foeminã, unã manu avem, altera piscem continente lib. 2. c. 7. [p. 214. v. *Alciat.* Emb. 106. p. 128. Ubi amor Rosam & piscem tenet, ut ejus imperium in terrã & mari denotetur. Scil. pure de ejus fugacitate interpreteris, quid rosa & ave fugacius? & quid voluptate dolorem post se relinquente? Id quod *Macrobius* comprobat? simulacrum hujus Dea, (*Achiridis*) ait, *Hugo Grotius* legit *Dercetis*, contradicit *Seldenus*, & de *Heliopolitana* scribi autumat, defendit se *Macrobius*, cum ait; Apud *Assyrios* sive *Phœnices* Iugens inducitur. d. l. sive *Atergatus* sive *Derceto*) in Monte *Libano* fingitur capite obnupto, specie tristi faciem manu lævã intra amictum sustinens, lacryma visione conspicientium manare creduntur. Addere placet seqq. quæ imago præterquam quod lugentis est, ut diximus, Deæ, retræ quoque hiemalis est (*Hiemis* pictura) Quo tempore obnupta nubibus sole viduata stupet: fontesq; veluti terra oculi, uberius manant: agriq; suo cultu vidui mœstam faciem sui monstrant &c. l. 1. *Saturnal.* c. 21. p. m. 366. Videri poterit hæc de re *Selden.* & doctissimus *Outzelius* in *M. Felicem.* *Kircherus* aliique quibus cum *Gaffarelli* *Parafata* tranfigat! (5) *Cultus.* Ut res in

compendium trahatur, angis, quæ magno peragebantur conatu, scatebat. Cuiusmodi ante Idoli uejectionem Dagoni exhibitus fuerit, non liquet. Communis ibi dubio procul fuit *osculorum oblatia*, Job. XXXI. 27. Ezech VIII 16 de quib. not 9. facta mentio. Eousque enim superstitionis dilabebantur gentiles, ut linina oscularentur, clariss. *Ursinus S. Th. c. 66. Doctiss. G. Rittershusius C. F. sect. 2. Panegyris seu festum habebatur Jud XVI. 23. quia etiam occurrit commissum gula facinus tumoribus, tabe ulceribus laborantes Syrios, expiâsse sacco indutos, atq; in ceno atq; sterquilinio sedentes, is enim numen placantium mos frequentissimus teste Clariss. Seideno Syntagm. 2. c. 3. p. 270. Post deturbationem alius obrepfit, quem S. Codex innuit 1. Sam. V. 5. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon & qui ingreditur templum ejus super limen Dagon in Azoto usq; in hodiernum diem. Scilicet ideo quod Dagon limen tetigisset, non calcant. Ita ut soli Idoli non alii idevenerit. Calcanda est impietas; At Palestini Mystræ non calcant limen: non solum laboriose sed & indecore ingrediuntur fanum Dagon; & limen transiliunt ne limen tangerent, pro percipiendo malo desultoriae Astartes, quæ ut probatum Dagon est, omine levitatis. Lucem affundit. codex & Zephan. 1. 9. *Visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen in die illa.* Textus Hebr. *Et visitabo super omnem transilientem super limen.* Ita transferunt Chaldeus, *Vatablus, Pagninus, Tigurina* & אריר *pre latitia exilire.* Esâ. XXXV. 6. L. *Osiand, qui saltat super limen. Chaldeus; Animadvertam in omnes, qui ambulat in legibus Palestinorum.* Eruditissimus*

simos Scrip
 norum tang
 re debuit
 ingredi
 Sanctum,
 Revinus Pr
 Magumis c
 doctore ju
 chie specie
 se doctos,
 menta, Phil
 vucalla loc
 memoria t
 principu
 acfem par
 bus, semp
 Deam esse
 ullas patiat
 fuit excita
 à molesta
 veritati &
 insulabit
 Sapien

Pag. 1
 nonnulli
 Notet eru
 ro charit
 que bene
 tu Tom
 teac Exir
 J. Bogard
 Colvener
 batum, in

finus Scriptor à *Castroh* l. p. 404. Clariss. *Tar-*
novius tangi Iudæos docet, qui cum templum intra-
 re debuissent supplices oraturi veniam pompatice
 ingrediebantur aliis quasi veniam concessuri, sic
Sanctius, Cornelius, Ribera, & Clariss. Dn. And.
Revinus Præceptor meus honorandus Dissert. de
 Magumis c. 5. ubi probat Dereeto esse Dagonem,
 docetque in Soppe fabulosum Dereeto *Nauma-*
chie specie cultam, ludosque & choros in aquis es-
 se ductos, confer. 2 Sam. 1. v. 20. Sed nuga-
 menta, Philistinorum concludat Spartiani in *Ca-*
vacalla locus: sciendum Doctissimis & quibusq;
 memoriæ traditum, ita nunc quoque à Carænis
 præcipuè haberi, ut qui Lunam foemino nomine
 ac sexu putaret nuncupandam, is addictus molieribus,
 semper inserviat. At verò qui *marem*
 Deam esse crediderit, is dominetur uxori, neque
 ullas patiatur muliebres insidias. Hæc gentiliū
 fuit cæcitas & infelicitas. Qui vanitati litaverit,
 à molestia accipiet leges & serviat miseriz; qui
 veritati & virtuti paruerit, dabit legem & masculè
 insultrabit invidiæ.

Sapiens dominabitur astris & Deastris.

NOT. 13.

Pag. 25. §. 6. (Mortuo Salomone Rege, quem
 nonnulli PERPERAM inter Damnatos recensent.)
 Notet eruditus Lector *Gaffarelli* voces & ita spe-
 ro charitatem. Plurimi enim, ut notum, non us-
 que bene cupiunt Salomoni: scripsit Joh. *Cogna-*
tus Tornacensis Canonicus libellum de Prosperita-
 te ac Exitio Salomonis Duaci Anno 1606. typis
 J. Bogardi impressum, & à Guilel. Estio & Georg.
Colveneris Academiæ Duacensis Visitatore appro-
 batum, in octavâ ut loquuntur formâ, in eo cap. 18.

p. m. 124. *Iti quidem, inquit, luculenti Auctores scilicet qui (ut capitis habet argumentum) ad æternas pœnas esse damnatum statuunt, in tria genera recte digerunt, unum eorum, qui Salomonis vitia commemorant seu exaggerant; alterum eorum, qui mortem aut ignobilem aut indignam; tertium reprobationem aut damnationem plane aperteq̃ conscribunt. Ibi Cognatus post citatum Chryso-
stomum serm. de Pœnitent. in Ps. 7. T. 5. Quis sapientior Salomone? sed nesciens pœnitentia perdidit gratiam. Et post Effatum Augustini Enarrat. in Ps. 126. Salomon erat tempore suo filius David, magnus ille, per quem multa sancta præcepta & salubria monita & divina Sacramenta Spiritus S. in divinis literis operatus est, annon ipse Salomon mulierum amator fuit & reprobatus est à Deo, & usq̃ adeo laqueus illi fuit cupiditas, ut à mulieribus idolo sacrificare cogereitur, uti de illo scriptum est 1 Reg. XI. 4. Concludit p. 132. Iam de Salomone quid dicant? Quem vehementer arguit S. Scriptura ac condemnat, nihilq̃ de pœnitentiâ eius, vel in eum indulgentiam Dei omnino commemorat. Pro epilogo subjungit: Noli & mulari in eo, qui prosperratur in via suâ in homine faciente iniustus. Ps. XXLVII. 1. Capite 19. causas recenset damnationis, prosperitas, gloria cupiditas & luxuria, equorum amor, auri copia, Dei religionisq̃ contemptus & idololatria, ex his deum mors impia, hinc pœna suppliciaq̃ à Deo justissimo &c. in æternum constituta. p. 135. Non solus Cognatus Salomoni minatur damnationem, sed plurimi è Patribus, quibus sese pleno agmine associant Dd. Pontificii, Bellarm. Controversi. l. 1. quest. 5. probat Augustini sententiam. Cornelius à Lapide Comment. in Deuter.*

XVII. 16. de
inquit, hic Sa
tionem salu
esse, quod
riam, ut pr
hoc Reges
in Lucam co
judicat sent
in infernum
H. Cent. 2
certo vagat
dam. Ut
primis Talm
cius Ruben.
David &
pod clarifi
m. 16. Ita
tradicitur
David
De Salom
hic Felau
quod res
poralis in
mum qua
Rege He
quasi Reg
1. Reg. X
tra Deute
vid. Exo
XXIII. 4
no indige
zque ac a
ition ma
veritas tri

XVII. 16. de quorum multiplicatione: *Peccavit*, inquit, *hic Saloman*, inde multi NB. & merito meruunt *saluti Salomonis*, putant q̄, cum damnatum esse, videtur enim Deum terrenam ei concessisse gloriam, ut privaret eum celesti ac aternâ. Notent hoc Reges & Principes. *Didacus à Stella Comm.* in *Lucam* celebris Tom. 2. p. 108. Probabilem iudicat sententiam illorum qui *Salomonem* dicunt in infernum descendisse. *J. Chokier de Surlet F. H. Cent. 2. c. 62. p. 300.* concludit: Rem incerto vagari & iudicio Ecclesiæ esse relinquentiam. Ut multi incerti, sic multi audaces, cum primis *Talmudistæ* cum dicunt: *Omnes qui dicunt Ruben, & filios Eli, & filios Samuelis & David & Salomon peccasse, is graviter errat*, apud clariss. *Dn. Hackspan de Script. Jud. usu c. 1. m. 16.* Ita me fides! impiè hic *S. Scripturæ* contradicitur. De *Ruben, filius Eli, filius Samuelis, Davidis* peccato clarissima extant testimonia. De *Salomonis* peccatis 1 Reg. XI. 4. testatur, vide hic *Felasquez Tom. 2. p. 392. n. 9.* Dicendum quod res est, reus fuit *Rex Salomon salacitatis corporalis* immoderatæ ac excessivæ polygamie nimum quantum deditus, vid: clariss. *Frischmutter de Rege Hebræor. Dissert. 9. 27.* *Fuerunt ei uxores quasi Regina, Principissæ 700, & Concubinae 300* 1. Reg. XI. 10. pro insolens multi nubium! contra *Deuter. XVII. 16.* Cum non conversis in initum, vid. *Exod. XXXIV. 11. 16.* *Deut. VII. 1. 3.* *Jos. XXIII. 4. 12.* *Nehem. XIII. 22.* probatione omnino indiget clariss. *Stevogrii* assertum, *Salomonis* æquè ac aliorum virorum uxores alienigenas ante in initum matrimonium ad *Israeliticam* fidem, convensas fuisse, *Dissert. ad Matth. XXIII. 15.* Dicat hic

hic *Lipsius*, quis sanus credat, aut pro sano mentis sana? (2.) Fornicationi spirituali obnoxius. At quomodo? Notissimus Antiquit. Jud. Scriptor *Iosephus*, incantationes Magicas instituisse tradit, quibus ægrotudines tolli putarunt Incantationes ait, composuit, quibus morbi pelluntur, sicuti mentionem facit annularibus Dæmoniæ admoti, sub cujus sigillo inclusa species radici à Salomone indicata l. 8. A. J. c. 2. *Georg. Cedrenus* Cöpend. Histor. meminit scripti רבוי רמות שלמה h. e. verba medicinalia Salomonis. Confer clariss. *Hottingerus* L. Ph. l. 2. c. 2 s. 2. P. *Bongus* de N. M. Præf. p. 5. R. *Dav. Kimchi* Comment. in a Reg. IV. de morborum Curatione meminit, paulo post de *clavicula Salomonis* aut anulo Salomonis, nefariorum si isti fides! instrumento. *Pineda* operosus Rerum Salomon. Propugnator & Expolitor l. 3. c. 2. n. 7. Non usque adeo Salomonem liberat, sed dubitanter scribit, sive à Salomone Magiæ aliquando, dedito, hujusmodi libri conscripti fuerint, sive falso adscripti, quod crediderim potius cum M. *Delrio* l. 1. D. M. c. 3. Merita fidei, (lege merito) (à fidei Censoribus damnati) Paulo post: De *clavicula Salomonis* audio ante paucos annos inventam in Hispalensi *Columbi* Bibliothecâ, quæ est in templo maximo. De annulo dicam, sed parato Opt. Lector assem, & audi fabulam. Ex *Pineda*: Nuperrime ait, in plumbeo quodam Arabico libro ex illis, qui in Granatensi monte sc. sunt inventi. hujusmodi recensentur: Salomonem aliquando ad balneum se præparantem, in Jordanis ripa pellicum precibus anulum quendam, cui alligatam videbatur habere sapientiam, digito exempto, exempto verò malo illarum dolo, & nihil minus quam

minus quam
volentium co
tur ac ve
poltea ve
extracto an
quoque illi
Remscribit
legerat
rum Orient
let ex Tar
traxit cum
ira Domini
du signem
Salomonem
manibus an
exul per nu
ambulans
& orando
p. 58. Ex
cis) rebu
ipforuq
hos quide
ac deliran
ce delitit
Sistendus
se spectar
tatore R
exhibuit
dam &c.
to narib
clusa er
tum aff
& collap
rediret,

minus quàm sapientem & sanam mentem Salomoni
 volentium coniectum in Jordanem : stupidum igitur
 ac velut inertem truncum mansisse Salomonem,
 postea verò Piscatorum operâ ex ventre capti piscis
 extracto annulo & Salomoni restituto, restitutam
 quoque illi fuisse sapientiam. Cante Pineda addit :
Rem scribo mihi narratam, qui Arabice noverat,
legeratq; idem. Affine omninò est, quod Lingua-
 rum Orient. consultis *Schickardus* in Tarich cen-
 set ex *Targum Cobeleshe* c. 1. 2. Amicitiam con-
 traxit cum populis extraneis, itaque commota est
 ira Domini adversus illum, ut immiserit *Afchme-
 dai* (ignem Medorum) Regem Dæmoniorum, qui
 Salomonem detrusit de throno, atque abstulit de
 manibus annulum signatorium, hinc ivit vagus &
 exul per mundum ad castigationem suam, circum-
 ambulans arces, regionem & oppida Israël, flendo
 & orando dicens : *Ego nunc sum Ecclesiasticus.*
 p. 58. At verò non tam de libris, (simentis Magi-
 cis) rebusque aliis, quàm magicis exercitiis Judæi,
 ipsorumque Discipuli Muhammedani, ganniant,
 hos quidem in *Alcorano* Sarrat. 2. v. 98. Ineptire
 ac delirare non est quod mireris, utpote veritatis lue
 defitutos; At hos Regi insultare suo odiosum.
 Siftendus hæc antea citatus *Iosephus*, aperte fallus
 se spectante ait, Eleazerum quendam coram Impera-
 tore Rom. Vespasiano artis nefandæ specimen
 exhibuisse. *Vidi, inquit, ex popularibus meis quen-
 dam &c.* Modus verò curationis erat hæc: *Admo-
 to naribus Dæmoniæ annulo, sub cuius sigillo in-
 clusa erat radicis species à Salomone indicata, ad
 eius olfactum per nasum extrahabatur Dæmonium;*
*& collapsò mox homine, adjurabat id ne amplius
 rediret, Salomonis interim mentionem faciens &*

incantationes ab illo inventas recitans. In compendium redactis verbis Josephi Eleazerus artis efficaciam ostensurus vas aquâ plenum posuit, imperavitque ejecto dæmonio, ut hoc subverso signum daret, relictum esse hominem; quo facto nemini dubium erat, quanta fuisset Salomonis sapientia & scientia. l. 8. c. 2. p. 257. 258. Palliare ista debuisset, non revelare; sed refutare. Targum Iudæorum, ut aliquid de suo, sicut ille agebat, addat, ad illud Eccl. 2. 5. *Feci hortos & pomaria & conserui ea cuncti generis arboribus.* 1 Reg. VII. 27. (scil. in valle *Hinnon*, quæ dicebatur Regis Gen. XIV. 17. B. *Lutherus* vertit: *Röniqs Thal.* Alii locum *refrigerii Regis* aut *Melchisedech* cum *Chaldæo* &c.) commentatur, *plantavi in eis arbores tam steriles quam odoriferas*, quas attulerunt mihi *Lemures*. i. e. spiritus noctu in tenebris oberrantes. Ex *הנדקא Hindeca*, i. e. India, quæ circa *Gangen* est, & hodie vocatur *Bengala*, quasi non aliâ opè quam Magiâ dæmonumque ministerio plantare potuerit arbores atque odoriferarum aliarum herbarum species. *Alcoranus Turcicus* Surat. 2. 1. Templum Salomonis operâ dæmonum impiè pro more ædificatum blasphemiat; Iudæi, ne eandem cum Turcis tibiam insent, modestius rem proferunt, finguntque vermiculum *Schamir*. De hoc Talmud gittin c. 7. Quæsiuit Salomon è sapientibus, quomodo id efficiam absque instrumentis ferreis? Responderunt; Extat *Schamir* creatura quadam primi tridui, nec ulla res tam dura, quæ consistit coram eâ. Eam adhibuit quoque Moses in lapidibus Ephod Exod. XXVIII. 2. Cum scil. gemmis insepulerat nomina filiorum Israël (ita vermis novit literas pingere & fingere?) Quæsiuit

luit Rex
ducto Diab
cum Diabo
non pot
destruction
scat L. B.
non in om
aleius repe
umbra repe
embe, sed
Audi, non
sive traditi
ctum. No
ferreo, sed
cum impo
Ajunt ver
(stante i
plumber
oppietz
imminere
bi? quis
ex Eden
dedit De
mico p
lo, item
Id novin
nec dispo
tis pro i
stiano cu
Salomon
Uituna m
pat, uti
quererat
Fædillim

fuit Rex amplius, ubi autem reperitur? Resp. Ad-
 ducto Diabolum & Diabolos, (Vah! os Lucani-
 cum, Diabolos dari blaterans) constringito illa &c.
 non pudor prohibet. *Schamir* iste post templi
 destructionem abolutus à Judæis creditur. Ignos-
 scat L. B, si unum ex R. *Kimchi* addiderim, cum
 non in omnium sit manibus, ille utendi modum
 altius reperit, neque enim vermiculum Dæmon in
 umbra repens sed Jovis armiger uncis, aquila non
 è nube, sed è medio paradisi attulit. Subridet?
 Audi, non è porticu in stoà sed è Judaicà *Cabala*
 sive traditionis antiquitate in 1 Reg. VI. prodit-
 tum. Non dedolabant saxo ullo instrumento
 ferreo, sed vermiculo quodam, dicto *schamir*, qui
 cum imponitur lapidibus, defiliunt coram illo.
 Ajunt verò *schamir* fuisse specie grani hordeacei,
 (tantanè in tantulo virtus?) inclusertint fistulæ
 plumbeæ, repletæ mollibus (lanà aut gossypio!) &
 oppletæ luto, nam si vel monti scopulo aut petræ
 immineret, facilè diffunderet. Sed unde bone Rabi-
 bi? quis genus, unde domo? *Aquila cum attulit*
ex Eden horto, & hæc una res est, cui potestatem
dedit Deus teneræ, adversus durum. Hoc ver-
 miculo polivit Moses gemmas in humerali amicu-
 lo, item tabulas Decalogi, sc. Exod. XXXIV. 4.
 Id novimus è Cabala quæ inde à diebus Mosis fuit,
 nec disputare talia fas est. Hactenus *Kimchi*. Sa-
 tis pro imperio & arbitrio Judæi Judæis non Chris-
 tiano cui satis nugarum. Ficti igitur criminis Rex
 Salomon arguendus non est, sed alia dolor! subest.
 Ut una macula linteum Cameracense totum detur-
 pat, uti Comes *Staffortius* morti supplicii vicinjs
 querebatur, sic una idololatria totum Salomonem.
 Fædissimo peccato Rex obnoxius, connivendo,
 promo-

promovendo, & quod pessimum, idola colendo, vid. Borussorum Episcopus Dn. *Wigandus* Syntagma V. T. p. 960. Quam horribile peccatum, quam gravis poena tanto intelligenda crimini; Ita sapientissimus omnium mortalium desipuit; Senex, quovis juvene levior: & pacificus nominis sui mensuram non implevit, qui bellum Deo indixit, & excelsa ædificavit contra altissimum. Quamobrem, quis jam divitiis? quis nobilitate generis? quis hominum laude & gloria efferatur? quis sapientiâ? quis pietate sua? quis virtute ulla fidere audeat? Uti sub finem habet *Cognatus* de Prosp. & Exit. Salom. c. 22. p. 166. Aurem *Potentium* vellat & admoneat gentium Doctor *Paulus*: μετὰ φόβου καὶ τρόμου τῆν ἐκείνων σὺν τῷ φόβῳ καὶ τῷ τρόμῳ, Cum timore & tremore vestram salutem operamini Phil. 1. 12. Regem, Reges & Principes & Subditi, quin ipsum Deum andite, *Servite DOMINO* in timore, exultate illi cum tremore Ps. II. 11. Annon vero spes salutis? Pientissime Lector, quot capita, tot sensus! Sunt qui damnant, sunt qui salvum & beatum pronunciant. Obscurus *Tertullianus* l. 2. contra *Marcion*. c. 23. *Rejicitur*, dicit, *Salomon* à mulieribus possessus, & idolis Moabitarum & Sydoniorum mancipatur. Fluctuat *Basilus* Epist. ad Chil. de Vit. solit. Inter illos, qui à pristina defecerunt justitia recensetur *Moses* propter incredulitatem terre promissæ ingressu privatus Num. XX. 12. *Gehazi* ob avaritiam *Elisei* famulitio orbatus 2 Reg. XX. 27. *Salomon* post sapientiam à meliori vitæ rudimentis ad sortem deterrimam decidens. Nihil certi definit de *Salomonis* interitu. *Augustinus* serm. 200. 2. contra *Fauft.* l. 22. c. 81. *Improbatus* est à DEO *Salomon* & reprehensus ad profundum

domi adol
ait, sed nob
stomus H
1. 7. con
neque à p
foevi. B
piens Da
entibus n
eoto desip
quidam in
su; (inte
ad idola
passet, us
Sed ut hæc
nunt. Se
mina Sal
Sanctus
Salomon
p. 1198.
& alibi, a
(3) Inte
unt, & sal
177, Aut
in Reg.
certa, q
quam ma
luis per
fuerit ad
i 4. Sus
iam in v
terus in P
non poterit
pauerit.
(4)

idololatriæ lapsus & demersus est. Lapsus ait, sed ubi negat resurrexisse? Dubius est *Chryso-
stomus* Homil. 2. 3. ad 2. Cor. XI. *Cyrillus* pariter
 l. 7. contra *Julian.* Salomon neque cum Prophetis,
 neque Apostolis, neque Evangelistis numerate con-
 suevit. *Bernhard.* l. 2. Consist. ad Eugen. c. 12. *Sapi-
ens David* ait, sapiens fuit Salomon sed blandi-
 entibus nimis rebus secundis alter ex parte, alter ex
 toto desipuit, non dicit, non resipuisse. (2) Incerti
 quidam inter Pontificios *Iansenius*; stultissimus
 sui; (intelligit Salomonem) hæc dicere postquam
 in idololatriam delapsus fuisset & ab eâ jam resi-
 pisset, ut sint verba suam agnoscentis stultitiam.
 Sed ut hæc sunt incerta, ita parum cum ipsis conve-
 niunt. *Sebast. Barradius* Concord. l. 5 c. 6. *Crim-
mina Salomonis certa sunt, pœnitentia incertâ. C.
Sanctus* Comm. in 3. Reg. c. X. pariter vacillat, de
Salomonis, inquit. *Spirituâli salute nihil certum.*
 p. 1158. n. 44. *Cornel. de Lapide* in Deut XVII.
 & alibi, aliò divagatur, & cum eo plures fluctuant.
 (3) Inter *Calvinianos* pauci certi aliquid defini-
 unt, & salutis suspendunt negotium. *Petrus Mar-
tyr*, Autor alioquin non contemnendus Comiti.
 in 1. Reg. *Hæc in re*, inquit, tam obscurâ ac in-
 certâ, quid constituam non habeo: Et id mihi
 quam maxime probatur, ut eas res, quas citra salu-
 tis periculum ignoramus, Deo committamus de-
 finiendas. *Conrad. Pellicanus* in 3. Reg. c. XI.
 i 4. *Suscitavit &c.* De pœnitentia (Salomonis)
 tam in verbo, quam in facto non constat. *Lava-
terus* in Prov. l. firmiter ait, ex S. literis colligi
 non poterit, an imminente hora fatalis serio sceleris
 pœnuerit.

(4) *Enostratibus.* *B. Lutherus* adest, qui

qui Annot. in Matth. 1. Tom. 5. Witteb. docet: ut Deus significaret, se adulterium odisse, noluit lineam suæ generationis non per Salomonem, sed per Nathan fratrem ejus duci. Idem in cæna interrogatus, Numquid in S. literis de Salomone habetur respicientia! Resp. Extare locum, quod obdormierit cum Patribus; Se igitur existimare Salomonem esse salvatum, eò quod phrasis ista inferret, nec de Absolone & Joabo enunciata esset. Colloq. Conviv. c. 35. D. H. Wellerus 3 Reg. XIV. Quòd Salomon non planè à Deo defecerit, nec erat cor ejus perfectum coram Domino Dormivit cum Patribus. Verisimile igitur eum à Deo revocatum fuisse ad pœnitentiam cum Manasse & Latrone in cruce aliisq. præsertim cum non fuerit persecutor celestis & sincera doctrina. Insequitur M. Flacius Illyricus in voce Deus: Salomon dilectus à Deo & ab eo innumeris bonis ornatus, ad hanc vitam attinentibus, de altero dubium est. Joh. Brentius qui apud B. Lutherum summo fuit in pretio Comment. in 1 Reg. X. 9. An Salomon verbo Domini increpantis ac comminantis respuerit, incertum est! B. Meisnerus cum docuisset Salomonem horribiliter lapsum, stylum retrahit. Anthropol. Disp. 19. th. 17. Dan. Cramerus Not. in 1. Reg. XI. 7. de salute Salomonis graviter loquitur. Problema est, quod sine temeritate astrui & negari non potest. D. Georg. Calixtus Dissert. de Pæctis Dei cum hom. th. 96. De salute Salomonis res admodum incerta est. Ita sane tot tantisque Viris tutius, de difficili re tacere, quàm certi aliquid proferre, qui cum Hugone de S. Victore Homil. 5. in Eccles. T. 1. Dubia pro incertis affirmare non auli. Controversia una est

et ex iis,
potest ac c
lit. Mo
Anno
lute Reg
res Patro
ranem c
47. B.
solum ven
avor eju
et postea
in quibus
Ambrosia
Salomone
dio loco
rius just
peccatum
Confer P
in subm.c
Lapidem
dum de N
Anno 16
Fratrum
plures ca
cognover
lectionis
non pote
rat. hic em
Ho adulter
te condem
condemna
Et quom
fuit ab G
NE M

est ex iis, quas Moles gladio verbi dirimerè non potest ac componere, ut habet *Greg. Nyssenus* de lit. Mos. in Ex. II. 13:

*Annon igitur egit pœnitentiam, ut bene de salute Regis Salomonis sperare liceat? Certè mitiores Patronos nactus, derelictus quasi Salomon, Ireneum optimæ notæ & doctrinæ Patrem l. 4. c. 45. B. Hieronymum l. 2. de Pœn. adv. Jovin. non solum templi cultores & aditui, sed & ipse fabricator ejus Salomon peccavit & offendit Deum, licet postea egerit pœnitentiam, scribens Proverbia, in quibus ait; Novissimè ego egi pœnitentiam. Ambrosius Epif. Mediolan. 2. Apol. Dav. c. 3. Ubi Salomonem comparat Davidi ac Paulo, quem medio loco inter illos ponit: Ergo, inquit, si erraverunt justi, erraveruntq; tanquam Homines, sed peccatum suum tanquam peccatores agnoverunt. Confer Pinedam l. 8. de R. 5. c. 1. Drexelium in subm. c. 1. Joh. Chokier F. H. p. 303. Corn. à Lapide in Eccl. p. 976. Huic addam *Ioh. Vivaldum* de Monte Reg. l. de Contrit. Verit. Hagenau Anno 1613. Quem habeo inscriptum Catalogo Fratrum de Olivâ fol. 57. Tradunt Hebræi & plures catholici Dd. quod Salomon in vita sua sine cognoverit errorem! *Lorinus* stupendæ alioquin lectionis & doctrinæ autor, omne auferre punctum non potest, quando in lib. Eccl. c. II. se expectorat, sic enim habent verba: Cum respondisset Christo adultera, se à nemine condemnatam, nec ego ait, te condemnabo *Ioh. VIII. 11.* sic ergo quem non condemnant plures, nolo **CONDÈMNARE.** Et quemadmodum Christo illam non condemnare fuit absolvere; ita quod in me est, **SALOMONEM ABSOLVO.** Miraberis L. O. Viri*

inconstantiam; mox subiungit & concludit: *Quia Salomon tam scripsit sapienter ac divinius multa, Christi verò typus multis in rebus fuit expressus.* NB. NON PERSVADEOR SALOMONIS SALUTEM UT CREDAM. *Contigit enim quibusdam Prophetis ut essent improbi, qualis Bileam, Saul, Caiphas &c. & Christum adumbraverunt etiam non probi.* Hoc erat probandum. Bone Lorine ubi es, mirum ni te alibi sub timore reliquisti, tui tam citò immemor, si non condemnas, imò si dicis SALOMONEM ABSOLVO, quare non persvaderis, ut *Salomonis salutem credas?* Ita quod manu alterà largiris, alterà puerorum instar, eripis. Astute verò, ne videatur aliis se mancipasse, aut ut *Seneca* ait, alicujus nomen ferre sed Ecclesiæ humanæ se committere censuræ ac obsequio. Neutralis non est bonus Civis, quod Excell. Dn. D. *Mauritius* Sororius meus in tumulo deamandus de *Marco Antonio de Dominis* Episcopo Spalat. scribit, lib. aureo, *De bestie West.* part. 2. p. 468. Lutheranorum Doctorum non ignobile decus *Chemnitius* bene sperare jubet, Loc. Com part. 1. p. 213. *Hac*, ait *Aaronis historia testatur, agentibus penitentiam magna & atrocia remitti peccata, sicut de DAVIDIS SALOMONIS & MANASSIS lapsibus sentiendum est.* De Eccl. orthodoxâ longè meritissimus Doct. *Frantzins* de Interp. S. Oracul. 51. sub fin. *Illud silentio involvendum non est, quod mulieribus alienigenis Salomon non videatur indulgisse usq. ad finem vitæ, constat id apertissime ex Eccl. 1. 11.* Autor enim istius libri nominatur v. 1. qui utique alius quàm Salomon esse nequit. c. 11. v. 4. recenset voluptatum suarum histo-

Historiam &
florentillam
Præf. c. 5
Dd. Eccl.
vitiu ad
tiam re
Luar. Pal
Eccl. fust
in senect
dem salo
vel. Haf
System. T
logum sam
huon, reve
doctissim
meo major
Confessio
mendat. F
desideris
si Precep
Crello E
dam Ros
deniæ in
Mulcovi
placide
laudem d
nim o liti
monis, ita
vulgaris n
gumento
illum non
mine suo
appellet.
monis salo

historiam & suam conversionem. Eterna laude
 florentissimus Dn. D. *Gerhardus* Possil. in Salom.
 Præf. c. 2. §. 3 *Sanis*, inquit, rationibus testimoniisq;
 Dd. Ecclesia probari potest, Salomonem ante vitæ
 obitū ad verum Deum Israelis per seriam peniten-
 tiam reuersum ac saluum esse. Confer Clarisf.
Laur. Fabricium in Partit. Cod. Heb. c. II. de libro
 Ecclesiastæ: *Vero omnino consentaneum non solum
 in senectute librum hunc scripsisse, sed ipsum tan-
 dem saluum esse.* Inspice illustre in cl. yta Uni-
 vers. Hafn. ac Ecclesiæ fides Dn. *Brochmann.*
 System. Th. p. 1. c. 8. g. 9. Dn. D. *Waltherum* Theo-
 logum famiger. Off. B. §. 928. Dn. D. *Fridli-
 bium*, reverā talem dum adhuc viveret, Not. in V. T.
 doctissimis 1. Reg. XI. p. 387. Se ipsum encomio
 meo major, Dn. D. *Gejerus* Præceptor olim ac
 Confessionarius in Almâ Lips. suspiciendus com-
 mendat, Eruditissimis ad Ecclesiast. Notis, quibus
 desiderijs tuis satisfaciet. Peccāile mihi videret,
 si Præceptor iuventutis meæ Clarisf. M. *Ioachimo
 Crellio* Ducalium ex Holsat. Alumnorum quon-
 dam Rostochii Ephoro, postea Dorpatensis Aca-
 demie in Livoniâ Professori, sed ob ingruentes belli
 Muscovitici furias Argentoratensium Hospiti, ubi
 placidè & piè, uti vivebat, naturæ fatis concessit,
 laudem debitam non persolyerem, quærentem en-
 nim olim me adhuc adolescentem de salute Salo-
 monis, ita erudiit: Damnatum benè multi Viri non
 vulgaris notæ dicunt: Ego istis non assentior, ar-
 gumento mihi est, quod Salvator noster JESUS
 illum non semel, sed aliquoties & cum honore no-
 mine suo apud Matth. (scil. VI. 29. c. XII. 12.)
 appellet. Regerenti mihi, an ex his æterna Salo-
 monis salus probari posset? Utique inquit & foli-
 dè,

de, clarissimè enim apud Davidem Spiritus S. edicit, Pf. XVI. 4. *Nòn memor ero nominis eorum* (impiorum) *per labia mea*, B. Lutherus: *Ich wil des Gottlosen Nahmen nicht in meinem Munde fñhren*, scil. Nec sacrificum, nec sacrificantes, nec idola tam gentilium quàm Judæorum eorumque vitam approbabo, & per consequens salvabo. *Lazari* facta mentio se beati, non divitis sc. damnati. Luc. XVI. Nec illius *adolescens* de quo Matth. XIX. 22. *Cum audisset verbum, abiit tristis, erat enim dives*. Non nominat, quia nomen libro vitæ non inscriptum, Luc. X. 20. Nec scriptum nomen istorum quibus dicet, *aiscedite* Matth. VII. 20. *Nunquam novi vos!* Nomen verò Salomonis typi, Christi anti-typi labiis sanctificatum est & manebit. Pius Lector hæc dijudicet. Ego saltem publicà voce Hæredem scriptum scriptorum Crellianorum, quisquis ille fuerit in Illustrissima Argentoratensium Academia, sive alibi adjuro, serioque obtestor, ne teneis & blattis in escam projiciat, sed orbi erudito labores & tot vigilatas Lunas Dn. *Crellii* capituli mei semper honoratissimi communicet. Næ! Benè apud memores stabit ejus gratia facti! Videatur interim Dn. D. Chemnitius O. M. Reimerus in Salomone Bifronte,

NOT. 14.

S. 6. & 7. p. 24. 26. *Cherubinos Mosaicos formam vitulorum retulisse*. Duo hic inquirenda Alterum quod de *Vitulo Aaronis Gassarellus* Judæorum Advocatus quorum causam nunc agit p. 24. nimis liberaliter cum *Monaco* asserit, alterum quod de *Cherubinis* memorat.

DE VI
Pericol
tas Atte
diametro
p. 28 in
erat pop
ot ex in
vitulorum
à plurim
7. dicen
zerunt
an hoc fu
confici
quoque
Fecerunt
riam su
femur
S. alb
Q. ibi/
nis cit
19. 2
telligit
nus in
bus m
in h. l.
Egypt
p. 1. v.
c. 5. p.
explica
in loco
facies
Exod.
cipit D

DE VITULO AUREO Aaronis.

Periculosam Autor de isto cum Francisc. Moncaeo Attrebatio fovet opinionem, ipsi S. Codicis diametro contrariam. *Nec legimus, inquit, uspiam Aaronem eâ de causâ à Deo reprehensum.* p. 28 in fin. ô frontem Galli! Horrendum scelus erat populi Israelitici, quando Aaronem coëgit, ut ex inauribus, mulierumque ornamentis aureum vitulum conflaret Exod. XXXII. 1. Pf. CVI. 20. à plurimis, paucis sane exceptis, cultum 1 Cor. X. 7. dicentibus: *Hi sunt Di tui Israël, qui te eduxerunt de terrâ Egypti.* Non opus disquirere an bos fuerit sive vitulus idolum illud quod Aaron confici curavit. Quod Mosi dicitur vitulus, hoc quoque Davidi est vitulus & vituli similitudo; *Fecerunt vitulum in Horeb, & mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli, comedentis fenum.* B. Luberus vertit: *Sie machten ein Kalb in Horeb! und beteten an das gegossene Bild/ und verwandelten ihre Ehre in ein Gleichnis eines Ochsen/ der da Grass isset.* Pf. CVI. 19. 20. Ubi in glossa marginali per gloriam intelligit DEUM Rom. 1. 23. per illam verò Lovinus intelligi arbitrat *inaures* ac ornamenta, quibus mulieres plerumq; jactare sese assolent p. 175. in h. l. Nec carere probabilitate in plurimis, ab Ægyptiaco populo acceptis spoliis Idolorum ac Apisc. vituli imaginem fuisse insculptam, *Pineda* l. 5. c. 5. p. 426. aliter gloriam Moncaeus c. 3. p. m. 31. explicat. Sed fecerunt in Horeb seu Sinai ipso in loco, ubi legem nuperrimè acceperant; *Non facies tibi sculpsile neq; omnem similitudinem,* Exod. XX. 7. Ubi fusile de Idolo fabricato accipit Doctiss. Simeon de Myes Aurelian. Cc m m.

inh. l. p. 262. Paris. 1650. Spiritus S. expressè vocat εἰδωλον καὶ ἐμοχρότησιν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἀνηράζον θυσίαν τῷ εἰδωλον Act. VII. 41. Efformat hanc vocem Lucas, ut respondeat Hebræis duabus בַּרְבַּר וְעֵזְרָא

Figur. VIII. sc. *Iuvencum* fecere, ut Ægyptios quibus *Apidis* cultus summus erat, imitarentur. Erat enim *Apis* bos integer & quidē niger corpore cum albā in tergo maculā. *Clem. Alex.* l. 6 c. 20. *Lactantius* l. 4. c. 10. *Alexand. Neopolitan.* l. 6. c. 2. Neq; enim ut Turca nungantur, bos fuit vivus, neq; vituli minoris simulacrum, sed juveni ac bovis.

(1) *De causā* non usque adeo laborabimus, aliquam tamen adfert *Pererius*. Vidisse putat superstitiosam gentem Hebræam Ægyptiorum in bovis cultu solennitates, dum in Ægypto commorans eis adhuc commisceretur, vidit, & causam tantī cultūs nimirum terrenorum redundantiam (falsō ficti numinis adscriptam) quare, dum duriora in deserto subirent, sibi subito Deos, qui inopiæ reme-deri possent, Ægyptiorum *Apidi* conformes adscivere, in caput Genes. XLVI. p. m. 947. Colon. 1622.

(2) *De Fabro*, magnopere solliciti non sumus, *Moses* commemorat *Aaronem*, Fratrem Exod. XXXII. 4. (inaures) cum accepisset, formavit opere suo fusorio. & fecit ex eis vitulum constellationem. *Pagninus*; fecit ex illo vitulum constellationem. *Momanius*; vitulum fusionis, *Eugebinus* ense sculptum. *Chaldeus*, formavit illud circino. LXX. & formavit illos in stylo & fecit ex eis vitulum constellationem. Vid. Doctiss. in Exod. Commentator. *Ioh. de la Hay*, Parisinus Tom. 2. p. 737. Parisiis 1641.

Stylum



N^o. 8. APIS.

ritus S. expell
in tale
mas r
Lucas, ut
duabus
re, ut
tus fumus
s integer
go macelli
c. 10. A
im ut
i minoris

co labor
Vidisse
gyptium
pro com
& can
dantiam
um dur
qui in
conform
m. 947. Col

liciti non
Fractem
llet, form
vitolom
gebjanz
circino. 1
us vitulo
mmen
37. Paris

Staats- und Universitäts-
Bibliothek Hamburg

Hyum verò
tor litera
Naamo Sy
talenta
nempe quo
rat ad tolle
populus, q
tor ac intom
per ignem
i. e. fieri fo
ris Parisiis
Tradunt qu
res, & m
tantum, q
caput vira
ferius legi
in iuvenem
stor. Per
Viridinem
nam vira
in eaque
efformav
des viruli
liquet act
ranus Tu
tificem
dicit fuit
debet, et
explicat
927. Al
sed hoc
admirat
horum

Stylum verò dicunt significare (1) quo scribuntur litera aut sculpuntur. (2) *Marsupium*, uti de Naamo Syro legitur 2. Reg. V. 23. Ligavit duo talenta argenti in duobus מַרְסֻפִּים *Marsupis*, nempe quod in aures universas in uno vase ligaverat ad tollendam furti suspensionem, aut certus esset populus, quod omnes in aures ad idolum funderentur ac insumerentur. Itaque formavit opere fusorio, ut per ignem perduceretur ad aliquam formam, fecit i. e. fieri fecit per aurifices. Historia *Pet Comestoris Parisiis* 1518. impressa fol. 57. seqq. consignat: *Tradunt quidam, Aaron projecisse in ignem in aures, & inde ope Daemonis conflatum caput vituli tantum, quod tamen quando vitulus, quando caput vituli vocatur, quare in excusationem sui inferius legitur, Aaron dixisse Mosi: Projeci illud in ignem, & egressus est hic vitulus.* Hæc *Comestor.* Pererius antea citatus, in caput vituli in similitudinem Apis divino cultu adoratum inclinat p. **A.** Clarius & melius *de la Hay*: Plastes formam vituli composuit ex argilla aut simili materia, in eaque stylo ut habent LXX. cum textu Hebræo efformavit oculos, aures, caput, collum, corpus, pedes vituli; deinde in hanc formam infundit aurum liquefactum & hic ex eâ egressus est vitulus. *Alcoranus Turcicus* à *Azorah* 30. Fusorem & vituli artificem *Ascameli* nominat, quem *Mosis* sententiâ dicit fuisse excommunicatum, forte *Asfameni* esse, debet, est *Custos, Prefectus*, quod de ipso *Aarone* explicandum esset *Cl. Selden.* Syntagm. 1. c. 3. p. 923. Alii ope Magorum fuisse conflatum tradunt, sed hoc alterius indagini relinquo. Hoc saltem admiratione dignum, *Franc. Moncaum Friderval-* *lanum* in *Aarone* suo purgato, *Aaronem* non solum

lūm ab omni idololatria purgare, qui, quando vitulum conflavit, ut *Grætzerus* in Colloquio Ratisbonensi 6. nugatur, non summum gestavit Pontificatum, utpote *Mosi* tunc commissum, qui nihil illic peccaverit; Verūm etiam *Seroboamum* in vitulorum erectione & *Labanum* in Teraphinorum cultū ab omni crimine liberare ausum. Habuit *Moncæus* *Assæclas* *Joh. Buchæum* famosum perdullem, quo nomine inquisitori fidei *F. Petro de Cruce* Dominicano suspectus, & Romana notatus fuit censurā, Aaronque ille purgatus, indice librorum prohibitorum purgatorio sub *Paulo V.* igni subiectus, factum id quoque sub *Alexandro VII.* videantur doctissimæ *Joh. Friderici Mejeri* Stricturæ in *Moncæum*, Refutavit *Moncæum R. Visorius Theologus Sorbonensis* Canonicus *Ambianensis* Anno 1609. vid. *Cornel.* in Ep. p. 576, *Lorinus* in Pl. CXXV. p. 173. & *Rivetus* f. 1177.

(3) De consulendi ratione quibium reliquitur. *Peucerus* de istâ affert seqq. *Apis* *Agyptiorum*, qui & *Serapis* dicitur, bos erat corpore niger, candida fronte, in tergo alba nota insignis, duplicibus pilis, in caudâ & lingua cantharo notarius &c. vid. *Plinius* l. 8. c. 46. Nodus sub lingua est, quem cantharum appellant, à caloris ingrediēne & scarabei figura, ut habet *Porphyrus* l. de Carn. Abstin. *Scarabaum* enim *Agyptii* venerati, quod solis esset animata effigies. De secuturis eventibus, pergit *Pererius*, indicia præbere judicabatur, ubi manu pabulum ei porrigebatur. Hoc enim si arripuisset avidè, prospera condicere; si præterisset aut fastidiuisset funestum omne prænunciare censebatur. p. 243. 244. in seq. Ad eundem modum *Memphi* ex vaccâ, *Heliopoli* ex bove, *Mæo*

in *Arfinoe* ex *Crocodilis* conjectati sunt de futuris, prout enim oblatas *escas* vel accepissent, vel aspernati fuissent, sic felices & optatos exitus, vel contra graves luctus, incommoda, dira omnia praemonstrare putabantur. *Francosurt.* 1593. De *Fana* meminit *Punius*, sunt ait, delubra gemina, quæ vocat *Thalamos*, auguria populorum, alterum intrasse lætum est, in altero dira portendit, responsa privatim dat, è manu consuleptium cibum capiendo, Germanici *Cæsaris* manum averfatus est, haud multo post extincti.

(4) De *Formâ* aliquoties aliquid dictum: inspicere poterit *Macrobius* l. 1. Saturn. c. 20. de *Serapide*. placeat, quæ *Herodotus* habet, subiungi. *Toto corpore*, inquit, est niger, in fronte habens candorem figuræ quadratæ, in tergo effigiem aquilæ cantharum, seu *Scarabeum* in palato, duplices in caudâ pilos. In *Thaliâ* l. 3. p. m. 195. Paris. 1592. vid. *Srabol.* 17. *Diod. Siculus* l. 2. c. 4. *Solinus* Polyh. c. 4. *Pomponius Melal.* 1. c. 9. de situ orbis. *Apis* ait, est bos niger certis maculis insignitus, caudâ linguâq; dissimilis. Addatur *Ælianus* l. 11. c. 90. Caput vituli saltem fuisse, non integrum vitulum tradit *Lactanius*, Aureum, inquit, caput bovis, quem vocant *Apim*, quod eos signo præcederet, figurarunt. c. 10. Hanc exinde sententiam hausert *Comestor* & *Pererius* antea citati.

(5) De cultu *Apis* legendus *Plinius*: *Grex* puerorum comitatio inquit, carmen honori eius canentium, qui repente lymphati futura præcinnunt. *Memphis* est locus in *Nilo*, quem à figura vocant phialam omnibus annis ibi auream patenam argenteamq; mergentes, diebus quos habet
uata

natales Apis septem; mirumq; neminem per os à Crocodilis attingi, octavo post horam diei sextam redire belluæ feritatem. Ita & stipem Sacerdotes & alii aurea dona cum solenne venit sacrum in hæc ora jaciunt, ut ait *Stepwechius* v. *Plinius* l. 8, c. 46. Prociunt se quos habuerint in MoscholatRIA Doctores lascivientes Israelitæ, quando surgentes mape obrulerunt holocausta & hostias gratitudinis, & quando sedit manducare & bibere & surrexerunt ludere, choreas ducere, cum canticis in honorem idoli, num vocem cantantium ego audis dicit Moses Ex. XXXII. 7. 14.

(6) De pondere, Ingentis fuisse Judæi narrant, & ponderasse idolum 125 Talenta, ita R. Jarchi in Exod. XXXII. In libro Zohar 120. pondus alius eruit è voce קמח quæ significat constabile. Si literæ yocis singulæ in numerum resolvantur, surgunt 125. numerica, & quidem Cabalistica, vid. Clariss. a *Leusden*. Philol. Diss. 44. p. m. 300. Conferatur *Iob*, *Raynaudus* de libris Apocalyp. præl. 217. p. 1266. *Oppenheim*. Ao. 1611. Salivam Erudito Lectori movebit, quæ Excell. Dn. *Clasemius* h. t. l. 7. c. 11. opere de Sybillis anteo, quo illum remitto, depromit.

NOT. 15.

DE VITULIS JEROBOAMI & PECCATO AARONIS.

Pag. 25. Neq; Jeroboamum, qui eos imitatus erat, Idololatram, sed schismaticum fuisse, à cultu hierosolymitano alienum. Hoc ipsum a veritate alienum, imò alienissimum. profert hæc in gratiam *Moncai* & novitatis, vel si mavis, heterodoxiæ. Contendit Jeroboamum non fuisse Idololatram in

in eo, quod vitulæ
thel. quibus in
sed fuisse Ichni
imò perve
Aaronem co
conflavit, eo
quam quod il
tant ex figy
Pontificia hy
haud dubie
Comestor t
ies, qui à Elo
minos sonat
Aaron vero
sed indignat
tu utradit
florum (qu
Aaron, aut
& afferre
ofus habeb
sua nollem
vix eu
Aaron pot
linz, quam
Anton vo
cum statui
sed Deum
Deos nom
sibi quod
hibitum er
Aaronem
Iebvab co
tuit solenn
solennitas,

in eo, quòd vitulos aureos erexit in Dan & Bethel. quibus imitari voluit duos Cherubos templi, sed fuisse schismaticum. Inaudita enim temeritas imò perversitas sicut *Moncaus* nugatur, negatque Aaronem commisisse idololatriam, cum vitulum conflavit, eo quod nihil aliud hoc ipso indigitaverit, quàm quod Israëlitz verum Deum; à quo educti erant ex Ægypto, sub hoc simulacro præsentaret, pro Pontificiâ hypothefi, adorandum. Deceptus est haud dubiè deliramento Hebræorum, de quibus *Comestor* c. 73. *Excusant*, ait, *se Hebræi dicentes*, quia *Elohim non tantum Deos sed etiam Dominos sonat, & dicunt eos petisse itineris duces. Aaron vero & Hur restituerunt* (lego restiterunt) *sed indignatus populus spuens in faciem Hur, sputis ut traditur, EUM SUFFOCAVIT.* Vah fluvium sputi, fordesque mendacii. Unde timens *Aaron, ait, tollite in aures uxorum & liberorum, & afferte ad me, hoc erat quod charius & pretiosus habebant, putans quod consulentes avaritia sue nollent afferre, quas cum accepisset, formavit ex eis vitulum conflatilem.* Atque hoc pacto Aaron potius Autor, fax & tuba Idololatriæ vitulina, quàm ejusdem dici poterat instrumentum. Annon verò levitas & insania inest in *Moncao*, eum statuit (1) *Non postulatum à populo vitulum, sed Deum, seu Elohim Deos?* Annon populus cum Deos nominavit, Deum fieri flagitavit, ut sub sensibili quodam simulacro coleret, quod à Deo prohibitum erat, numen invisibile? *Exod. XX-4.* (2) *Aaronem induxisse solennitatem Deo vero, quem Iehovah vocabat: Jehovæ quidem nominatim protulit solennitatem, easque protulit idolom, cui facta solennitas, an Idolum eduxerat Israelitas? & ubi habuit*

habuit præceptum. (3) *Combusti vituli pulverem vituli cultribus ad bibendum præbitum à Mose Non Aaroni.* Resp. Aaroni paritum, quæ Dei fuit clementia, at reprehensum tamen graviter à Mose S. Codex clarissimè demonstrat; dixit enim Moses ad Aaron: *Quid tibi fecit populus hic, ut induceres super eum peccatum maximum* Exod. XXXII. 21. Deut. IX. 21. Habet hic pro ingenii vafricitæ suas strophas, ut videre est cap. 3. p. m. 32. Ubi malum per antonomasiam de malorum Principe & capite dictum sustinet, quem veritatis virga castigat, ut ipse l. 2. c. 1. invitus aut sui oblitus (mendacem enim oportebat esse memorem) peccatum maximum appellare necesse habeat. vid. Ex. XXX. 20. *Va qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Va qui sapientes estis, & coram vobismet ipsis prudentes* Es. V. 20. quod omninò in Idololatriæ falsæque religionis incrustatores dictum. Non sanè fulgur ex pelvi est, sed de coeli tonitru, quod conspicitur: *Adversus Aaronem vehementer iratus (Dominus) voluit eum contere. Exaudivit me Dominus hac in re & pro illo similiter deprecatus sum.* Deut. IX. 20. Cur Deus voluit contere, si non peccavit. Si non peccavit, cur Moses tam severe invehitur in fratrem, cur culpam in Aaronem rejicit, quia permittere videtur, quod non prohibet, quisquis est cum imperio? Aaron vices suas resignarat, ejus erat præesse, ut pro jure potestatis populum quantumvis protervum compelleret, merito igitur severe arguitur, ac si auctor sceleris, cui debebat resistere & mortem potius subire, quam impio satisfacere desiderio, vid. *Calvinus* in Pentateuch.

teuch. 436. S
mogenitus Dei
candelæcra
cit; iram
re Moses
irritum Deu
trem suum, &
Levi juxta
tus constituit
laminum Ex
Lectori, quid
Moses sibi
pulverem bib
apparuit: Au
Levitas ait;
his omnibus,
sepimus d. l. 7.

DE V

Impium
roboantur
hujus vero
pit curiosita
rellu. Ad
bratum, non
tæ Dei fue
Cherubino
tionem fact
vimos fece
Quot verba
no ad verlan
Primum qui
tum enim ab
lum, ut poti

teuch. 426. Si non peccavit, quare Aaron primogenitus Dei minister deprecatur & dicit ne excandescat iracundia Domini mei; an qui rectè fecit; iram deprecari debet? Si non peccavit, quare Moses post *pulverem idoli molâ bene usq; contritum* Deut. IX. 22. jubet, ut occidat quisque fratrem suum, & Amicum & proximum, fecerunt filii *Levi juxta sermonem Moysi* (in officio Magistratus constituti) & *cecidērunt in die illa 33000. hominum* Exod. XXXII. 27. 28. Notum Erudito Lectori, quid hic *Comestor* propinet; *forte videns Moses sibi indicatos a Deo sceleris autores per pulverem bibitum, qui in barbis eorum miraculosè apparuit: stans in portâ castrorum & advocans Levitas ait; qui Domini est jungatur mihi,* &c. De his omnibus, & quæ dicta sunt de vitulo, tacet *Iosephus* d.l.c.73. f. 57. B.

NOT. 16.

DE VITULIS JEROBOAMI.

Impium est defendere & excusare impium Jeroboamum, atque illum ab Idololatria liberare, hujus verò patrociniū cum & pro Monæo suscipit curiositatis, vel si mavis vanitatis causâ *Gassarellus*. Asserit enim *Monæus*, cum vitulus non brutum, non Apis Egyptiorum sed symbolum gratiæ Dei fuerit, vitulos Jeroboami ad similitudinem Cherubinorum Mosaicorum eorumque recordationem factos. Et hinc infert, Jeroboamum quia vitulos fecerat, Samaritanos Idololatram non fuisse. Quot verba, tot figmenta ipsissimæ veritati omnino adversantia. B. Lector facili negotio dejudicat, Primum quidem responsione dignum non esse; tantum enim abest, ut vitulus divini gloriæ sit symbolum, ut potius horrendæ idololatriæ in DEI O. M.

contemptum jure justo dicatur, sed de hoc in notâ præcedent: neque actum agere libido est. *Secundum* historiz contrarium est, cui nemo Christianorum debet obloqui, & ubi ejus in scriptura aut voia & vestigium, vitulos Jeroboami ad similitudinem Cheruborum esse effectos? altum hic silentium, & premenda vox vituli; scriptura enim notanter ista duo distinguit clâris verbis & *Excogitato consilio Rex fecit duos vitulos aureos & dixit eis: Nolite ultra ascendere ad Jerusalem. Ecce Ditus Israel, qui te eduxerunt e terra Aegypti!* 1 Reg XII. 28: Vitulos fecit non Cherubos. Atque ita LXX. καὶ ἐποίησε δύο δαμάλεις χρυσαῖς, fecit duas vitulas aureas. Iisdem verbis icelus commemorat Iosephus l. 8. c. 3. p. 276. δύο ποιήσας δαμάλεις χρυσαῖς, duas fecit vitulas aureas. Aegyptiorum apud quos vixerat, idololatriam secutus. Herodotus autor est, boves fœminas Isidi Aegyptios fuisse sacras, l. 2. Irriisionis causa hæc dicitur Hieronymus l. 3. Comment. vid. Sanctus in Hof. c. 3. v. 5 n 21. Iosephus sub fin. cap. 2. l. 8. de Salomone hæc habet: *Est jam ante a præscripto legum discesserit, quando aneis bouum effigies basimaris addiderat, sicut solio suo leonum post apposuit, NAM NEQUE ILLA FAS ERAT FACERE.* p. 272. Ita Judæus de Salomone judicat; cum tamen constet, omnia Salomonei templi opera ante legis lapsum fabrefacta, mysteriis fuisse plenissima. vid. *Ribera* de Templo. At verò magis improbare poterat aureos fusilesque Jeroboami vitulos. ἑδὲ γὰρ αὐτὰς ποιεῖν ὄστων. Cur consflare iusserit clarè satis indicat Textus Biblicus 1. Reg. XII. 27. *Ne converteretur cor populi ad Dominum suum.* Mavult lectari Aaronis casum, quàm Mosis

Mosis legem.
statuere decre-
tibus uno in
Conr. Pal
doris: in via
talis antea let
tum Hierosol
tum quendam
qui futurus ell
exterminium.
ctore Th. Ag
tum dicebant
tem qui magis
illum elogio
Ant. Biz
literis addit
Commissio
runt, cum for
mivous leg
acellit, qua
pondit. C
diturum l
berio fuer
se pronanci
inceps opa
retur, scrip
bertus vidi
tum appel
tetrarum e
Præfat. in
ctori, adda
memoriaz
Baleter:
puz raggat

NOTÆ.

Mosis legem. Si vero Deo cultum in regno suo statuere decrevisset Jeroboam, poterat sine imaginibus uno in loco à Leviticis ordinibus id expedire, *Conr. Pellican. T. 2. p. 188. Epiphanius & Isidorus* in vita Elifæi tradunt, mugisse unum ex vitulis aureis Jeroboami in ortu Elifæi, illius mugitum Hierosolymis fuisse inauditum, ex eo sacerdotum quendam conjectasse, eo die aliquem natum, qui futurus esset sculptilibus omnibus atque idolis exterminium. Addam quæ de Cherubico Doctore *Th. Aquinate* referuntur, quem bovem mutum dicebant stylo postmodum ac lingvâ potentem, qui mugitum dedit à toto orbe exauditum, quo illum elogio Præceptor *Albertus M.* insignivit. *Ant. Bizamenus* Patritius Venetus sic refert, cum literis addictus toros dies silentio pertransiret Commilitones eum ideò bovem mutum appellarunt, tum fortè *Albertus* Dionysium de divinis nominibus legebat, & quidam Discipulus ad Thomam accessit, quæ à Præceptore acceperat, relictura spondit. Cùm Magistrum Thomas videret, cepit diuturnum silentium rumpere, & omnia, quæ ab Alberto fuerant declarata, addendo etiam copiosè pronunciavit, unde Præceptor Discipulum se deinceps optavit, & cum quæstio à Thoma declararetur, scripto, casu, è manibus, elapso, & hæc Albertus vidisset; Ita inquit, quem vos bovem mutum appellatis, tantum edet mugitum, ut toto terrarum orbe personet. vid. *Magnus Dorschaus* Præfat. in *Th. Confessor.* Nisi molestum O. Lectori, addam de *Thom. Aquinate* magni ingenii memoriæq; virò, quæ legisse recordor apud *Arn. Redever:* Cum is à Rege Galliarum ad epulas daposq; regis invitatus comparuisset, & alii ex con-

vivis salibus & verborum lepore sibi abblandi-
rentur; alii ventris patrocinio suscepto cupidias
strenue postularentur; alij vim vini avidissimis
gulis strangularent, oculis in certum aliquem lo-
cum defixis, immortua instar statue ceteris affe-
dit Thomas, & tandem non aliter, ac si secessu
suo conclusus esset philosophico, mensam manu
percutit ac exclamavit: **CONCLUSUM
EST ADVERSUS MANICHÆOS.** Re-
ge autem & reliquis tunc vocem tunc repercussio-
nem istam mirantibus dixit: Argumentum obte-
revidis Manichæorum blasphemis maxime ido-
neum esse, & ratiocinatione attentata jam jam a-
nimadversum esse, quare Rex adeo hoc ei vitio
vertere non potuit, ut laude & admiratione Con-
vivam suam Thomam fuerit persecutus. Statua
Mercurialis de Medit. c. 11. p. 78. 79. Sed quor-
um hæc? Bone Lector, clamavit vitulus aureus,
locutus fuit bonus mutus, cujusmodi omen apud
Lycosthenem in Admirandis passim reperias: Cla-
mant vituli vel vitula Jeroboami impietatem à Spi-
ritu S. damnatam, & conclusum est adversus Jero-
boamum & vitulos Hol. VIII. 4. *Projectus est vi-
tulus tuus o Samaria, iratus est furor meus in eos
usq; quo non potuerunt emundari, non diu impunè
ferent, quia ex Israel & ipse est, & Artifex fe-
cit illum, & non est Deus, quoniam in araneorum
telas erit, in pulverem redigitur vitulus Samaria.*
Ubi alluditur ad vitulum aureum, quem Moles
comminuit, ejusque pulverem in profluentem spar-
sit, Deut. IX. 22. *Conclusum adversus vituli cul-
tores Am. III. 14. & c. v. 5.* Quod si verò vituli
Jeroboami aliquam ut nugatur *Montanus*, cui assen-
titur *Gassarellus*, Cheruborum Mosaicorum inte-

runt

rant recordatio
mulacrum, cur
um? cur non
tendebat, sed
era Deo Israe-
ret, & ad Reh-
tabaque non
posse verum
ram arcia ac
tores servos
ille, quæ ejus
Deum colit au-
ano clarissimi
to optime me-
phani Klotzi
æternum pol-
Angelolatr.
tus igitur hæc
Lecton obte-
riam & tota
unde probat

DE FIG

Pag. 26.
nam vitulo
est. Fingit
faveam, per
pulis Iracit
Annon eo m-
gnis? Ex. XI
man, qui pra-
& tunc par-
tiz & tunc
toto perlever

runt recordationem, cur vitulorum erectum est simulacrum, cur non arcam? cur non propitiatorium? cur non Cherubos fieri fecit? Non illud intendebat, sed solum revocare populum, ne ad sacra Deo Israël's facienda Hierosolymas ascenderet, & ad Reliaboamum relaberetur, cavebat, putabatque non minus coram vitulis, & per illos coli posse verum Deum Israël's, quam Hierosolymis coram arcâ ac cherubinis, ideo *Iehu* vitulorum cultores servos Jehovæ vocat 2. Reg. X. 23. 25. quia & ille, (quæ ejus erat dementia) per vitulos illos verum Deum coli autumabat. vid. Viri toto orbe Christiano clarissimi, & de Ecclesia Dei ac orbe literato optime merentissimi *Ὀὐὐ ἐν ἀγίοις* Dn. D. Stephani Klotzii Soceri mei ut desideratissimi: ita æternum post fatum honoratissimi Tractatus. de Angelolatr. exasciatus, Disp. 1. de Idol. S. 23. Grátis igitur hæc *Gassarellus* cum *Moncaeo* erudito Lectori obtrudit, vitulos Cherubinorum memoriam & formam repræsentâsse, quomodo hæc & unde probabuntur?

NOT. 17.

DE FIGURA CHERUBINORUM.

Pag. 26. *Cherubinos autem Mosaicos formam vitulorum retulisse.* Petitio hæc principii est. Fingit *Moncaeus*, quo nos ter decipitur *Gassarellus*, per promissum Ductorem Angelum populi Israël'itici intelligi Cherubum vituli formem Annon eo munere defuncta columna nubis & ignis? Ex. XIV. 19. 24. *Tollere se Angelus Domini, qui precedebat castra Israël' ab eis post eos & cum eo pariter columna nubis, columna præsentia ac tutelæ divinæ majestaticum fuit symbolum, toto perseverans itinere.* Atque ita 1. Codex, 12 popu;

populi Ductorem Deum in nube præmonstrat. Num IX. 16. c. XIX. 14. Neh. IX. 12. *Et in columna nubis Ductor eorum fuisti per diem, & in igni per noctem, ut appareat eis via, per quam ingrediebantur.* Si Cherubi Ductores fuissent formâ vitulinâ, quàm facili casu ad idololatriam pronis Israëlitis fuissent seductores! Sed accuratius non nihil, ut plana fiat res ponderanda est. 1. Laboriosi multi *in etymo*, curiosi plurimi in Cheruborum typo. De nomine suboritur difficultas, unde sortiatur originem. R. *Kimchi* & cum illo alij כרובים tanquam infantes derivat ex כו similitudinis רביא *rabia* crevit, ut quasi crescentem denotare videatur. R. *Lipman Nizzachon* n. 73. cum omnium imaginum usum interdictum probasset, vocem *Cherubim* inquit *explicito*, illa ex voce כרוב, quæ herba Græcè brassica undiquaque rotunda præ se fert caput hominis, facie tamen caret. *Theodoretus* qu. in Genes. 40. significat, nomen Cherub semper denotare *horribilem potentiam* vid. *Pererius* in Genes. p. 230. Cherub quasi pugnans כו enim quasi & רב fortis est. Alibi *Theodoretus* & *Philo* apud *Aleasarem*, Cherub significat *plenum sapientiâ*, & hæc vulgatissima Patrum opinio, & plurimorum hodie Pontificiorum, qui ex mente *Dionysii Ariopagite* secundum ordinem Cherubinis à scientiâ sic dictis assignant, vid. *Joh. Reuchlinus* in Caball. l. 3. p. 752. Tom. 1. Riccis. Clarisf. *Hackspan* Disp. de Angel. Nom. §. 3. Syllog. Disp. p. 273. *Cornel.* à *Lapide passum* docet vocem כרוב significare sicut *Rabbi h. e. quasi Sapiens*. Ridet *Rivetus Marinum* & *Mersennium* qui à כרוב & רב multitudinem deducunt. *Simplicissima*, inquit, interpretatio qua *Angelos*

DEI

DEI monstrat
classi omni Mo
Paginam i
tum scire.
rub derivat
rida & torm
nim chalez
cat. Alii d
Kerub i. e. re
lum, auriga
videatur Dr
Veites plun
pos Cherub
Marcell.
Com. Kerub
stantissimo
res spiritua
ipsum fatur
alu tenen
lare ac vel
verbo כר
כרוב
stipulatur
quid sentia
p. 400. &
ac Roman
Præf. Des
onis Hlip.
ille, Cherr
ait Hieron
videatur dic
taphoranic
sapiens & m
natus dicatur

DEI ministros hoc nomine populo Israëlitis indicasse vult Mosem. in Genes. Exerc. 41. p. 209. Pagninus à כרוב scire & רב multum quasi multum scire. B. Sebecterus à Chaldaica voce *Cherub* derivat, quam dicunt significare puerum floridâ & formosâ facie & genis pulchris. *Rab* enim chaldaicè formosum sive rubicundum significat. Alii derivant à *Karub*, & per metathesin *Kerub* i.e. rectus est, gubernavit ut Ductor populum, auriga currum, in Narrat. Genes. 3. 1. 236. videatur *Drusus*. *Hieronymus* Ex. 26. v. 1. 31. Vestes plumaria arte confectas & velut pictas opus Cherubim appellari tradit, Epistol. 13. ad Marcell. *Hieronymi* mentem retinet *Doctiss. Conr. Kircherus* noster in opere *Concordant. præstantissimo* Francof. 1607. כרוב *Imago est*, ait, *res spiritualis aut corporalis creata, sic manu artificis fabrefacta, qua tanquam volucris, expansis alis vehitur, aut propter motus celeritatem volare ac vehi videtur*, congruit significatione cum verbo כרוב & differt modus significandi à verbis כרוב וקרוב p. 2126. *Kirchero* nostro ad stipulatur *Ribera* de Templo l. 2. c. 6. (de quo quid sentiat *Pineda*, legendus l. 1. de R. G. S. c. 5. p. 400. & cum illo Antiquitatis abstrusioris sacrae ac Romanae assertor felicissimus *Dn. Saubertus* Praef. Descript. Temp. Hieros. Jacobi Jehudæ Leonis Hisp. Helmsted. 1665.) Respondendum ait ille, *Cherubim significare multitudinem scientia*, ait *Hieron. Ezech. 10. circa fin. &c.* Probabilior videtur dici *Cherub*, i. e. figuratum aut pictum, metaphoramque à corpore & spiritu duci, ut spiritus sapiens & multarum rerum formis insignitus & ornatus dicatur *Cherub*. *Delrio* in c. 3. Gen. docet,

Kerub dici quasi *recob* currū. Magni Parentis Filius eruditionis laude & pietatis non minor Dn. *Carpzovius* Dissert. de Arca post rejectam *Abarbanelis* sententiam, *Cherub* significare formam parvuli alati, quia vox hæc ait, ventis quoque & nubibus Pf. XVIII. 11. 2 Sam. XXII. 11. tribuitur, & Deus etiam vehi על כרובים super *Cherubim* dicitur, *Planè nihil ob stare*, ait, videmus, quo minus à Rad. רכב *equitavit* deducamus, ut רכוב per metathesin idem sit ac רכוב vehiculum, quod Pf. CXL. 3. *pones nubes sicut currum.* & Pf. LXVIII. 8. Ubi Angeli Dei vehiculum dicuntur. Consule Dn. *Hackspar* d. l. p. 2433. Quærit *Tostatius Abulensis* qu. 19. in Exod. XXV. *Cur Deus sedere dicatur non super Seraphim sed super Cherubim?* Ad hanc quæstionem rejectis verbis *Tostati* respondet *Ribera*, qui *Cherub* à scientia derivat, ut significetur, ait, *Deum esse sapientissimum & omnem scientiam etiam altissimorum Spirituum longè superare, & summâ sapientiâ atq; providentiâ disponere res hominum, merito dicitur sedere super Cherubim* d. l. p. 118. Doctiss. *Buxtorfius* Dissert. de Ar. F. c. 9. p. 94. Videtur quilibet relinquere investigandi etymi licentiam. Elige ergo Lector O. commodiorem, cui dicas, tu mihi sola places. An placet quæ habet Dn. *Cregantius* in R. Arc. *Observandum*, inquit ille, *nomen Cherubim esse generale, nec semper Angelos significare, sed formam seu figuram in genere cuiusq; animalis.* Uti in Exod. & lib. Regum dicuntur fortè statuarum Cherubini, nunquam autem Angelorum. Fateor *Angelos aliquandiu in S. Scripturâ vocari Cherubin: at nemo negabit per Cherubin non semper significari Angelos.* c. 17. p. 673. 674. Genevæ 1661, 2. Jam

2. Jam
mos, Monce
vient & re
potheli;
pretatum d
se arcamp
mâ vitulâ
Dei, quo
figent ali
Domino r
mono phile
4. p. 97.
73. p. 97.
ut, quod d
bo formâ
populum
hic de An
locos, vid
Culto vi
gelus fac
bitur.
683. ad
de Cher
despicie
A. J. e
erant eff
ea sum
quam en
folio tra
terat S. S
in anno,
Cherubi
At verò c
Cherubi

2. Jam ad *Formam* Cherubinorum accedimus, Monæo non pro visus imbecillitate sed lativiente & petulico ingenio vitulinam, ex falsâ sc. hypothefi; Mosem promissionem Dei fuisse interpretatum de signo visibili præcessuro: signum fuisse *arcam* propitiatorio, arcæ Cherubos, fuisse formâ vitulinâ. Cùm enim populus peteret signum Dei, quo deduceretur in Canaan absente Mose (quem alii dicebant à bestiis comestum; alii à Domino translatum; alii sana mentis cum Domino philosophantem. Vide Joseph. l. 3. A. J. c. 4. p. 97. & post illum Petr. Comestorem in fin. c. 73. p. 57. b) nihil aliud egisse Aaronem, quàm ut, quod & Moses facturus fuisset, erecto Cherubo formâ vitulinâ tanquam signo divinæ presentie populum deduceret. Hæc opinio *Monæi*. Non hic de Angelo Præcessore; de quo antea disserendi locus, vid. Doctiss. Dn. I. Th. Major Exercit. de Cultu Angel. §. 229. ad locum Esa. 63. 9. *Angelus facierum*: quod Dei filio citra dubium tribuitur. Item Clar. Gregorius c. 17. p. 679. 683. ad Exod. *Ibit Angelus meus coram te*. Sed de Cherubinorum formâ, quam effixit Monæus despiciendum. Retigit eandem Josephus l. 3. A. J. c. 6. p. 83. *Operculo ejus sc. Arcæ. impositæ erant effigies duæ, quas Hebræi Cherubos appellant, ea sunt animantia volucriâ nova specie, nec unquam cuiquam homini visa: quæ Moses in Dei folio viderat figurata*. Scil. quia nemo ingredi poterat S. Sanctorum nisi Pontifex, qui semel tantum in anno, tumque nebula & fumus incensi tegebat Cherubinos, ut videri non possent Exod. XXV. 18. At verò oblitus est sui Josephus l. 8. c. 2. p. 260. *Hæc Cherubica, ait, effigies quamam specie fuerint nemo*

vel conicere potest vel eloqui. Antea tamen do-
 cuerat esse volucra animantia, novâ specie. *Philo*
l. 3. de Vita Mos. Imagines volucrum fuisse non
 dubitat asseverare. Ridiculi sunt Judæi, qui mares
 & foeminas faciunt, uti ex iis *R. Becchai*, *R. Sa-*
lomon apud *Ariam Montan*, l. de *Noh*. *Tit. recen-*
sent. R. Becchai, ait, *Cum Israelita ascendebant*
ad festa celebranda, velo remoto ostenderunt eis
Cherubin, qui se invicem amplectebantur & dice-
bant; Ecce qualis amor quo Deus nos amplecti-
tur. Ejusmodi quo se invicem amplectuntur mas
 & femella, & hanc fuisse arctissimam illam unio-
 nem inter Deum & Israelitas. *Ribera* p. 117.
 Vani & profani sunt Ægyptii, qui *Sphinges* suas
 finxerunt. *Clem Alexand.* non immeritò asserit,
 Ægyptios Israelitarum simias à populo Hebræo
 plurima fuisse mutatos l. 5. *stromat.* *Ideo*, inquit
 Ægyptii in sacris suis ponunt sphingas, quippe quod
 de Dei virtute sit figura ænigmatica & obscura.
 Fortè autem quòd oporteat Deum amare & time-
 re. *Amare* quidem, ut sanctis benignum & propi-
 tium; *Timere* autem, ut qui sit impiis justus & in-
 exorabilis. Ferè enim simul & hominis imaginem
 Sphinx significat, legatur *I. B. Philalpandus* T. 2.
 l. 4. c. 36. p. 112. *Sphinge* itaque Ægyptii re-
 rum sublimium ac obscurarum arcanam cogniti-
 onem significabant. *Augustus Cesar* sphinge in
 annulo usus, Principis arcana innuens, non temere
 esse divulganda. *Plinius* l. 37. c. 1. Hinc ut ab-
 strusè eruditionis Consultus *Fortun. Licetus* de
Annul. c. 27. p. 140 habet, subditi rescripta ac e-
 dicta vocabant ænigmata, sc. quòd sphinge essent
 subsignatà. vid. *Cal. Rhodigin.* l. 6. c. 12. Erat
 verò Sphynx, monstrum virgineâ facie avium pen-
 nis

nis alatum leonem
 Sphincto latinas,
 primo quadrup
 Dabat neci
 plicato ænigma
 laxo se dedit sp
 roglyph. l. 6.
 ternario:

Territi A
 Sphynx pu

Hortensio Or
 Verre Sphinge
 senigmatum
 felle responso
 bes, Plutarc
 ænigm. Camo
 Jud. Div. T. a
 finxere Ægy
 hinc in Galt
 ante Parali
 34. quo res
 probat, qua
 Leo ex terra
 chrius est, et
 quod Doct
 referant es
 in flamma
 fuisse, quon
 non avium
 prononciâ f
 omnes rati
 perficiuntur
 a. 5. p. m. 91

nis alatum leoninis pedibus, circa Thebas in monte Sphicio latitans, cujus ænigma; *quodnam animal primo quadrupes, secundo bipes, postremo tripes?* Dabat neci viatores, qui solvere non poterant. Explicato ænigmate ab Oedipo in hominem dici; de saxo se dedit sphynx præcipitem, *Pierius in Hieroglyph. l. 6. c. 30.* Hinc *Ausonius* in grypho ternario;

*Terruit Aoniam volucris, leo, virgo informis:
Sphynx volucris pennis, pedibus fera, fronte pu-
ella.*

Hortensio Oratori, qui accepta mercedis loco, à Verre Sphinge aurea, sibi obscurius aliquid dicenti, se ænigmatum solvendorum imperitum esse dicebat: falsè respondit Cicero: *Atqui Sphingem domi habes, Plutarch. in Cicer.* Confer *Lil. Gyraldus* in ænigm. *Camerarius* Cent. 1. c. 7. *C. Stengelius* de Jud. Div. T. 2. c. 4. §. 15. p. 663. Sphinges itaque effinxerunt Egyptii ex Cherubinorum rumore. Annon hinc in *Gastrelli* Leo prodiit! quia Cherubinum ante Paradisum collocatum fuisse putat Leonem. p. 34. quo rugiente nihil terribilius. sed putat, non probat, quia Leoni cum gladio versatili nisi forte Leo exsertam linguam habuit ignivomam. Pulchrius est, et si ad alienam referri poterit materiam, quod *Doctiss. Fagius* in *צבא קרבן* sunt, inquit, qui referant ex libro *Caballisticis*, Leonis imaginem in flamma ignis sacrificia absumentis conspectum fuisse, quod si verum est, pulchre facit ad mysterium adumbrans Leonem illum, de Tribu Iuda qui pro nobis factus est viva hostia Eph. V. 2. in quo omnes nostra victimæ & sacrificia consumuntur, perficiuntur, Deo gratæ & accepta fiunt. c. 5. n. 5. p. m. 99. *Iluz* in *Algaviâ* A. 1541. Absurdiora

diora sphingibus Ægyptiorum & Gaffarelliano Leonetradit *Iacobus Chius* &c. Non significare, ait, spiritualementem aliquam substantiam, vel incorporeum aliquod animal; sed statuam ad similitudinem pueri formatam, quales erant pueriles istæ statuæ aureæ super arcam collocatæ, & statua illa cum igneo gladio, ad custodiam Paradisi posita, quam *Moses Cherubim* appellavit. Hæc enim non erat Angelicus Spiritus, sed virile quoddam simulacrum, horribili formâq; larvâq; circumtextum, quod Deus ad incutiendum terrorem primis parentibus præ foribus Paradisi collocaverat, iuxta morem Agricoliarum, qui in saxis & hortis ligneos palos designant, laceris humanarum vestium pannus indutos, ut eo terriculamenti genere aves à seminum atq; frugum pastu deterreant. Addit insuper nequid nugis deesset in re seriâ, Cherubim esse vivas spiritualesque substantias, cautum est in synodalibus legibus Græcorum, ne in trisagio Angelorum cantaretur, qui sedes super Cherubim. Satis audacter, vid. *Sixtus Senens.* de Biblioth. Patr. l. 5. p. 235. Clariss. *Danbawerus* γλῶσσοφάσσο πολυμαθεύς. *Manteo*, inquit, in veteri domo, donec argumentorum vi expellar, ac sententiam nullius obliqui suspectam Magni illius Interpretum interpretis *Lutheri* religiose amplector. Sic autem ille sc. Comment. in Genes. c. 3. In viâ ab oriente, quæ sola ad Paradisum docebat, positi sunt Cherubim sc. Angeli, qui custodirent viam istam, ne vel Adam vel ulli ejus Posterorum ingredi in Paradisum liceret. Humano more hæc fecit Dominus ad terrendum, ut scilicet extaret memoriale tam insignis lapsus. Porro Cherubim isti in viâ habuerunt non ferrum, quo arcerent accessu-



CHERUB. A.
No. 9.

de Gaffarellan
on significare
nel incorpore
ad somni ad
eriles esse flate
statuata con
diti posita, con
Hec enim an
irile quodam p
arzia, conve
terrem pua
collocaverunt
an & lora b
sanarum rati
mi generi au
resant. Adh
seria, Cam
as, caumilia
e in trifago de
er Cherubim de
de Biblioth. Par
verne pua 3
inquit, unen
xpe lar, as
Magnitudo
lyose amptor
encl. c. 3. in
lam docebo
cultoolent van
osterorum hys
no more h
il. extaret no
Cherubim in
arcerent accu-







N^o. 10

B.



C.

N^o II.

Staats- und Universitäts-
Bibliothek Hamburg

11 911 3 00

ros, sed labat flam
Marini in voce
dixit per translati
ti, quod ut flama
brare de la spaci
18. Et fecerunt
cum lamina sua
bus.) Tradunt
busdam gladioli
sconfio, quod se
ergo labat flam
est, & praering
glacii, qui afflic
ens us apparat
modum Angel
que in omnes p
& sic servata Pa
ut esset memor
lacus Sodomor
brius magis Ia
sue Dial. 1. d
lia appellat. &
Cherubim & S
nungiam cella
proprios acced
bi quidem aff
multa milia
senis alu, p
rialem hymn
tia & dicenti
etib! Conve
nobilissimi in
fuisse humana
Caltissimus E

ros, sed *lahat flammam versatilem*, Gen. III. 24. *Marinus* in voce *לה* f. 343. Moses eleganter dixit per translationem de laminâ positâ & fulgenti, quod ut flamma splendeat dum vibratur. *Il vibrare della spada*. In Exod. VII 13. c. VIII. 17. 18. Et fecerunt etiam Magi *Pelachete hemiu* sive *cum laminis suis*. (Pagninus habet incantationibus.) Tradunt Magos in incantationibus uti quibusdam gladiolis. At tutius si deducas *לה* absconso, quod scilicet incantationes clam fiant. Fuit ergo *lahat flamma*, qualis est fulguris, quæ incerta est, & præstringit oculos, & habuit fulgur formam gladii, qui assidue vibratur, uti dicitur Act. II. *Divises apparuisse linguis instar ignis*. In hunc modum Angeli isti semper immiserunt flammâs, quæ in omnes partes agerentur, ne quis accederet, & sic servata Paradisi custodia usque ad diluvium, ut esset memoriale calamitosi cibi, sicut voluptatis lacus Sodomorum, & statua salis inobedientiæ. Sobrius magis *Jacob Chio* sentire videtur *Athanasius* Dial. 1. de S. Trinit. T. 2. p. 154. *Animalia* appellat. & sermone in Matth. T. 1. p. 329. *Cherubim & Seraphim*, quæ Dei Majestatem labiis nunquam cessantibus extollunt. *Chrysostomus* proprius accedit in Liturg. suâ Deum alloquens: *Tibi quidem assistunt millia Archangelorum, & multa millia Angelorum, Cherubim & Seraphim, senis alis, plurimus oculis, sublimia, pennata, victoriam hymnum canentia, vociferantia, clamantia & dicentia: S. S. Sanctus Dominus Zebaoth!* Conveniunt Autorum nobilissimi in eo, Cherubos Fig. IX. X. XI. fuisse humana effigie & alatos. Castissimus Evangel. Historiæ ac Concordiæ Inter-

terpres Seb. *Barradius* T. 2. l. 3. c. 16. p. 173. Mogunt. 1609. Prius Arij Montan, in apparatus improbat sententiam, qui Cherubos mutilos & mancos facit, brachia adimit, horum loco alas substituit. *Recepta est, inquit, sententia R. Salomonis, Lyran, Abulensis, & aliorum Cherubinos templi effigie humana fuisse fabricatos. Idem p. 175. Templi Cherubini ait, figuram humanam habuisse creduntur, neq. vero uterq. illis sexus tribuendus est. Sexu enim Spiritus carens. Neque manibus pedibusque sunt privandi; Manus enim & brachia ad decorem pertinent (negotiorum expeditionem) Manus præterea subalis habent *Ezechielis* illi Cherubini. Recepta in Ecclesia pingendi consuetudo, Angelis alas manusque & brachia tribuit, quin unus de Seraphim ad *Esaia* volat & in *MANU* ejus *calculus Carbo ignitus, quæ forcipe tulerat* de altari *Es. VI. 6.* Nervosissimus *Epist. ad Philipp.* Commentator *J. A. Velazquez* T. 1. c. 1. v. 13. p. 173. cum *Shalinato*, nescio quâ libertate, ad manus *Aulicorum Neronis* ad accipienda munera avidas applicat *Ezech. 1. 8.* Meliori postea ut arbitror pietate idem Autor T. 2. p. 385. *Manus hominis, inquit, sub pennis eorum, ut argumento fuerit à manibus ad pennas, à recta operandi ratione ad cœlestium mysteriorum cognitionem conscendi & actionem speculationis esse fundamentum* *Fr. Ribera* l. 2. c. 6. p. 117. Formâ corporeâ facti sunt, ut cerni possent, quâ modum apud nos Angeli. *Cornel. à Lapide* in *Exod. 25. 18.* p. 506. Antwerp. 1618. *Dico, ait, duos hosce (Mosis Cherubinos) habuisse humanam speciem & formam.* *Menochius* l. 6 de R. J. c. 2. qv. 9. p. 430. Paris. 1648. *Sancti Cherubini humanam**

nam figuram habent
Cherubinis totum

(2) Alas

ral III, 13.

& imberbis ius

ternitatem An

car non ignobi

l. 6. 352. Ant

aliam rejicit

mini pictura p

pictura ex ala

Angeli sicut

triumvirum sim

gentius est, l

Scriptura, 1

similitudinem

dehinc alis fun

nis & victoriâ

Dedecat. Op

p. 172. Ala

pro victoriâ

victoriâ fam

latè per xthe

rat. Id han

Austria &

pes, supra e

Leumate

Ingeni eni

& ratione

dante Dec

sequaris;

non minor

mas videri

ium Dem

nam figuram habuisse creduntur. Nemo horum Cherubinis formam vitulinam tribuit!

(2) *Alati, sistantur.* Citatus *Cornelius* 2 Paral. III, 13. Cherubini effigies aurea, species alati & imberbis juvenis, ut vigorem, vivacitatem ac æternitatem Angelorum attribuerent. *Lud. Alcasar* non ignobilis Scriptor in Apoc. c. IV, 7, n. 7. & 8. §. 352. Antwerp. 1619. *Montani* opinionem allatam rejicit cum *Prado* & *Vilalpando*, & à communi pictura petit argumentum? *Communis*, ait, *pictura eis alas & brachia ponit, quemadmodum Angeli solent depingi, quod certe ex Templi Cherubimorum similitudine ortum duxit.* Id quod congruentius est, humanæ figuræ, quam eis concedit S. Scriptura, 1 Reg VII. 36. *Sculpfit Cherubim in similitudinem hominis stantis.* Alatos postmodum & binis alis fuisse probat pro argumento fortitudinis & victoriæ, de illa videre haud grave sit, quæ in *Dedicat. Operis de ALA* protuli ex *Gvil. Chulio* p. 172. *Ala* in antiquis nummis ac monumentis pro victoriæ symbolo fuerunt sculptæ, quia parte victoriæ fama è vestigio sese in auras extollit, ac latè per æthera gloriæ ornamento decorata, volitat. Id haud dubiè indicabat *Matthias Archidux Austria & Burgundia* &c. Emblemate in quo *Rupes*, supra eam *Ala*, in quarum medio Sertum, cum Lemmate: **AMAT VICTORIA CURAM!** Ingeniū enim nervi intendendi, & victoriæ consilio & ratione perficitur. *Amat victoria curam!* ut dante Deo impetres; *amat victoria curam!* ut prosequaris; *amat victoria curam!* ut conserves; Nam non minor est virtus quam quærere parta tueri. *Amat victoria curam!* ne te efferas, vid. *Rostum* & in illum *Dempsterus* A. R. l. 2. c. 10. p. 118. Figurantur

tur (3) *Nudi*. Probatur 1 Reg. VII. 36. *Secundum nuditatem hominum stantes*: In Hebr. secundum nuditatem viri. Hoc ipso animæ Deo servientis puritatem denotari, Doctores innuunt. Sed Prædientia ac Artis esse, ut imberbes ac in tenerâ adolescentiâ pingantur, & hoc citra periculum castis oculis; cum & in S. Sanctorum, ubi à nemine videbantur, tanta suffimentorum thymiamitis nebula circumfusi, ut vix discerni potuerint, nudi steterint. Neque hoc usq; adeo absurdum; *Elieron. Prædus cum Vilalpando* in cap. 1. Ezech. existimat, Cherubinos Ezechielis ejusdem figuræ fuisse cum Moisaicis in arca. At faciem non pro vultu sive supra parte capitis, in qua os est, sed pro toto corporis habitu accipit, contenditq; quatuor ista animalia Cherubim dicta, quatuor eandemq; diversas præsentasse species, quarum una haberet caput hominis, altera bovis, tertia leonis, quarta aquilæ: sed quatuor illa unam eandemq; figuram habuisse, quæ quatuor illa animalia per partes referret. Quaternas species, quaternas denotasse dispositiones in figura, seu stemmate, formâ, aspectu, & habitu, utpote faciem hominum visam fuisse in ore ac facie, & erecto corporis habitu faciem leonis effulsisse in cervicibus, armis, ac pectore ac jubeis, faciem aquilæ in alis, faciem demum bovis in unguibus bifidis, ut in exhibitâ figura patebit. *Vilalpandus* quatuor illa Ezechielis animalia habuisse dicit formam quatuor animantium, sed maxime toto corpore & facie hominem præsentasse, atq; inde dici Cherubinos alatos, Juvenes puta Angelos, quadriformia fuisse non *quadricipitia*, ex *Sophronii* Orat. 6. de Angel. Apud *Drusum* observ. sacr. libro, Anno 594. pictura exhibetur, ubi unus Cherub quatuor

alis,

alis, quatuor capiti
aquilino, pedibus
figiatur cum Ezechiele
Si hæc pictura
omniâ nova &
rens. Cuius eni
quido satis conf
ngi pingij; N
in mentem ven
Si statuumus, i
cui fuisse vitu
arces Ieroboa
let. in Apocal.
debebat Alai
bos Moisaicos &
carere hoc alle
let, ita visos Ch
malia apocalyp
ponit Ieroboa
seculis ista visio
nibus N. T. æ
ægyptiaca int
xit, sed protut
vitalos & lub

Pag. 35.
Moloch te
biam rem fa
tas, adege
cienda men
Moloch
pro sole cult
dunt *Moloch*
regurii.

alis, quatuor capitibus, humano, leonino, vitulino, aquilino, pedibus bifidis ad rotam flammantem effigiatur cum Epigraphe: CONSILIO NUMINIS. Si hæc pictura *Drusii* opinionem adumbrare debet, omnino nova & monstrosa est & fundamento carens. Cuius enim Prophetam ipsum inspicienti liquido satis constabit, gratis sic Cherubos à *Drusio* fingi pingiq; Mirari saltem subit, quid *Alcasari* in mentem venerit, Monæis asserto subscribere, *Si statuamus*, inquit, *Templi Cheruborum facies fuisse vitulinas, verisimile statim fiet, vitulos aureos Ieroboami eisdem Cherubinis nonnihil similes.* in Apocal. c. 4. v. 7. n. 8. p. 352. Cogitare debebat *Alcasar*, nondum probatum esse Cherubos Mosaicos & Salomonis fuisse formâ vitulinâ: carere hoc assertum autoritate. Si objicere vellet, ita visos Cherubos Ezechielis, apparuisse animalia apocalyptica vitulino capite? Qui hæc scire potuit Ieroboamus, quandoquidem multis postea seculis ista visio tam Ezechielis sub V. quam Johannis sub N. T. avo contigit. Ieroboamus itaque ægyptiaca infectus impietate, non Cherubos erexit, sed prout in Scriptura S. expressè appellantur, vitulos & sub formâ vitulorum Idola.

NOT. 18.

Pag. 35. §. 30. *De Hebræis tradiderunt eos Molochi liberos suos antiquitus immolasse.* Dubiam rem facit *Gassarellus*, sed defendenda veritas, adeoque de *Molochi* & *Molochi cultu* facienda mentio.


Moloch Moabitarum & Ammonitarum Baal pro sole cultus. Nomen si respicias, dictum tradunt *Moloch* idolum ab *מלך ambulavit* vel à *מלך regnavit*. Non adducimur ut credamus Nomen He

Hebrææ fuisse originis sed alienæ; Cultus enim non à Judæis ad paganos, sed à Paganis ad Israelitas descendit. Valdè enim antiqua est ista Idololatria, uti videre licet, Levit. XIX. 21. Ægyptiæ verò videtur prosapia. *Hottingero Bibl. Orient.* p. 313. *Meloch* Rex devaluationis est. *Meloch* seu *Typhon* Ægyptiorum (quibus *Mars* *Planeta* dicitur *Moluch*) malus genius omnia destruens Dominus tonitruum & ignis & commotionis. Origo autem fanaticæ superstitionis in Ægypto cæpit juxta *Abenephum* apud *Kircherum* T. 1. p. 334. Nam cum post mortem *Muram* seu *Busridis* universum Ægyptum fames premeret, & caritas annonæ agris esset inducta, contigit, ut ad oracula confugerent, atque hoc responso auferrent, tum desitutum malum, si quorū anis circa tempus Nilivæ inundationis *Osridi* hominem se immolaturos promitterent, apud *Apollidor.* l. 2. de *Orig. Deor.* p. 104. Notum eruditis *Molochum* vario appellari nomine, & modò *Saturnum*, modò *Priapum*, modò *Beelphegor* aut *Mercurium* appellari, vid. *Pmeda* de R. G. Sal. l. 7. c. 11. n. 3. *Lorinus* in Levit. XIX. p. 554. *Cl. Majerus* Diss. de Baalim §. 74. Celeberr. *Vossius* l. 2. *Idol. c.* 5. At illud quoque norunt, tria ista falsa numina *Adrammelech* (LXX. Senioribus, de quibus vid. *M. Uranius* *Schimalkaldia* 1589. Ἀδραμέλεχ, Syro per *Metathesin* & Arabi *Adramlech*). *Anammelech* (LXX. Ἀνημέλεχ Syro & Arabi Ἀμαλιχ) & *Moloch* (Gr. Μόλοχ, Syro Μέλεχ Arabi *Amlacha* dici apud *M. Hofmannum* Tr. de *Umbra* in *Luce* p. 11.

(2) *Figur.*

No.





NO.

JZ.

Colores
ganis ad
qua est
IX. 21.
ringero
stationis
ibus Man
us omnia
& coman
ionis in
vichem
tem Adm
lames p
lucta, c
oc resp
di anas
di homin
Apollon
rudis Al
Saturnu
Mercuri
al. l. 7.
Cl. M
Sua. 2.
falla m
de quib
Adram
Syrre &
Syrre M
Iojman

(1) Fig.

Stads- und Universitäts-
Bibliothek Hamburg

(2) Figuras, dedi illas
rat ea facis m
tremenda. In
faciem vituli,
expantias, int
limpo neretur
percussit, ne p
lere, sed dolor
tere a osculatus
culum osculatus
verum in h. l. &
ter Clarill. B.
ptem vero lace
ambinus infer
(1) aries, (4)
fius proprius.
torum usque ad
fectum amplius
Levit. in eo diss
ta (2) turme,
bos (7) puer,
tractat Ludov.
Deic. 19. p. 40
conclavia? Pre
quibus septiman
diti reliquorum
mini, si celo col
ma. Bey, com
bouda simulac
obandum auro
lum, ante ipse
Venus. Theop
mate frontis

(2) *Figuram* si inspicere desideras, dedi illam sub numero XII. Erat ea satis monstrosa, horrenda & tremenda. Imago idoli concava erat, ærea, habens faciem vituli, manus instar hominis dilatatas, & expansas, intus concavas, quibus dum candentibus imponeretur infans aut puer, sacerdos tympana percussit, ne pueri vox exaudiri, nec Parens condolere, sed doloris expers esse posset, Molochum interea osculatus juxta illud: *Sacrificant hominem, ut vitulum osculentur* Hof. XIII. 2. vid. Doctiss. *Rivetus* in h. l. & *Lyranus* in Levit. XIIX. Conferatur Clariss. *Buxtorfius* Pater in voce *Tophetib.* Septem vero sacellis Idolum constabat (1) avis, aut columbinus inferebatur pullus (2) ovis sive agnus, (3) aries, (4) vitulus, (5) juvencus (6) bos (7) filius proprius. Doctiss. *Fagius*, quem amor eruditorum usque adeo Bibliothecis inclusit, ut in prospectum amplius prodire vix possit, Paraphr. in Levit. in eo dissentit, quod (1) sacello similia illata (2) turtur, (3) ovis, (4) aries (5) vitulus (6) bos (7) puer, inferuntur. Paulo aliter rem pertractat *Ludov. Vives* in l. 7. August. de Civit. Deic. 19. p. 409. Genev. 1622. Sed cur septem conclavia? Pro numero *Septem Planetarum*, ex quibus septimum sacellum *Solis*, ut excellentissimi astri reliquorum moderatoris erat: ut summo Numini, si coelo collubescit, summa immolaretur victima. *Benjamin Tudelensis* alibi plus satis jactabundus simulacrum filiorum Ammon fuisse scribit obductum auro utrinque sedentium fæminarum habitu, ante ipsum ara, in quâ sacrificia fiebant & suffitus. *Theophylactus* Lapidem pellucidum in summitate frontis ad imaginem phosphori gestasse scri-

scribit ad c. 7. Act. *Pineda* d. l. statuit diadema à Rabbatheis filiis Ammon oblatum pondo auri talentum & gemmas pretiosas habens &c. 2 Sam. XII. 3 r. fuisse *Molochi* (Regis statura enormis magnitudinis) & cultores traductos per *typum laterum* sive fornacem calcaream, ut convenienti supplicio punirentur Idololatraz. Ad diadema quod attinet, nonnulli pretii qualitatem magis æstimant, quàm auri quantitatem vid. *Menochius* l. 1. de Rep. Hebr. c. 10. §. 72.

(3) *Locus*. Apud gentes hinc inde cultus exhibitus fuit, apud Judæos Molochis domus extra urbem in valle Hinnon, atque in agro suburbano, floz fontibus irriguo. Vallis sic dicta à rugitu & lamentis puerorum. locum Rex *Iofias* pietissimus contaminavit teste S. Scripturà 2 Reg. XXIII. vid. *Buxtorfius* Pater in voce מלך & huc respiciunt illa Matth. V. 22. εἰς ἧν γένωνται τὰ πύργα. Vid. Clariss. *Lichtfoot* Chorograph. S. c. 39. p. 77. Dn. D. *Frantzius* oratione Eruditiss. de Oraculis Ethnicis *Witeberg.* 1596. Musaram delictum *Heinsius* Aristarch. Exerc. 2 1. p. 85.

(4) *Cultus* incultus & horrendus. Filios Molochi cultores obrulerunt, ut summum quasi Deum summò sacrificio, eo, quod homine nihil reperirent excellentius, placarent. *Saurno* Præsidi temporis, quod omnia absumit, mactatos olim pueros autores tradunt, ita *Lactantius* eidem innumeras hostias à *Carthaginensibus* immolatas memorat; & cum victi essent ab *Agathocle* Rege Siculorum iratum sibi Deum putavisse: itaq; ut diligentius piaculum solverent, ducentos nobilium filios immolasse l. 1. de F. Rel. c. 2 1. p. 8. Cum *Lactantio* faciunt

Euseb

Eusebius
 εν τῷ
 τριτηνῷ.
 Ομοίως
 Ιουδαίος
 Μιντιος Ε
 Μοσ φυ

Poscere
 Infandu
 Sed quomodo
 alibi fortè
 Hebraeos
 lisse, sed
 dem statum
 pperos dua
 solummodo
 bratos esse
 Canarim
 XXIII. 5.
 à Castro, &
 bus. Tra
 R. Moses
 ex interpre
 Iod. 164
 censo igne
 bant, qu
 tradebant
 camparum
 per ignem
 sacerdotum
 phetiarum
 nerius for
 bant, quon

Eusebius; Κρόνος, inquit, Φοίνικες καὶ ἑκα-
τον ἔπ' ὅσον τὰ ἀγαπητὰ καὶ μονογενῆ τῶν
τεχνῶν. Orat. de Laudib. Constantini *Athanasius*:
Φοίνικες καὶ Κρήτες τὸν χρόνον ἐν ταῖς τεχνο-
υσίας ἐδούλοσκον Orat. aduersus Gentes, vid,
Minutius Felix. Hinc Silius l. 4.

*Mos fuit in populis, quos condidit advena
Dido,*

*Postere cede Deos veniam, & fragrantibus aris
Infandum dictu! paruos imponere natos.*

Sed quomodo Saturnus cum Molocho confundatur,
alibi fortè dicitur. Objicit nobis *Gaffarellus*,
*Hebraeos Molocho liberos antiquitus non immo-
lâsse, sed per ignes transmississe &c.* Ita qui-
dem statuunt nonnulli melioris notæ scriptores,
pueros duabus pyris exstructis per illarum mediū
solummodo traductos, & ad eum modum velut fe-
bruatos esse, sacerdotibus Molocho sive כמרים
Camarim nigris vestibus indui solitis LXX. 2 Reg.
XXIII. 5. Zephan. 1. 4. Hof. X. 5. vid. *Christoph.*
à Castro, & *Selden*. p. 177. negotium procuranti-
bus. Traductos esse per ignem asseverare aude-
t *R. Moses Maimonides* de Idolol. c. 6. §. 5. p. 78.
ex interpretatione clariss. *Dionysii Vossii* Amste-
lod. 1641. Quomodo id fiebat? quarit: Ac-
censo igne, ait, magno partem sui seminis accipie-
bant, quam deinde sacerdotibus igni seruentibus
tradebant: At sacerdotes ubi filium accepissent,
eam patri restituiebant, quo ipse ex sententia sui
per ignem traduceret. Pater igitur filium permissu
sacerdotum per ignem agebat. Pedibus autem
jubebat transire, donec flamma quicquid erat im-
mersus foret. Non a Molocho eum combure-
bant, quomodo liberos suos alii exurebant *Diss.*

sed cultus ille Molochi tantum in transitu consistebat. Vid. Vatablus in Levit. XVIII. 21. Transitus hujus reliquias credideris *πυρκαϊας*, de quibus vid. Illustriss. Scaliger l. 7. de Emend. Temp. notis in Eclogas Maximi Monachi p. 713. Nota sunt, inquit, *πυρκαϊαι* lampades, faces, qua vigilia & die natalis Iohannis hodie accenduntur, vestigia prisca gentilitatis. Ea hodie in Africa à Mahumedanis eodem anni tempore incenduntur, eumque morem à Christianis relictum refert Ioh. Leo in sua Africa. Clarè de hujusmodi paganorum igne Alex. Rossus divis. 3. ubi de *Fetranis* agit, testatur, Ignem, inquit, accendunt ex ossibus in die Iohannis Baptistæ p. 122. Amstelod. 1667. Mos iste satis supersticiosus & cum idolomania conjunctus, improbatur à Patribus Concilii Constantinop. qui Can. 65. in Titulo hoc habent: Qui in noviluniis à quibusdam arte officinas & domos rogos, supra quos etiam antiqua quadam consuetudine transilire audent, cessare jubemus. Notanter, antiqua consuetudine. Respicere videntur ad ignem à Manasse accensum, ut docet Zonaras, & cum his facere videtur Poetarum Princeps Maro 11. Æn.

— — — Cui pineus ardor acervo
Pascitur, & in medium freti pietate per
ignem

Cultores, multa premixta vestigia pruna.
Non possum, quin Excellentiss. Dn. D. Quistorpii, mei olim in itinere Thoruniensi Comitibus, nunc Amici desideratissimi, pia utinam pluribus exaudita desideria citem: Inique ait, insana gaudia infesto Iohannis agitantur, dum nostri per prata ac colles ducuntur ad sanguinem Iohannis conquirendum

rendum, cum
nes à febr
pueror igne
prohibe
gentilitatis
fig. Fest. Ch
bannis Bap
bratum 400
homilia app
Rational. L
quibusdam
quos pueri
manti, ut fu
stis supra ci
comes hoc re
mentati, qu
semen emitt
quo ex hac
riabant, vel
succidebant.
possent fr
quatenus m
num ibi er
posse arbitri
pm & fest
circo adho
per hos ign
liss. (2
res, cum
re benedi
die in qu
quod Sol a
descendere
hincem, e

rendum, cuius beneficio per anni spatium immunes à febris & morfu canum esse possunt: & pueros ignes in publicâ plateâ transilire cum animi prolubio finimus ac contemplantur. Qui ritus ex gentilismo desumptus est apud *Hospinianum* de Orig. Fest. Christ. p. 79. *Nauvitiatis*, ait, sed *Iohannis Baptista* festum post annos Christi celebratum 400. ex *Maximini Taurinensis* Episcopi homiliâ apparet, quam in illo habuit. *Durandus Rational.* l. 7. c. 26. In eo vero iria sunt. Nam in quibusdam locis, ex antiqua consuetudine, colligunt pueri ossa & alia immunda, & simul cremant, ut fumus fiat. Habent hoc à gentibus (testis supra citatus *Rossæus*) Antiquitus enim *Dracones* hoc tempore ad libidinem propter calorem incitati, volando per aerem frequenter in puteos semen emittebant, unde aqua inficiebatur. Et qui ex hac aquâ bibebant, aerem corruptum hauriebant, vel moriebantur, vel in gravem morbum incidebant. Hoc animadvertentes *Medici*, ignes iusserant frequentes passim circa fontes fieri, & quacunq; magnum & immundum redderent fumum ibi cremari, eum siquidem *Dracones* fugari posse arbitrabantur. Cum igitur circa hoc tempus & festum *Iohannis* hæc imprimis fiebant, idcirco adhuc ab aliquibus hæc quoq; observantur; per hos ignes saltatur, sicut apud *Romanos* in *Paliliis*. (2) Ferunt etiam in hoc festo faces arden-tes, cum illi arva & segetes circumeunt, quâ de re benedici illas existimant. (3) *Rotam* quoq; hoc die in quibusdam locis volvunt ad significandum, quod *Sol* altissimum tum locum in celo occupet, & ascendere incipiat in *Zodiaco*. Hæc ille. Et hæc tenus, eadem operâ *A. Conzenium Theologis nostris*

nostris insanam S. Johannis festivitatem impro-
 bantibus Comment. in Luc. l. 14. p. 15. iratum,
 jure perstringens æternum adamandus Dn. *Quistor-
 pius*. Sed ut à diverticulo ad viam redeam,
 utut *Maimonides* translationem per ignem persua-
 dere conetur; habet tamen *Mosem Gerundinen-
 sem*, ac *Isaacum Abarbanelem* sibi adversantes;
 quam ipsam S. Scripturam testem omni exceptione
 majorem Levit. XVIII. 21. *De semine tuo non da-
 bis, ut consecretur (traducatur) Idolo Moloch, ne
 polluas nomen Domini DEI tui*. De semine non
 offerendo quid statuendum sit, consulendi sunt
 Theologi. Regius Psaltes Ps. CVI. 37. *Sacrifica-
 vit filios suos & filias Damonis, & effuderunt
 sanguinem innocuum*. LXX. immolaverunt scil.
 contra expressam modò allegatam DEI legem, quia
 vel igni consumebant, vivos, vel in holocaustum
 offerebant cæsos. Parricidium suum i. e. tetrum
 atque execrabile humano generi facinus, sacrifici-
 um vocârunt: cum teneras atq; innocentes animas,
 quæ maxime est ætas Parentibus dulcior, sine ulla
 respectu pietatis extinguerent, immanitatemq; o-
 mnium bestiarum, quæ tamen fœtus suos amant, fe-
 ritate superarent, *Lactantius* l. 1. de F. R. c. 21. p.
 m. 82. Idem Lector O. dixeris de Judæis. Barba-
 rorum præsertim *Pænorum* mos satis turbatus fuit,
 venas infantilis capitis ipso die natali inorere, ut su-
 perflua cerebri humiditas absumeretur, & si motu
 convulsivo corripuerentur, urina hirci in remedium
 fuit adhibita. *Ethiopes* pari modo editorum in-
 fantium frontem inurebant & stigmatè notabant,
 ut à caduco morbo essent liberi, & verecundiæ a-
 dultiore admonerentur. Credo stolidorum Pa-
 rentum crudelitatis. vid. *Clariss. Tappius* Dissert.

de Rit. Natal.
 initiationis S.
 plura. De A.
 jecille ser.
 sent à mortu.
 ni & Galii i.
 mergebant
 fecerent. Ta.
 septennio m.
 us in cœlum
 Conform. C.
 de Bry Nav.
 crudelitas pe.
 delitate est h.
 suos & filia.
 guem tradux.
 rondo. H.
 obloqui: Je.
 pietatis in va.
 et filias
 7. ubi hæc
 cit simulacr.
 probat aller.
 Paral. XXV.
 hoc locus g.
 phi autont.
 audire Exc.
 cov. inquit
 amens Sm.
 rumpi Stra.
 Disfacell.
 us adeo
 mulabam.
 re Den. qua

de Rit. Natal. Hoc pacto Diabolus venerandum initiationis Sacramentum deturpare voluit. Audi plura. De *Pfyllis* refert *Plinius*, novos partus objecisse serpentibus, ut conjugalem fidem, si tuti essent à morfu probarent l. 7. Nat. Hist. c. 2. *Germani & Galli* infantes post partum gelidæ aquæ immergebant nudos, ut frigora caloresque pati assuescerent. Tacitus de Mor. Germ. *Samogetiæ* pueros septennio minores suspendunt in arbore, ut eo citius in cœlum possint evolare, vid. Du. Schallerus de Conform. Creature ad Creator. §. 53. Ex *Franc. de Bry* Navig. Orient. part. 13. Sed hujusmodi crudelitas paganorum, mera præ *Hebræorum* crudelitate est humanitas: *Sacrificarunt quippe filios suos & filias Dæmonis*. Non enim tantum perignem traduxerunt, sed & igni tradiderunt comburendo. Hoc negare velle, Scripturæ veritati est obloqui: *Jer. VII. 31. Edificarunt excelsa Topheth in valle filii Emon, ut incenderent filios suos & filias igni, que non precepi*. Confer c. XIX. 5. ubi hæc repetuntur, quando scilicet in æreo Molochi simulacro flammis cadente torrebantur. Comprobat assertum impii Regis Achazi exemplum 2 Paral. XXVIII. 3. Conferatur 2 Reg. XVII. 31. hoc locus gehennæ, hoc figura Molochi, hoc Josephi autoritas l. 9. de Ant. Jud. c. 12. stabilie. Juvet audire Excellentiss. *Frantzium* loco allegato: *Sicut, inquit, gentiles ad capita fontium & in locis amantissimis solebant victimas suas Dis offerre, ita impii Israël. e veri Dei cultu posthabito, falsis Dis sacella construebant, Baalimq; venerabantur, atq; adeo suos liberos Molocho igni crematos immolabant, persuasi se non minus gratiam rem facere Deo, quam ipse Abraham, cum filium esset ma-*

ſaturus. Hoc facit *Achazus & Manasses,* & plurimi alii contra expressissimas Dei prohibitiones & comminationes Levit. XXI. 1. 2. 3. Imitati sunt Judæi morem gentium; non cesserunt Carthagenensibus, Rhodiis, & Cretenſibus, qui infantes principali honore insignes, quos fors jacta designasset, in pulcer. ornatu immolabant. Cum ab his facris descivissent ab *Agathocle* Rege Siculorum victi Carthagenenses Deos iratos arbitrati, ducentos nobilium mactarunt, & Dis suis immutarunt *Lactant* l. 1. c. 21. Hoc seculo Mexicani in *Mechoaca* 20000. hominum Dæmoni immolarunt, sæpe sponsam vel infantem speciosissimum, vid. *Clariss.* *Arnoldi* in *Rogeri* januam apertam gentilismi c. 88. p. 956. Abhorruere gentium saniores ab ista immanitate. *Plato, leges nostræ,* inquit, *hostium humanæ sacrificare non permittit.* *Plutarchus* refert, *Gelonem* cum Carthagenensibus debellatis hæc cum conditione pacem iniisse, ne in posterum liberos Saturno (*Molocho*) immolarent, in *Apopht.* Imper. *Numa Pompilius* Rex Romanor. de crudeli Diabolici oraculi sententiâ capitibus sacra facere jussus: *Cæsarum,* inquit, *non hominũ.* sic apud *Pausaniam,* cum *Messenii & Lacedæmonii* publico bello implicarentur, *Delphicus* orator suasit, ut pro salute patriæ virginem ex *Æpytidum* familia offerrent, adductam *Licisci* filiam vates misertus puellæ liberavit, contendens eam esse spuriam, non ex genuino *Æpytodum* sanguine procreatam. Hic sponte *Aristodemus* filiam suam obtulit, licet *Messenio* Civi cuidam desponsatam cum sponsus diceret, se jam cognovisse sponsam, statim Pater occidit filiam, & dissecto, monstratoque utero sponsum, non sine metu *Æpytodum,* convicit mendacii. Sed mitiores *Aristodemò* inventi. *Infantes* ait *Tertullianus*

in Apolo
molabantur
qui eosdem
sui obom
824. Basil
chagenſib
esse si non b
lius esse non
& sanguin
hietur in Gal
centis exan
Scum fecer
runt sustulit
humanis, Di
stantius: o
amplius fac
cunt propi
nant, or bu
liant: que
quid in pro
rum summo
tis constat
rum gener
Dei filium
Kircheru
riter leph
am ex vo
qui pugna
vatus, &
um perp
tam, Nat
Jud. Anr
arz sancti
videtur V

an. in Apologet. c. 9. penes Africam Saturno immolabantur palam, usque ad Proconulatū Tiberij, qui eosdem Sacerdotes in iisdem arboribus Templi sui obumbricibus, scelerum crucibus exposuit, p. 824. Basil. 1562. Rectè igitur *Plutarchus* de Carthaginensibus dicit: qui pueros mactabant, melius esse si non haberent vel Deos vel Diabolos, & melius esse non credere Deos, quàm Deos esse crudeles & sanguinarios. *Iulius Caesar* in Comment. invehitur in Gallos, qui innocentes homines ignibus succensis exanimabant. Romani Anno U. C. 657. Scrum fecerunt, ne homines immolarentur. *Tiberius* sustulit *Druidas* in Gallia, gaudentes victimis humanis, Dn D. *Frantzius* d. l. Exclamet hic *Lactantius*: ó dementiam insanabile! quid illis isti Di amplius facere possent, si essent iratissimi, quam faciunt propitii, cum suos cultores parricidiis inquinant, orbuitibus mactant, humanis sensibus spoliant: quid potest esse his hominibus sancti? & quid in profanis locis facient, qui inter aras Deorum summa scelera committunt? Lib. 1. c. 21. Satis constat Diabolum in hoc truculento sacrificiorum genere respexisse exemplum *Abrahami*, iussu Dei filium unigenitum sacrificare volentis. *Ath. Kircherus* Syntagm. 4. Panthei Hebr. c. 15. Pariter *Iephtha*, qui filiam redeunti sibi prælio obviam ex voto mactasse scribitur Judic. XI. 39. sunt qui pugnant pro voto perpetuæ virginitatis & calibatus, & addictam esse ministerio apud sanctuarium perpetuo, *Osander* h. l. cultui divino dicatam, *Vatablus*. *Arius Montanus* in Comment. Jud. Anwerp. 1592. p. 483. asserit, non fuisse aræ sanctisque ignibus destinatam. Nec discedere videtur Vir in Theologia & politiciori literaturâ

summus Dn. *Danhawerus* Dissert. pecul. de Voto Jephthæ Argentor. 1634. Item *Sixtinus ab Amalæo* anti-Barb. Bibl. in Jud. XI. 31. p. m. 670. Amstelod. 1628. His contrariatur *Ludov. Capellus* Diatriba in Spicileg. p. m. 164. & *Christian. Schotanus* Dissert. de voto Jephthæ, & plurimi Theologorum premunt verba historiz. *Lutheri* versio habet: **Und Er that ihr / wie Er geslobet hatte.** In Glossa marginali: **Man wil er habe sie nicht geopffert / aber der Text stehet da klar.** So siehet man auch beyde an den Richten und Königen / das sie nach grossen Thaten haben auch grosse Thorheit müssen begehen / zu verhüten den leidigen Hochmuth. Pf. LXII. 10. *Juxta anathematis legem debet occidi, Levit. XXVII. 28. Omne quod Domino devovetur, sive homo fuerit, sive animal, sive ager, non veniet, nec redimi poterit, quicquid semel fuerit consecratum (devotum) sanctum sanctorum erit Domino, & omnis consecratio, quæ offertur ab homine non redimetur sed morte morietur.* Sed *Negotium hoc rectè sentientium Theologorum judicio relinquimus.* conf. Cl. *Heinsius* Exerc. 7. l. 10. p. m. 577. *Alexander M.* planè ad imitationem Jephthæ: sed tamen de oraculi arbitrio post victoriam impetratam sacrificaturus erat, quicquid primo occurreret. Cum autem obvium haberet *Asinarium* agentem ante se asinum, bruto quam homine satisfacere & oraculi votum implere maluit, apud *Val. M. l. 7. c. 3.* ab externis n. 1. Sed merito ab Autore referuntur ad *vafre dicta & facta.* **Aliter se habet cum Hebræorum Vivicumburio.** Ut enim febratio concedatur, hoc tamen negari non potest in casibus extraordinariis & magnis angu-

angustis, &
 lam si specte
 tabant le h
 Reg. III. 2
 tam traduct
 (1) *Eusebius*
 mines (S
 Patri sponde
 riem, vid. cl
 Misera ergo
 non conje
 cho combus
 tuerunt id fa
 non fecerun
 rum; nihil
 de quibus fu
 riti. Videat
 mus J. C.
 Lactancio:
 Tantum
 Qua pe

Pag. 38
 dum, cur e
 nachos, A
 erat: Pr
 Gaffarciu
 passunt, n
 fut libus
 Jubere
 comparat
 rim Jud. LX
 las, quibus

angustiis, & incertâ familiâ esse observatum. Causam si spectes, dari potest ac adferri (1) quia putabant se hoc pacto consequi posse Victoriam 2. Reg. III. 27. *Lyranus* in Levit. XX. (2) Vitam traducti, ne moreretur *Maimonid.* l. 3. c. 38. (3) *Eutychem* ex R. Levi. Hinc flammæ flammæ (Rind: Mord: Brenner) infelici prolis Patri spondebant prosperam rerum futurarum seriem, vid. clariss. *Hottingerus* de J. H. leg. 208. Misera ergo *Gaffarelli* est consequentia, *Salomon non coniecit in flammâs infantes*, nec *Moloch* combussit, ergo id non fecerunt Hebræi? Potuerunt id facere subditi, vel si tempore *Salomonis* non fecerunt, ipso mortuo ipsius successores eorumq; ministri & subditi, ut exempla comprobant, de quibus supra, scelus committere non sunt subverti. Videatur optimi Parentis Filius præstantissimus J. C. *Dieterici* A. B. p. 134. *Claudani* ex *Lactantio*:

*Tantum Religio potuit svadere malorum,
Qua peperit saepe scelerosa atq; impia facta!*

NOT. 19.

Pag. 38. cap. 2. §. 28. *Quid? si nihil reticendum, cur & ipsa Biblia tolerantur?* Apud *Monachos*, *Anachoretas* & *Cenobitas* veriverbium erat: *Profana sunt, legi non possunt!* Si legissent *Gaffarelli* voces, dixissent; *Impia sunt, legi non possunt, non debent.* quæ enim fodes, impietas cum futilibus gentiliû nugis, cum *Æsopi* fabulis, cum *Judeorum* delirantium febrilibus sonniis sacrum comparare *Codicem*, ejusque *Apologos* præferim *Jud.* IX. 14. perstringere & mordere *parabolas*, quibus *Orientalis* sapientiam & doctrinam simpli-

plicioribus proposuerunt, ut essent tanquam *quasi Alcibiadis*. Seleni vomuit impietas *Apolonios, Celsos, Iambelichos, Porphyrios, Ochinos* & alios desperatæ paganismi causæ Tutores: subjunxit *Julianos, Faustos*, dedit *Politianos, Bombos*, otiosa ac suffena sibi ingenia, quibus nec ad palatum nec gustum est, admiranda scripturæ triumphatricis simplicitas, de qua vid. Doctiss. *Cocceus* & *Clariss. Scotanus Triumph. S.S. l. 3. c. 3. & 4.* Cur enim Spiritus S. qui ad nostrum descendit captum rerum physicarum notitiam in scripturis aperit, nisi ut doceat *non tantum in vulgus nota plane non esse; sed que nec pateant eruditus*. Meminisse debebat *Gaffarellus*, se quius (quod negari non potest & in seqq. fatent cogitur lineis) dum o depingi ingenium, ut enim arbor Danielis boni Principis ideam adumbrat c. IV. 8. ita rhamnus spinosum aculeati Abimelechi animum portendit. Dumus enim maligni, savi ac rapacis ingenii hieroglyphicum est, *Pierius Valer. Hieroglyph. libr. 55.* Et Rubus *Canis* dicitur, lignea cane morsum, qui Locrum urbem condidit, in crure accepit, *Athanasius l. 2.* Dumus ejusq; fructus vocem aufert, animæq; viam præfocat, hæc indoles Tyrannorum, hæc Abimelechi, annon etiam pie Lector Gaffarelli pungentis S. Scripturæ Majestatem? pungit certè veritatem, dum Judæorum defendit deliria, excusat hominum somnia, ut Dei accuset dogmata. An apex est in S. Bibliis, à quo non Rabbinis fatentibus magni dependeant montes?

Sic parvis componere magna solemus!

Sic magnis componere parva solemus!

Vid. Dn. D. *Waltherus* Orat. de Script. Eloquent. Excellentiss. *Gläsius* de Ecclesia & Literis bene meritus Doctor Philolog. S. T. 1. l. 1. Tr. 3. Sect. 3. ac seqq.

seqq. & lib. 1.
Spanhemius

Pag. 4.

tema poss.

Gaffarellus

sini consilio

manorum P.

dem argum.

legi posse a

nim id in vi

NIMIS!

pensit aut

malum. Ni

rum sacris,

tanquam ly

Biblia vix

in originib.

ter Latinum

tem se rece

concione

Ideo vulg

sa suis P.

Aristotele

Liceat ric

nensi, non

se, quid d

quod isti

mentum.

arnos, C

Beatus D

in Jonam.

gia sua pro

ritillimus

seqq. & lib. 2. Tr. 2. sect. 5. art. 4. de Parabol. p. 446.
Spanhemius Dissert. de Script. Majest.

NOT. 20.

Pag. 40. *Omnes fere Patres in eâ fuere sententia posse legi libros Paganorum.* Perceperat *Gaffarellus* amicissimi sui *Gabrielis Naudæ* Parafini consilium, in Bibliographiâ politicâ, quam Germanorum *Phœbus Aug. Buchnerus*, cum aliis ejusdem argumenti Tractatulis in publicum emisit, hinc legi posse asserit. Utiq; ! sed cum judicio. Ut enim id in vita apprimè utile est, UT NE QUID NIMIS! sic in lectione. Profanæ literæ, si impensius aut perverse colas, malæ fient, aut facient malum. Neq; enim præponendi sunt libri paganorum sacris, sed postponendi, atq; ad Scripturam S. tanquam lydium lapidem revocandi. In Papatu S. Biblia vix in vulgatâ legebantur versione, nedum in originali. Suspectus enim fuit hæreicos, qui præter Latinum textum ad Græcum vel Hebræum fontem se receperat. Tubingæ olim Monachus pro concione Aristotelis librum Ethicorum explicavit. Ideo vulgò dici solebat: *quemadmodum I. Baptista fuit Præcursor Christi in Theologicalibus; sic Aristoteles Christi Præcursor fuit in Physicalibus.* Liceat ridere in re seriâ. Vixit in Collegio Sorbonensi, non infimæ classis Theologus, ingenuè fallus, se, quid N. Testamentum esset, nescire. *Miror, ait, quod isti Iuvenes semper allegent nobis N. Testamentum, per Deum! ego habebam plus quam 50 annos, & nesciebam quid esset N. Testamentum!* Beatus Dn. *Strignitius* Orator Celeberr. Explicat. in Jonam. f. 18. b. Monachis hoc objecit in Apologia sua pro Herodoto Græcæ, Latinæq; Lingvæ peritissimus *Henricus Stephani*, quo nomine malam

inuit gratiam. De illo *Corn. Tollius*; *Cum Apologia*, inquit, pro *Herodoto* scripta peccasse videtur, igni adjudicandus, imminenti periculo subduxit, & fugâ clapsus in nivosis *Averata* manibus latitavit, cremata à Tortore effugie pro joco dicebat: *Nunquam se magis riguisse quam cum Parisius igne ustularetur.* Appendice ad *Pierri Valer.* libr. de *Infelic. Literat.* Amstelod. 1647. Nec tacebit *Rudolphus Tossignanus* in *Rudiment.* c. 35. de studio *Theolog.* Taceo, quia hec sunt multi etiam insignes & præstantissimi *Theologi*, qui vix integra *Biblia* perlegerunt. pag. 143. Adde cap. 36. & 37. *Colon. An.* 1602. Ita hujusmodi humunciones nullatenus divinæ sapientiæ gesserunt curam. Alii ad istam naufragarunt. *Angelus Bassus*, qui à patriâ *Politianus* dicitur, *Canonici* *Fiorentinus* aliquando interrogatus, An legeret *Biblia*? Respondit, semel perlegi librum illum & nunquam collocavi pejus ullum tempus. Quid impietas est, si hoc non est? Optime collocasset tempus *Empæcta*, si sæpius! Simile, h. e. iniquissimum iudicium tulit de *Psalms* *Davidis*, antiqua poemata plena esse sapientiæ, sed in *Pindaro* grunnit porcus atheisticus. Res narrari eandem & exemplis illustrari splendidius. Certe *Angelus* iste aliud adfert *Evangelium* præter id quod predicatum est, Ergo *ἀνάθεμα ἐστί* Gal. 1. 8. Eiusdem blasphemæ veneno correptus fuit *Lazarus Bon-Amicus* *Italus*, qui vociferabat se *Odas Pindaricas præferre hymnis Davidicis.* Vid. beatus *Dn. Selneccerus* Explicat in 1 *Cor.* 8. p. 496. Nec intactus hinc abibit *Petrus Bembi Cardinalis*, cum percepisset *If. Sadoletum* Explicationem in *Epist. ad Roman.* adornare; Omitte,

ai,

ai, bas mus
les inepia
& Vajon
blasphem
divadenti
dalum es
ea, qua hom
porporato
li Bembi bl
Regem eve
quod dictu
mini iniqui
niq̄ dilige
in. Pf. IV.
Diacome
iomam inci
tis & libru
perator o
tem quatu
tantur, c
om, ut cur
ofiores, irr
de hisce p
riff. Th.
tinium S.
libri sacri
tis paga
rit Prom
de Janus
ve con
machia?
thontzun
desolis eq
ernus, Vol

ait, *has nugas, non enim decent gravem virum tales ineptiæ.* Non decebant S. R. E. Cardinalem & Væjovis Romani Cubicularium Orcinianæ istæ blasphemix. Dicebat Christus Salvator Petro disvadenti passionem, *Vale post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapi ea, quæ Dei sunt. sed ea, quæ hominum.* Matth. XVI. 23. Quid olim purpurato Patri ac Petro? quid Peronio Cardinali Bembi blasphemiam ad Jacobum I. Britannix Regem evomenti, quid lociis aliis dicitur, quam quod dictum. *Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem* Matth. VI. 13. *Filii viri quoniam diligetis vanitatem, queritis mendacium, secula.* Pf. IV. 3. De *Anastasio Imperatore Paulus Diaconus* l. 15. memoriæ prodidit, eum in Atheismum incidisse, ac inter alia præfagia Viri adfautis & librum tenentis audivisse vocem: *Ecce Imperator ob fidei tuæ negationem ac perversitatem quatuordecim annos vita tuæ delebo.* *Deleantur,* clamat cœlestis justitia, *de libro viventium, ut cum justis non scribantur* Pf. LXIX. 29. scilicet osiores, irrisores, & persecutores veritatis. Sed de hisce portentis legere & relegere placeat Clariss. *Th. Spitzelii* exquisitissimum atheismi Scrutinium S. 5. p. 21. seqq. Præferendi itaque sunt libri sacri & Christianorum scriptis & commentis paganorum, sic constabit, unde originem traxerit Prometheus? Unde horti Alcinoi extracti? Unde Janus bifrons prodierit? Unde proserpina à Jove conrupta? Unde Iphigenia? Unde gigantomachia? Unde Deucalionis columba? Unde Phaethontæum exitium? Unde Serapis? Hercules? Urdesolis equi? de quibus *Annius Viterbiensis. Peucernus, Vossius & Alstedius* Encyclopædiæ l. 200.

c. 11. §. 8. videri possunt. De Dionysio Alexandria Episcopo scribitur, audiisse vocem de celo: *Lege omnia quæ in manus tuas pervenerunt, ut probare singula possis & discernere* Rudolph. Toffignanus d. l. c. 36. p. 146. At vero vox Spiritus S. personat: *Omnia probate, quod bonum est, retinete.* Theff. V. 21. *Probate Spiritus.* 1 Ioh. IV. 1. *Vox Christi est: Scrutamini scripturas, videmini vobis in ipsis vitam habere æternam, & illæ sunt, quæ testificantur de me* Ioh. V. 39. Sed nolo eruditum memoremq; Lectorem meum, monere, cui notus *Possevinus* Apparat. l. 1 c. 45. 46. *Iofias Simlerus* Biblioth. Tiguri 1578. *C. Stresio* Technolog. Lugd. Bat. A. 1633. *Henricus a Dieft.* de Rat. studiorum Hardovici 1634. *Gish. Voerius*, Biblioth. Rheno-Traj. 1644. l. 2. c. 5. *Jani Cælichii mens &c.*

NOT. 21.

Pag. 43. §. 5. *Alia traditio, cujus causâ Hebraei non minus vapulantes.* Hisce præmittit autor svave Judæorum deliramentum de Convivio, cap. 2. §. 4. pag. 41. *Scribum (Rabbini) postquam mundus creatus esset, Deum Ceti magnitudinem &c. intutum, eundem maclasse, carnes sale condidisse, quibus Electi seculo consummato vescantur, juxta Pf. LXXIV. 13. Contribulasti capita draconum in aquis & tu confregisti capita draconis. Hæc sanè nuge si corticem tantum intuearis &c. Nugæ omnino, vel si mavis mendacia; neq; enim veritati auxilium ferre poterit mendacium. Architectus fabulæ videtur *Aben-Ezra*, qui Comment. ad Dan. XII. hæc habet: *Mea sententia Israelitæ justis, qui in exilio mortui sunt, reviviscunt, cum Redemptor venerit, de illis enim scriptum est**

Esa.

Esa. XLV. mei; & tu Ziz & vice, & cum erunt libent, sed tati. Au Messia per volutati fuer XLVII. 29. luerit, quod pulum in vniis caverna Apponentur licis maximis terreftribus fima mille m linoovo, è v ut excedent potus defit, in suis turis Henongi in 310. Slesvic intato con la panca pra gere d in C cap. VIII. 2. ni. In dicalo mctau int 3. manio fi de iudiciu) ni alem & bo, nym la In dalem

Esa. XLV. 22. Sicut dies arboris, dies populi mei; & tunc delitiabuntur cum Leviathan & Ziz & Behemor. Morientur autem secunda vice, & reviviscunt in resurrectione mortuorum, cum erunt in aëvo futuro, ubi nec comedent, nec bibent, sed solummodo fruuntur splendore divinitatis. Audi, O Lector! Ubi Judæi adventante Messia per cavernas sub terrâ usque ad Palæstinam volutati fuerint (quæ causa *Salomoni Iarchidi Gen. XLVII. 29.* cur Jacob in Ægypto humari noluerit, quod sciret, neminem extra Palæstinam sepultum in vitam redire, nisi per laborem volutationis cavernarum) epulæ & delitiæ præsto erunt. Apponentur enim, credo, per motum istum famelicis maximæ Beluarum, è marinis *Leviathan*, è terrestribus *Behemor*, in cujus quotidianum pastum mille montes deputati, germine in dies singulos novo, è volucibus *Ziz*, cujus tanta magnitudo, ut extendens alas obtenebret spheram solis. Ne potus desit, temetum jam inde à condito mundo in suis uvis acervatum erit, v. Dn. *Hemmingus Henningi* in Muhamedano precante precat. 8 p. 319. Slesvici A. 1666. Sed cujusmodi bellaria in tanto convivio? Inferentur mensis secundis mala punica præparata iustis in horto Eden, sicuti legere est in Chaldaicâ paraphrasi ad Cant. II. 5 & cap. VIII. 2. Nôn absimiles Judæis Muhamedani. In dialogo, quem *Abdias* Judæus cum Muhamedano instituit apud *Dionysium* Carthusianum l. 3. mentio fit alicujus *Seraphuelis*, cui dicitur (in die iudicii) accipe inham hanc & descende in Ierusalem & clange! tunc *Seraphuel* acceptâ suba, cujus longitudo itineris 500 annorum; stans in Ierusalem insufflabit subam, & efflabit exivus

h

omnes

omnes animas iustus. Querat cui bono tam ingens tuba? pro convocatione ad magnum convivium, in quo tam enormis piscis, tam grandis fera, tam immanis avis apponentur. Somniant Turcæ futuri seculi felicitatem in cibi & potus, Venerisque perceptione. Primum quidem ingressis Paradisum præponetur vescendum jecur piscis Albi-buri, cibus ultra quam possis mirari delectabilis, succedent fructus arborum, de fluentis paradisi. Deinde quicquid affectaverint præsto erit. Hæc Dionysius d. l. Unde procul dubio Chilastarum error enatus, de quo alibi, vid. Clariss. Dn. Calixtus l. de Supr. Judic. sub finem. Per Draconem, de quo Psaltes regius Ps. LXXIV. 13. agis conferat Ezech. XXIX. 3. intelligunt per Draconem Interpretes Pharaonem, & per capita Principes Ægypti, qui Æthiopicis maris rubri Accolis submersi prædæ cesserunt, Confer. B. Lutheri marginalia, Vinarienses, & Barth. Koppen Rostochiensis Heidelbergensium Professor in Not. ad h. l. p. 644. Heidelb. 1619. Erudito Lectori aliud pro erudito ingenio subministrat Clariss. Ursinus Tum Crocodilum animal illud Niliacum, quadrupes, malum, terrâ pariter ac flumine infestum Plinius l. 8. c. 28. N. H. appellat, Ægypti typum ac Regum insigne fuisse tradit Anal. T. 2. p. 3. Usi utique Ægyptii, pro diademate aspidum spiris in capite gestatis, dicata serpentibus, templa dicta fuerunt Draconia. vid. Causinus in Hor. Apoll. c. 1.

NOT. 22.

Pag. 43. Que circa vesperam Sabbathi à Deo creata sunt decem. 1. Prodigosus hia-

ius, quò Corah cum sociis absorptus Num. XVI. 31. Scitè, *Symmachus*; *Natura rerum est, ut, qui balbutiunt, plus loquantur*; affectant enim copiam pudore defectus, l. 1. Epist. 76. Annon idem de *Gassarello*? quam multa in gratiam Iudæorum profert, affectat enim nugarum Iudaicarum cognitionem, pudore defectus veræ scripturæ. Annon alibi mysteria referri possunt quàm in nugivendulis? annon

Dulcius ex ipso fonte bibuntur aqua?

Mysteria fortean hic sibi format Christianus, de quibus ne per somnum quidem cogitat Iudæus. Sed recenset *Fagius* 10. Ista in Pirke-Aboth: primo loco ponitur *Os terræ* seu prodigiosus hiatus. Vorago ista inter *duas vespers*, quando sol incipit declinare h. e. à meridie, i. e. vespera una, post occasum h. e. vespera altera, inter meridiem scilicet & occasum facta est, quæ rebelles Corah, Dathan & Abiran absorpsit. Os vocant Hebræi, eo quod Num. XVI. 30. dicatur: *Aperiens terra os suum deglutivit eos*. Pl. CVI. *Aperita est terra, & deglutit Dathan &c.* Eph. V. 14. *Dilatavit infernus animam suam & aperuit os suum*. Moses dicit ad infernum descendisse. Hic sibi adversantur Doctores. *Tostatus* quæst. 30. 25. *Purgatorium fuisse* asserit. *Cornel.* à *Lapide* *Tostatum* perstringit, dicitque perperam pro inferno sepulcrum accipi, & addit: *Hinc veropater detrusos ad infernum & verè damnatos esse*. *Lorinus* *Tostatum* defendit, legatur, ait *Abulensis*, qui rectè docet, ad infernum proprie sumptum illos non descendisse. p. 612. Ita scripturæ in os audent contradicere, quæ dicit, *vivos ad infernum descendisse*. Pro sepulcro pugnant *Sixtin.* ab

Amama Cens. Vulg. vers. in voce *למנו* p. 228. Pentateuch. Eund. Antibarbaro p. 817. Sed lucem afferet Excellent. Dn. D. *Klotzius* Tractat. de Dolor. An. Ch. Confid. 19. p. 132. Francof. 1670. Ad tempus quod spectat, communis Hexaemeri, & operum in eodē productorum distributio petenda ex Mose Historicorum omnium ut antiquissimo ita certissimo. Die (1) creavit Deus rude chaos, lucemque fieri iussit ac à tenebris distinxit: (2) fecit *יְרֵב* *expansum*, de qua voce infra, cum Deo! dicitur. (3) Aquæ sunt collectæ ut appareat arida: (4) Lumen primigenium luminare ac stellas fecit: (5) pisces & aves: (6) Animalia, reptilia, bestias agri, novissimum verò hominem vid. Dn. D. *Kunadus* disert. de Creatione. Quæstio olim mota, cur de firmamento facto non pronunciatum sit iudicium boni, eo quod omnibus dierum operibus addatur, *Vidit Deus, quod esset valde bonum*. Pertractat post alios quæsitum B. noster *Lutherus* Comment. in Genes. doctissimo c. 1. Opere 2. diei sub finem p. 7. Tom. 6. Witteb. Lat. A. 1580. (1) ob numeri binarii sive secundi diei introducti omen id factum nonnulli suspicantur, quam sententiam merito explodit *Lyra*. Pie enim *Radulph. Ardentius* Pictavus docet: *in duobus ostenditur & veritatis testimonium & charitatis exemplum. Veritatis testimonium; quia in ore duorum vel trium omne verbum fiat; charitatis exemplum, quia non minus quam inter duos amor demonstratur*, fol. 106. b. Antwerp. 1576. (2) Ob lapsos hoc die Angelos, vid. Dn. D. *Gesnerus* Explicat. in Genes. c. 1. p. 19, Witteb. 1613. (3) Ob infernum hoc ipso conditum, ac propter lapsos Ange-

los ad infernum precipitatos & proinde Deum ir-
 ratum non potuisse pronunciare hunc diem bo-
 num Dn. D. *Lyserus* Hist. Adam. c. 1 Genes. p.
 37. Lipsiæ 1604. Verum enim verò præterquam
 quod LXX. Interpretas voces istas addiderint, &
 rectè B. *Lutherus* dixerit, quid attinet dubitare,
 utrum firmamentum sit bonum, cum sub finem di-
 catur & vidit Deum cuncta quæ fecerat, & erant
 valde bona Genes. 1. 31. Adferuntur rationes ab
Ambrosio l. 2. Hexaem. de die secundo c. 5. p.
 20. Tom. 4. Basil. 1577. Item *Lysero* d. l. &
 hos secuto *Iunio* T. 1. Oper. Genev. 1607, Si-
 cut Deus cum terra adhuc esset vana & inanis, non
 dixit de ea, quod sit bona, sed demum in tertia die,
 posteaquam exornata erat gramine floribus, arbo-
 ribus: Ita de firmamento non dixit, quod sit bo-
 num antequam quarto die Sole, Luna, ac stellis ex-
 ornaretur, ut sic homines doceret, si boni coram
 Deo haberi cupiant, ipsi exornati sint omni bono-
 rum genere, ut lucere faciant lucem. Marth. V. 16.
 B. *Lutherus* aliam profert causam, Deum postea
 de terrâ bis, de firmamento ne semel quidem pro-
 nunciasset, quod sit bonum, ut significaret, se plus
 sollicitum de nostra quam de sua habitatione, ut eo
 magis attenderemus ad gratiarum actionem. *Cornel.*
 à *Lapide* innuit, hic dici posse, Mosem tria
 separata opera, sc. (1) lucis à tenebris, (2) a-
 quarum superiorum ab inferis, (3) aquarum à
 terra, unica & ultima clausula comprehendisse,
 dum posthac v. 10. dicat, & vidit quod esset bo-
 num. In h. l. p. 41. Antw. 1618. Addatur so-
 lertissimus *Libavius* de Univ. Rer. l. 7. p. 735.
 Francof. 1610. Sicuti quæstiones de Tempore
 creationis inferni mo vere voluerunt sciolli Rabbi-

ni; ita nonnulli de Loco. Discordant enim inter se, tam ob descriptionem quam locationem. (1) *Locum inferni faciunt æreum, oblcurum, & caliginosum, in quo Dæmones versantur, opinatur Gregor. Nissenus* l. de Anima & Resurr. (2) *Sub telluris Globo locant, ita Isidorus suspicatur.* (3) *In valle Iosaphat quidam Chrysol. Hom. 3. in Epist. ad Roman.* (4) *Locum subterraneum dicit Damascenus* l. 3. c. 29. *Tertullian. Apolog. c. 45.* (5) *In abyssso maris ponit Kekermannus System. Theolog. c. 7. p. 288.* (6) *In centro terræ figitur quæ communis Pontificiorum sententia. Bellarmin. l. 4. de Christo c. 10. p. 174. T. 1. Colon. 1615. Fr. Quaresmius ait, Infernus cor terra est & illius centrum, & est in medio terræ viscerum situs, sicut animantium corda. Tom. 4. de Fr. Vulnerum l. 2. c. 1. sect. 2. p. 301. Venet. 1612. Henr. Lancellottus: Beatorum sedes est calum Empyreum, ut fides docet catholica; Sic ratio suadet Deum damnatis à constitutione mundi fatidum, tenebrosum, & horridum carcerem infernum dictum præstituisse, licet ejusdem situs & locus, nec dum tanta certitudine innotuerit, dubitantibus de illo D. Augustino l. 20. de C. O. c. 16. mihi 15. D. Gregorio l. 4. Dial. c. 42. & si hodie, probabilissimum sit sub terrâ esse, adeoq; locum totius mundi infimum. l. 3. de Corona Justit. c. 9 p. 247. Colon. 1625. Ita Pontificii, Nostrates aliter Theologorum & Chronologorum decus Dn. D. Joh. Behmius Professor Regiontanus, Hospes olim & Præceptor meus semper venerandus Decade Problematum, Probl. 6 allerit Calum beatorum non esse super hosce calos aspectabiles locati situatione, sed ratione celestis conditio*

ditionis & Majestatis, sic S. 6. docet: *Infernus non est infra locali modo* (1) *Diaboli dicuntur esse infra, vel in inferno, & accipiunt de spiritali dejectione & miserie profunditate, nunquam enim ascendit sed descendit ad peccatum Diabolus, ad fraudes, ad malitiam, ad blasphemias, ad exitium, desperationem, ad perpetua supplicia.* (2) *Si infra est sequitur locum esse amplissimum, tot millium myriadum damnatorum hominum receptaculum, & infernum in terræ centro esse localiter: Atqui terræ centrum non est amplum.* (3) *Si sublunaria ad terræ centrum usque per extremi iudicii ignem absumentur; Ergo & infernus, quod latum esset Diabolis & impiis nuncium. Non igitur infernus est infra locali situ, sed infra ratione dejectionis, oppressionis, opprobrii & infelicitatis.* Noli, de *Tempore ac Loco inferni* curiosius inquirere, Deo enim id notum ut piè efugas, id cura. Non malè ex illo S. Bernhardus libro de Vit. folit. ad Fratres de monte Dei. *Descendant ad Infernum viventes, ne descendant morientes, Sebast. Barradius ait: Sapius, in tartarum descendè, vivens ne descendis postquam vitam amiseris. Si attentè hæc inspexeris, sanè non timebis homines, timebis Deum, qui potest animam & corpus trudere in gehennam Matth. X. 28. timebis peccatum quod præcipitat ad gehennam Chrysost. Hom. 5. ad Popul. Concord. Evangel. l. 9. c. 15. p. 618. Mogunt. 1609.*

--- *Facilis descensus Averni:*

Sed revocare gradum superasq; evadere ad auris.

Hæc opus, hic labor est.

Nullus etenim tam teter ac sævus carcer fuit, est,

aut erit, qui infernum superet. Nihil hic Messeniorum thesaurus, nec Persarum lethe, nec Syracularum latomia, nec Cretensium labyrinthus, nec Atheniensium barathrum, nec Romanorum Tullianum, nec Cypriorum Ceramon, nec Spartanorum Decas, nec Gilimeris Ancon, nec Achiolimi carcer, obtinet. Carcer ille est, irati numinis, si locum consideres profundissimus est, si Praefectum crudelissimus, si loci squalorē foetidissimus, si inquinolos amplissimus, si reorum multitudinem angustissimus, si diuturnitatem æternus est, omni-gressu caret. ut habet famigeratiss. Bavaricæ Aulae Concionator Drexelius Rogo Damnator. c. 5. p. 63. Colon. 1633. Promontorium est Atlantis montis pars, prope regni Moroccicani confinia in mare se extendens, illud appellatur NON, eo quod præternavigantes illud promontorium nunquam redire visi ut vel ab oceani vorticibus absorpti, vel à cetis deglutiti, vel à ventis disjecti, vel à piratis interfecti crederentur, Dan. Bartholi de Æternit. p. 2. Consil. 5. Idem dixeris de inferno. Datur egressus NON. datur liberatio? NON! datur pænæ remissio? NON! Datur infernalium tormentorum finis? NON! Vermis enim NON morietur, & ignis eorum NON extingvetur, & erunt usq. ad satietatem visionis abominatio omni carni, Esa. LXVI. 20. Ita iustitia divina nunquam cum damnatis redibit in gratiam. Non credamus ait, Gemiadius Masiliensis Presbyter c. 9. Eccl. Dogm. p. 7. restitutionem futuram, quam Origines delirat. Accusat Originem, qui se defendit apud Clariss. Elmenhorstium in Job. I. Diabolus est, qui est totius iniquitatis autor, inquit Origenes, & omnium scelerum Pater atq. inventor,

er, ad cal
nquam
tor.
Diaboli
Hæc pro Or
get devor
Tormenta
colentiss. D
rassissim
E
celeberrim
geni felicita
ne in Ling
monitise
glam Plator
lam.

Pag. 4
manus N
fac. Pate
ror. Mosi
dicunt, hoc
Moriam, f
palmi aqua
fossem silu
non & in
pter Mosi
mortuum
larchi Or
silio Mosi
in ea sunt
casperull
clamate
jocundis

tor, ad caelestem aulam, ex qua sponte cecidit, nunquam iterum ascendet, nunquam denuo revertetur. & in Matth. XXV. Homil. 9. fol. 291. *Diaboli & impiorum credimus aternatormenta.* Hæc pro Origine *Elmenhorstius* p. 126. Leget devotus Lector Animæ damnatæ Lamenta & Tormenta Anonymi evulgata A. 1669. ab Excellentiss. Dn. D. *Christiano von Stöcken* Reverendissimi Episcopi Lubecensis Superintendente celeberrimo Amico meo fraternè dilecto, pro ingenii felicitate & styli suavitate admodum concinnè in Lingvâ Germ. translata, & doctissimis monitis exornata; Curiosus *Vincentii Mulsæ* Regiam Plutonis inspiciat. Francof. 1646. impresam.

NOT. 23.

Pag. 43. *Fons aquarum in deserto è rupe manans* Num. XX. 8. Doctissimi *Fagii* verba sunt *Puteum secutum credunt, donec mortua Sopor Mosi: tunc enim amplius non secutum fuisse dicunt, hoc colligunt ex isto loco: Mortua est ibi Miriam, sepultaq; in eo loco, defuit autem multitudini aqua* Num. XX. 1. Tradunt ibi Hebræi fontem illum filius Israel contigisse propter meritum & innocentiam *Mirjam*, sicut *Manna* propter *Mosen*, nubes gloriæ propter *Aaron*, quibus mortuis omnia ista beneficia cessarunt. p. 101. R. *Iarchi* Os putei, inquit *Mirjam*, & cum percussisset *Moses* petram illam aperuit os suum, quod in ea fuit creatum à principio. Idem dicit, puteum os aperuisse, & dixit canticum *Ascende putee acclamate ei*, vid. clariss. *Leusden* Professor *Ultrajectinus* in *Pirke Aboth*. Habet omninò Deus cla-

ves cæli, cibationis, sterilitatis sepulcri ac pluvias, aperitque thesaurum & fontem aquæ vitæ Pl. LXV. thesaurum *nivis* & *grandinis* Job XXXVIII. 22. *abyssorum* Pl. XXXIII. 7. *ventorum* Pl. CXXXV. *Arenarum* Jer. X. 13. cap. LI. 16. *nebularum* Eccl. IV. 3. *Scientia & Sapientia* Sapient. VII. 18. *justitia* Deut. XXXII. 19. At de ore putei altum est in S. Scriptura silentium, delectantur tamen Judæi eorumque Patroni anilibus fabulis. Adscribere placet, quæ Doctiss. *Buxtorfius* Pater recenset: *Scribunt, quod fons Miriam, è quo biberint in deserto in mare Tyberiadense influat, seque ex eodem in fine Sabbathi exonerans, fontibus omnibus immisceat. Tam fieri posset, ut illo ipso temporis puncto Iudæa quæpiam aquæ illius aliquid hauriret, quæ ad conficiendam medicinam nobilissima foret. Quæquis enim è fonte tali bibi, sanatur quantumvis scabie gallica per corpus univèrsum scateret.* Reliqua non addo, sed O. Lectori legenda & explodenda committo Synagog. Jud. c. 11. p. m. 280. Hanov. A. 1622. Meliora piis! R. *Jonathan* paraphrasi hæc habet: *Exerxit Moses manum suam, & percussit petram virga sua duabus vicibus, prima vice stillabat sanguinem, & altera exiverunt aquæ multæ apud Du. Mejerum Philolog. 5. part. 1. p. 171. Quæ si vera sunt, pulcherrimum profecto exhibent typum petræ spiritualis Christi; quæ in cruce percussâ aquam & sanguinem emisit Joh. XIX. 37. Consultatur patriæ Academiæ fulgidum sidus *Paul. Tarnovius* Comment. in Joh. p. 3162. Excellentiss. *Dn. Hulsemannus* Præceptor meus semper honoratissimus in Pentagon. c. 6. p. 253. Theologorum *Smaragdus Danhawerus* Tom. 1. Hom. 14.*

p. 460. Dn. D. *Hem. Mullerus* Amicus desideratissimus Histor. Passion. c. 58 & 59. Vicatur è Pontificiis: *S. Barradius* T. 4 l. 7. c. 22 p. 322. Fr. *Quaresmius* de Vulner. Chr. T. 4. c. 1. lect. 3. p. 13. seqq. *E. Reformati*: *H. Westbafius* Eccl. Enarrat. c. 20. p. 296. Amstelod. 1640. Clariss. *Buxtorfius* filius Exerc. 5. c. 5. *Thom. Tailorus* Britannus in Christo Revel. c. 23, & *Theod. Couper* de Novo Adamo. aliique.

NOT. 24.

Pag. 43. *Asina Bileami*. Numer. XXII. 28. Inter admiranda Rabbinistica refertur Os asinæ sc. Bileami, quæ allocuta Dominum suum, de qua juxta glossam decretum à diebus creationis. Si verum hoc Rabbiorum somnium cur non potius Patriarcharum cuidam ex hereditate Adamo vel Noacho cellit, quam Hariolo isti ac Pseudo-Prophete asinâ longè stolidiori? Solebat ille brutorum voces *נאָלָה נַוָּא דאַפּוֹרְיָאן עִיזְרַיִיא* cooperatas captare, & hinc asinæ voce vanitatis convictus. Supra enim vires accidit, quod hinc de Asinâ memoratur; Quia Dominus os aperuit asinæ, locuta est. Ut *bos & asinus* Est. 1. 3. *bestiæ* Job. XII. 7. c. XXXV. 11. *formica* Prov. VI. 6. Magistri sunt & Preceptores ingratorum, timidorum, pigrorum; Sic Bileami asina delirantis & aberrantis Domini, dum arcana, quæ non videbat, revelavit, locuta quippe, quæ locutio non fuit vitaliter formata ab Asinâ; nec voces ab eâ naturaliter formari valuerunt, quia intellectu carebat & organis. *Origenes* Angelum fuisse centi speciei Aliaorum præidem. *Theodoretus* & *Abulensis*, Arch-

Archangelum Michaelem, Hebrææ nunc Christianæ Ecclesiæ Patronum, qui os asinæ aperuerit, vid. *Corn. à Lapid.* in 2 Petr. 11. 16. p. 405. Ut voces formare credatur asinæ, quemadmodum serpente contigit, cum Eva colloquente operâ Dæmonis, S. Augustin. c. 11. de Genes. ad lit. c. 27. Sed locuta est jubente Deo, cui nihil à *Diva. Ev. Pl. XXXIII.*

9. Apostata *Julianus* fabulosum esse convitiabatur serpentem locutum esse in Gen. III. Sed Dæmones locutos, per saxa, per arbores, bestiasque profana testis est Historia. Lapidēs & muros vocem edidisse, memorat *Herodorus*: Dario Babylonem obsidentis vox è muris reddita, urbem à Persis captum iri, cum mula pareret, quo præfagio omnes capiendæ urbis desperatio jam cæperat, donec Zopyri Persæ mula factum & simul capiendæ urbis spem ac facilitatem enixa l. 3. p. m. 25. Ita oraculum convenire putabant cum illo Ennii, prius locusta *Lucam bovem* (Elephantum) pareret, quàm res ista eveniret: Vid. *Varro* l. 6. L. L. & *Petrus Ciaconius* Tolætanus de *Columnâ rostratâ* C. D. illi p. 18. Lugdun. Batav. 1593. Sic apud *Severonium* in Servio Galba l. 7. c. 2. de Tiberio refertur, quòd cum de ejus imperio dubitasset, dixerit: sanè cum mula pepereris, & tamen mulæ partus, ejus imperium confirmavit. (2) *Locuta flumina, locuta arbores.* *Eusebius* l. 3. 6. Præpar. Evangel. *Gregorius Nazianzenus* Ap. 2. contra Julianum. *Cyrillus Alexandrinus* l. 3. commemorat Dodonæam quercum humanam emisisse vocem. Videri poterit Epistola Regis Alex. M. ad Præceptorem *Aristotelem*, in quâ sequentia narrantur: Arbor Solis ab occidente jubare cacumina percuciente Indico sermone tenuissime respondit: *Invi-*

Et bellis Alexander, unus eris terrarum Dominus, sed vivus in patriam non revertaris. Ita enim fata de tuo exitu statuerunt. Consulto deinde ubi moriturus, arbor Lunæ ad primum ejus ortum percussa cornu Græcè respondit: *Alexander plenum ætatis finem jam non habes, sed sequenti anno mense Majo in Babylone morieris, à quo minime speras, decipieris.* Percuntato cujus percussoris manum cavere deberet, Arbor Græcè iterum respondit: *Smortis tue tibi Insidiatorem prodero, sublato isto instantia fata facile mutabis, mihi quoq; tres irascuntur sorores (Parcæ) quod earum pensa impedierim. Igitur ad annum & menses 8 Babylone morieris, non ferro ut suspicaris sed veneno. Tu modo cavene nos ulterius scisciteris, quin excede nostri luci terminos & Phasiacen Porumq; revertere.* Post Curtium ex Edit. *Christ. Brunonis* p. 494. Sic ulmum faguinq; locutas refert *Plinius* l. 17. c. 75. (3) *Serpentem, Canem*, idem asserit. *Canem* ait, in prodigiis locutum accepimus & serpentem latrasse, cum pulsus regno *Tarquinius*, l. 8. c. 4 f. vid. *J. B. Fulgosus* l. c. 4 (*bovem feminam*) locutam refert *Livius* decad. 1. l. 3. T. 1. *Hist. August.* p. 41. Dec. 5. l. 3. p. 40. Et *Priverni* bovem locutum scribit dec. 3. l. 7. p. 263. & in agro Romano & in Campania dec. 5. l. 1. p. 458. 460. Narrat *Valer. Max.* l. 1. c. 6. præcipua admirationis fuisse prodigia quæ *P. Volumnio*, & *Sev. Sulpitio COSS.* Romæ inter initia motusq; bellorum acciderunt; *Bos* mugitu in humanum sermonem converso novitate monstri audientium animos exterruit. *Bello Punico secundo* conflit, *Cneo Domitio* bovem dixisse: *Cave tibi Roma!* Ante paulò quam *Augustus* ad impe-

imperium ad motus fuisset, bos in suburbano Romæ ad Arantem dixit: *Frustra se urgere, non enim frumentum sed brevi defuturos homines.* Abusus Diabolus columbæ. Oraculum enim ex Ægypto ad Dodonæos & Africanos per nigras columbas venisse, videre est apud Herodotum l. 2. Barbaram linguam mutatam esse in Græcam innui vult Doctiss. *Libavius* de VII. R. l. 7. c. 18. & Excellentiss. Dn. *Clasenius* p. 313. *Dei simius Diabolus, Dei potentiam imitaturus multa precipue ante Christi adventum operari conatus, ut gentiles illuderet & deciperet, ac in sui reverentiâ Diabolicâ idololatriâ devinctos contineret, rectè ait Clariss. Gaspar. à Reyes* Camp. Elyf. qv. 55. p. 408. Bruxellis 1661. Hoc pacto in Tuscia Pistorii manè ASINUS in altissimum quoddam tribunal ascendit, & ruditum edidit, non deformem, sed valde aptum, ut plurimi accurrerent, ad quos sese ita componebat, ac si alloqui & de quibusdam dicere vellet, *Ann. Marcellinus* l. 27. p. m. 516. T. 2. H. A. Ita hic asinus non ad lyram, sed ad Tribunal, Judex & Doctor, sed alibi Discipulus fuit. De *Ammonio Alexandrino* enim, Origenis Adamantii Præceptore, qui Alex. Severi Imperatoris tempore floruit, *Volateranus* l. 13. Anthropol. ex Svida tradit, Asinum animalium stupidissimum doctrinæ suæ habuisse auditorem apud *Sixt. Senens* Bibl. in Ammonio p. m. 412. Claudam cum *Christ. à Castro: Quemadmodum Asina Bileami Spiritu bono operante locuta fuit, ita sanè omnia simulacra operante Demone loquebantur.* l. 2. Ilagog. ad. Proph. c. 7. 35.

NOT. 25.

Pag. 43. *Iris* Gen. IX. 13. Et hic scriptura literam dirimet, dum de isthoc asserto nullam injicit mentionem. Movent nonnulli cum *Valesio* questionem, An iris fuerit ante diluuium, cum expresse dicatur: *arcum meum ponam in nubem, eritque signum fœderis inter me & inter terram, eritque cum obnubilauero nubem super terram, tum apparebit arcus in nube ipsa.* Repetuntur priora *Deut. V. 13. adde Es. LIV. 9. 10. Philof. 5. c. 9. p. 97. Francof. 1619.* At quis sanus negaret, fuisse ante diluuium; quia Deus intra sex dierum omnia condidit, & septimo die ab omni opere novæ creationis cessauit. Annon discernim inter rem ipsam & officium statuendum? Annon aqua semper in rerum natura fuit, priusquam adhibita in locum baptismi, ut esset aqua regenerationis? Annon laurus longè antè exstitit, quam hominis frontem coronans Poetam illum indigiravit? *Fuit itaque Iris ante diluuium, etsi non fuit signum fœderis, & extra Ecclesiam viventibus iris adhuc dum res est merè physicâ. (2) Fuit causa materialis ante diluuium Nubes, & in illa solaris luminis receptio; (3) fuit causa efficiens totis collustratio; (4) fuit locus ex Dei instituto assignatus ante diluuium.* Sed de his audiendi Naturæ Consulti, quibus cum facit Clariss. *M. Philo Hartmannus* Stralsundensium quondam Pastor, olim Præceptor honoratissimus *Decad. Miscell. Rosloch. 1639.* De significatione pariter controversia (1) *Naturalis* est. Hanc tangit *Seneca: Arcus ait, non eisdem undecumque apparuit minas adfert: à meridie ortus magnam vim aquarum vehet:*

vehet: *vinci enim non potuerunt nisi valentissimo sole: tantum est illis virium, si circa occasum refluxit, vorabit & leviter impluet, si ab ortu circave surrexit, Serena promitter* l. 1. Natural. quæst. 6. Unde *ὕετος* & h. e. pluvius vates nuncupatur. Apud *Plautum* Palinurus multibibam mulierem, quæ dicitur quasi mollis aer arcum vocat, *Ecce autem bibit arcus: pluet credo hercle hodie*, Carcul. Act. 1. sc. 2. eo quod quasi Arcus incurvata est situla vel vase liquorem attraheret. Sed nec semper serenitatem aut pluviam prædicit. Arcum vocamus extra miraculum frequenter & extra ostentum. Namne pluvios quidem aut serenos dies cum fide portendunt; *Plinius* l. 11. c. 59. De colorum varietate indicia variant. Vide arcum & benedic eum qui fecit illum, valde speciosa est in splendore suo. Syr. XLIII. 12. Venustè venerabilis *Athan. Kircherus* depingit Iridem: Arcum illum caelestem, quo nihil in meteororum miraculis natura pulchrius & mirius exhibuit; ego in explicabilem colorum varietate admirando, & vix hucusq̄ comprehenso artificio depingo, chartam se mihi **NUBIBUS, SOLE** penicillum, **GUTTIS** colorum substantiam subministrantibus, Itinerar. Existat. 1. Dial. 2. c. 1. Principales colores Iridis tres sunt. Dicit enim *Aristoteles* Philosophorum Imperator Meteoror. l. 3. c. 4. *Iris est tricolor*, sed summum quatuor sub oculorum aciem cadunt, Hyperbole enim usus *Maro*:

Mille trahit varios adverso Sole colores.
Scil. ex varia lucis & umbrarum commixtione vaporumque discrimine. Inde ob adversum Solem circularis figura & arcuata est repercussus ejus radiis

diis ab oppressione nubium, vid. Clariss. *Hedegerus* H. P. Exercit. 19. §. 28. p. 618. (1) Iridis Color est puniceus (2) viridis, (3) purpureus (4) Cœruleus Confer. *Aristotel.* Meteor. l. 3. c. 2. Clar. Illustriss. *Scaliger*: Non ab oculo inquit, sed à luce ac Materia sunt in Iride Colores, (1) Ex luce & terrestri, ideò Cœruleus nigritiæ propior (2) ex leviori Materia quippe aqua, ideò viridis (3) flavus aëris lucidi refert similitudinem (4) ignem, rutilantior. Exerc. 80. n. 4. p. 312. Colores omnes ab eodem radiorum veniunt ordine, sed ex diversa nubium profunditate redeunte generantur, ut docet acutissimus *Lib. Fromundus* Meteorol. l. 6. art. 7. qui ex Olympidoro septem-colorem Iridem à Ptolomæo olim visam refert articulo 8. Sicuti iris ipsa gemina, seu duplex, rarò triplex apparet, & *Snellius* apud Fromundum de Cometa Anno 1618. quinto imò sexto continuo ordine parallelas se vidisse affirmat, & tempus, quod maximè frequentat reflexionem iridis autumnus est aut ver, p. 388. In Italia Locris & in Vellino nullo non die apparet arcus, scribit *Plinius* l. 2. c. 62. Interpretari debes: valde frequenter. Ad rem facere mihi videntur, quæ ingeniosissimus habet *Ivo Parisinus* Juris N. leg 3. §. 2. q. 62. Parisiis 1658. Totum mundi compendium mirari licet ex iride, quæ quatuor elementa quatuor exprimit coloribus, sic sensim in se transeuntibus, ut inter ipsas non possit excogitari linea, & hoc unum de naturæ miraculis dicit *Albertus M.* Meteor. l. 3. T. 3. c. 7. *Seneca* N. Q. l. 1. c. 3. Non possunt autem Pictores illam imitari, quia colores non sunt in materia tam pervia: id tamen a se sequi conantur arti raro successu, extremitatem corporum sic finire,

finire, ut promittat alia post se, ostendatq; ea, quæ occultat, Plinius l. 35. c. 10. Cardanus de Variet. c. 14. Dicunt aliàs notari coloribus duplex diluuium, Noachi colore cœruleo: & viridi interpositum tempus gratiosum ad alterum igneum extremi iudicii, quod conflagrationem orbis præcedit, purpureo significari. Petrus Comestor expresse: Est signum duorum iudiciorum. Iudicii per aquam præteriti ne timeatur, & futuri per ignem ut expectetur. Inde est quod duos habet colores, caruleum, qui est aqueus, & est exterior, quia præteritus: & rubrum qui est igneus, & est interior, quia futurus est ignis. Et tradunt Sanctis, quod 40. annis ante iudicium non videbitur arcus, quod etiam naturaliter ostendet desiccationem iam inceptam. Capitul. 35. in Genes. 8. c. p. 14. Vid. clariss. Gassendus in lib. 10. Diog. Laert. v. 18. p. 126 Lugd. 1619. L. Fromondus l. 6. art. 7. & 8. Doctiss. C. Bartholinus Meteor. l. 4. c. 5. p. m. 275.

(2) Supernaturaliter de hac Mediolanensium Antistes Ambrosius videndus. Figurata enim per arcum intelligit virtutem invisibilis Dei, quæ severitatem divinæ iustitiæ, quæ scelera punit, clementer remittit & relaxat, ne extensus nimium rumpatur, & perniciem adferat hominibus, arcum hunc irim nonnulli appellant. Sed absit, ut hunc arcum Dei dicamus &c. Est ergo virtus invisibilis Dei, quæ & specie istius arcus extendendi & remittendi moderatus pro divina voluntate, misericordiâ, potestate, quæ nec omnia confundi nimia solutione, neque dirumpi nimia irruptione patiatur. Paulò post: Ideo dictum arcum meum pono in nube, non sagittam ponam. Arcus enim iaculanda sagitta est, itaq; non ipse arcus vulnerat, sed sagitta,

Sagitta,
quæ quam
ret, sed h
habere

cam sapi
quam A
statui d
illa habe
gnificatio
cho. Arc
mez jacu
habetur.

&c. Non
lendum e
ctum; C
do; eam
angere
tore & p
ne Theo
gerus Er

(3)
d'itorum
unt. V

ram, ex
nationalis
Hugo
Syr. p. 6
in irru
feria &
Nylen
maner, e
velatig
Caccia,

sagitta, & ideo Dominus in nubibus arcum magis quam sagittas ponit. i. e. non illud, quod vulnere, sed habeat terroris indicium, vulneris effectum habere non soleat. lib. de Arca Nohe c. 27.

Obscura sanè hæc est explicatio, & Origenicam sapit Allegoriam. Quomodo virtus illa Dei, quam *Ambrosius* Pater intelligit, in nube poterit statui? de iride, quæ in nube apparet, sermo est, & illa habet arcus similitudinem. *Supernaturalis* significatio Iridis ea est quam Deus indicavit Nocho. Arcus cœlestis signum vobis erit cessaturæ meæ jaculationis. Nam Iris arcus Dei apud illos habetur. *Ioseph. l. i. A. I. c. 4. p. 11. Nimirum* &c. *Nimirum* ex Dei instituto significat non delendum esse aquis omne vivens, sicut in diluvio factum; Conservare velle Deum Ecclesiam in mundo, eam justificare gratis, & hæreditatem mundi augere, hæc omnia futura in Christo mundi salvatore & propter eum. Inde Iride cinctus à Johanne Theologo conspicitur Apocal. IV. 3. *Heideggerus* Exercit. 19. n. 28. p. 619.

(3) *Spiritualis*, at vero, quod neminem Eru-
ditorum fugit, Patres variè omnino de Iride senti-
unt. Volunt (1) denotari per Arcum *Scriptu-
ram*, ex qua Deus mittat tres sagittas, (1) commi-
nationis, (2) promissionis (3) Exhortationis. Ita
Hugo Cardinalis apud *Oliverium Bonartium* in
Syr. p. 66 r. Antwerp. 1634. (2) *Trinitatem*: quia
ut iris una, sed tamen tricolor; Ita Deus unus in Es-
sentia, & trinus in personis, *Basilii* Ep. 43. ad *Greg.*
Nyllen. (3) *Christum*, cujus duo cornua duæ sunt
naturæ, corde earum unio; cornua in terra con-
versalignum pacis; iris habet triplicem colorem: sic
Christus, *cœruleum* quia cœlestis, *secundus homo*

de celo celestis, Dominus ipse de celo est 1. Cor. XV. 47. *Viridem* sc. innocentiam vitæ 1. Pet. 1. 19. Cap. 11. 22. & gratiarum affluentiam Joh. 1. 15. 16. pacis præstantiam Esa. IX. 6. Eph. 1. 14. *Rubundum* in passione. Cant. 5. 10. vid. *Blas. Viegas* in Apocal. IV. 4. sect. 3. n. 4 p. 226. Sunt, qui signum Filium Hominis in nubibus ante novissimum adventum apparituum Matt. XXIV. 30. de Iride accipiunt. B. Dn. D. *Gerhardin.* 101. de Extr. Judic. Pingitur aliàs in Iride sedens. Ista quidem utpote foederis obses, benignitatis typus, clementiæ simulacrum, divinæ amicitiae tessera, admirationis filia *Ἰστανθῆς, ἐῖρηνη* delectabilis, felicitatis index, pacis sequæster, tranquillitatis præco, caput Domini nunc coronat, ac ad thronum gratiæ invitat, in die judicii erit sub pedibus, nec locus misericordiæ contemptoribus, spes tamen erit piis Luc. XXI, 28. vid. *Clariss. Ursinus* Anal. T. 1. n. 399. (4) *Spiritum S.* per Iridem Apocalypticam IV. 3. denotari. Sicuti in Jaspide Patrem, in Sordio Filium, ita in Iride Spiritum S. Colores ibi tres: *viridū*, quia gratiam confert, ut credas; *caruleum* ut operari valeas; *igneum* ut charitate accendaris. *In circuitu est*, quia munit Ecclesiam *Viegas* d. l. Ignis Spiritus S. quasi arcus cœlestis apparuit, veniam hominibus proponens per aquam & ignem *Gregorius* M. Homil. 8. Conf. *Aleasar* in Apoc. p. 303. (5) Alii varias & floridas Angelicorum agminum virtutes, quibus thronus Dei circumfusus est, intelligunt, *Cluverus* in Apoc. p. 179. (6) Ut eunque hæc sese habeant à fidei analogia non aliena, ad misericordiam omninò referenda est Iris, cujus est symbolum, hæc enim pulcherrima, multiplex, *caruleum* colorem in fide, *viridum* in spe, *rubicundum*

Historiam in
pate in Gene
to & Isabe
Chron. l.
300.

OCTAVI
VENTI
CA. SC
TENTI
HANC. V
P. Q. L.
N. P. N.

Cum Angel
deretur, circ
seu corona
referentia
der Philipp
viam, ad q
rem sequen
Misericor
insequitur
Illius Op
dem in cal
Arcus Do
lum non ha
ad te con
lum, orati
RIT, Tril
Tua orati
cibilem, M
W, 9. Jac.
rum recrea
minus anim
non O' car

bicumdum in charitate agnoscas vid. *Cornel. à Lapide* in Genes. *Lovanis* portæ *Bruxellensis Alberti & Isabella* Principibus postæ inscriptum ex Chron. Ducum *Brabantæ* refert *Alcasar* d. l. p. 300.

OCTAVIANI. AUGUSTI. IN. URBEM. ADVENTU. CORONA. IRIDIS. SPECIE. CIRCA. SOLEM. APPARUIT. NOVÆ. POTENTIÆ. NOVÆ. PÆCIS. AUSPICIVM. HANC. VOBIS. O. PRINCIPES. NOSTRI. S. P. Q. L. IN. IPSO. INGRESSU. DEDICAT. N. P. N. P. AUSPICIVM.

Cum Augustus Apolloniã reversus urbem ingrederetur, circulus ad speciem cœlestis arcus (qui halo seu corona fuit) urbem solis ambiit, liquida ac pura serenitate. *Sveton* in Augusto. Refert *Alexander* Philippo Platonis sodali ambulantem iridem vîsam, ad quodcunq; latus se verteret, ut recedentem sequeretur apud *Dn. Bartholinum* d. l. f. 251. Misericordia Dei, si insequaris accedit, si recedas insequitur. *J. P. Oliva* Rom. Curia Orator nobilissimus Operi didactico præmisit Emblema: *Iridem in cœlo*; Cum Inscriptione: NON FERIT! Arcum Dominus ostendit, nervum non habet, telum non habet, NON FERIT. Tu mi Christiane, ad te conversum arripe, charitatis innecte vinculum, orationis impone telum, sic ira te NON FERIT, Tristitia non FERIT, Miseria NON FERIT. Tua oratio fidelis cœlum FERIT, vincitq; invincibilem. *Matth. XI. 12. Exod. XXXII, 10. Cant. IV, 9. Jac. V, 16.* Ut viridis color sensum oculorum recreat & reficit; ita Dei gratia omnium hominum animas, ut fateri ac gloriari possit, *Cor meum & caro mea exultat ad Deum vivum*, *Psal. LXXXIV,*

LXXXIV, 3. *Latabitur justus in Domino, & sperabit in eo, & gloriabuntur omnes recti corde,* Pl. LXIV, 11.

NOT. 26.

Pag. 43. *Manna*, Exod. XVI. 15. Incertum creationis tempus, certissimum largitionis vincit, τὸ τῶν θεῶν βρῶμα, i.e. Deorum cibus olim dicebatur veteribus. Multi enim ignoracione veri decepti, sacram historiam in suas fabulas transtulerunt, de quibus dictum Not. 20. Confer. *Martinus de Roa* Cordubensis Professor non ignobilis & S. paginæ Magister singularium T. 1. l. 5. c. 6. & 7. Lugdun. 1647. Remitto B. Lectorem ad *svavissimæ Eruditionis plenum Tractat. Dn. D. Waltheri* de Mannâ quæst. 33. quo anno primitus datum, quo mense quæst. 34. quâ diei parte quæst. 36. Lugdun. Batav. 1633. Rem prorsus fuisse novam à Deo pro certo tempore miraculosè productam seq; tempore rursus sublatam docet *Buxtorfius* Fil. Exerc. 4. c. 2. p. 340. Basil. 1659. vide *Josephum Hallium* Doctorem Anglicanum *svavisonum* T. 1. Præf. oper. Th. *Tailorum* C. R. c. 22. Doctiss. *Deusingium* Dissert. de Mannâ. His addatur L. *Fromondus* Meteorol: l. 5. c. 4. p. 310. *J. Bustamantius* de Reptil. l. 2. c. 13. p. 484. Lugd. 1620. *Valesius* in Exod. XVI. 1.

NOT. 27.

Pag. 43. *Virga Mosis* Num. 17. 8. Locus est genuinus de *Virgâ Mosis* Exod. IV. 3. Tam admirandam Judæi nugatores relinquere intactam non possunt, nihil subveriti, fieri posse ensẽ. *Virga Mosis*, pedum fuit pastoritium, quod singularem quandam vim ad peragenda divinitus miracula

cula & regendum populum accepit, quin etiam transmutationem in serpentem & rursus in baculum ligneum sustinuit. Vis ea non fuit per se ligni sed potentie divinæ per organum aspectabile mandato Dei erectæ, sine Dei iussu nihil efficiens. *Libavius* d. l. p. 350. Quæstionem illam, ex quâ arbore excisa fuerit virga ista mirifica, Rabbi Magnus ille, quem dicunt *Rabbenu Haccados*, Magistrum nostrum sanctum in libro Gale Razeia, seu Revelatore arcanorum resolvit: Cum ad quartam Antonini Consulis urbis Rome petitionem, qui ipsum interrogaverat, ex quâ arbore excisa esset virga, quâ Moses miracula faciebat, at quæ inde eam nactus fuerat, ita respondit; quod merogus de virga Moysi tibi notitiam dare, dicam tibi quod de hoc scriptum reperi à R. Simeone filio Johai in libro, qui *Makchar hassadorh* i. investigatio secretorum dicitur, sic dicente: Virga illa, qua Moses & Aaron miracula faciebant in terra Ægypti, & postea in deserto floruit, gemmasque edidit, ab eâ arbore excisa est, quam Moses ostendit in deserto, ut aquæ amarae dulces fierent. Et hæc arbor occisa est ab arbore vite, qua in Paradiso sita erat, angelorum manibus, quam quidem miserunt Adæ, cum ille misisset Seth filium suum ad Paradisum, misericordiam Dei imploraturum de suo peccato; dixeruntque Angeli ad Seth, ut plantaret hanc arborem, futurum, ut quo primum fructum faceret, Misericordia Dei in eum descenderet, aperirenturque portæ cali, quæ obserata sunt. Hanc autem arborem, seu potius rami accepit Seth, plantavitque in deserto, quam postea Moses invenit, & ex ea virgam suam excidit, ideoque Dei virga dicta est. Cum

autem Israël ad mare confisteret, neq̄ illas aquas bibere posset, ostendit Moysi hanc arborem, quâ aquas illas redderet dulces; & hæc est arbor illa, in quâ Moses serpentem imposuit, per quam Deus uniuersum orbem saluum facere instituit, & mittere misericordiam suam super Adam, cum uenerit Messias; Tunc enim hæc arbor fructus gestabit, quibus secundo amara aqua efficiantur dulces, purgabitq̄ primum peccatum, omniaq̄ delicta, que fecerant, facturiq̄ sunt homines. Et paulò post: Docui te arcanum, cum contempleris arborem scientia boni & mali, & insuper arborem uitæ, quæ in paradiso sita erat, ac etiam serpentem, qui Eua tentaturus accessit; intelligas, quamobrem uirga Moysi in terram projecta, serpentis effecta est, moxq̄ per caudam accepta eleuataq̄ à terrâ, uirga redierit, ut erat, absorbueritq̄ omnes uirgas Magorum Egypti, qui idem faciebant, sicut dictum est Zach. 13. cap. & erit in die illa dicit Deus exercituum, excindam omnes arbores à terra &c. Item intelliges, cur Deus miserit serpentem Israël in deserto, & tamen præcepit Moysi, eiq̄ dixerit. Num. XXI. Fac tibi serpentem & pone eum super lignum, ut quicumq̄ morsus uiderit eum, uiuat. Hoc enim significat, quod quicumq̄ morsus fuerit à serpente peccatorum, respiciens in serpentem in arbore collocatum superuiuat; & quoniam ex arbore uitæ hic ramus excisus fuit, fructus eius uitam afferet mundo. Petr. Galatinus l. 6. c. 15. p. 374. Adde ex Kircheri obelisc. Ægyptiac. p. 43. Romæ 1666. Aliàs baculus & uirga in Scriptura fiduciam denotat Psal. XXIII. 4. Ubi uirgam leuioris, baculum grauioris animaduersionis esse uolunt

indiciam; illa
que uirga les
funiculos on
mentum
tra dubium
ga, hinc
de quo loco
ille uidetur
uide hic on
um quoque
est probati
mygdalina
& uocem b
ne Britien
pro aut uir
tabat. vid. C
18. qv. 17
manu tene
pariete cor
nem irrep
fuisse, vid.
A. Charon
fabricauit,
sic testam
Reges ha
sciptra d
immortal
religione
hæc add
omne acc
uolum &
aperi cong
de Parone
lò post: I

indiciam; illam pro ovibus, hanc pro lupis, illam, quæ virga seu decor dicitur Zach. XI. 7. hunc qui funiculus nuncupatur, & iisdem V. & N. Testamentum denotari, vid. *Lorinus* in hoc loco. Contra dubium regiminis & potestatis insigne est virga, hinc *ἄσπερ* Schebeth regni insigne Pf. XLV. 7. de quo loco vid. Dn. D. *Matthia*, Epithal. Du-Gile videtur fuisse illud ex auro, ære, ferro Pf. 29. vide hîc omninò M. de Roà. T. 1. l. 2. c. 5. lignum quoque fuisse extra controversiam positum est probarique id poterit Jerem. I. 11. De virga amygdalina seu Makkal, unde M. in R. mutatum, & vocem baculi inde ressaltasse arbitratur *Martinus* Brixienfis ideò apud Ægyptios oculus in sceptro aut virga, cui superstabat Sol, imperium denotabat, vid. *Castrius* in Jerem. *Abulensis* in 1. Reg. 18. qv. 17. & c. 26. qv. 12. tradit, lanceam quam manu tenebat Saul, quâ Davidem conatus est cum pariete configere, quam ille in dormientis papilionem irrepens sustulit, potestatis regie gestamen fuisse, vid. *Menochius* de R. H. l. 1. c. 10. p. 74. A Charonienfibus sceptrum, quod Vulcanus Jovi fabricavit, dis dedicatum esse, *Pausanias* in Bœotic. testatur, & *Iustinus*: *Per ea, inquit tempera Reges hastas pro diademate habebant, quæ Græci sceptra dixerunt, Nam ab origine rerum pro diis immortalibus veteres hastas coluere: ob cujus religionis memoriam adhuc Deorum simulacris hasta adduntur.* l. 43. p. m. 331. Et pro bono omine acceptum hastam memorat idem: *Parvulum & humana opus indigenem (Hieronem) apes congesto circa jacentem melle, (quod etiam de Platone referunt) multis diebus aluere.* Paulò post: *Eidem in ludo inter coequales discenti,*
lupus

Lupus tabulam in turbâ puerorum repente conspiciens eripuit, adolescenti quoq; prima bellâ in clypeo, noctua in hasta consedit, quod ostentum & in consilio cautum, & manu promptum, Regemq; futurum significabat. l. 23. p. 222. Hinc hastile Romuli potestatis symbolum, & inde fascës & secures, de quibus *Tertullian.* de Cor. Mil. c. 13. & *Caspar Pacini* in Polit. Livian. art. 8. p. 50. Athenis Judicium erat ferre *Βακτηρίας ὀφθαλμοῦ*, & hoc invidiosum, vid. *Cassiodorus* ad Theoph. Chrast. p. 170. *Vitis* Centurionum in bello insigne, quin pro ipso Centuriatu *Spartianus* in Hadrian. usurpat. De Varo Centurione *Martial.* l. 10. Epigramm. 26.

*Vare parethoneus Latia modo Vite per
urbes*

*Nobilis & centum vix memorande
Vitis.*

A Libero Patre inventam asserunt qui primus triumphavit, & vitis inventor priscis habitus. Centurionum in manu *Vitis* & opimo premio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, *Lipsius* legit *latus*, *Plinius* l. 14. c. 1. Sed nihil videtur immutandum. Lenta legionis signa præcedebant, hinc tardi ordines ad natum Centurionis cum vite sequebantur, *Vegetius* l. 2. c. 6. Civem Romanum non fuste sed vite verberatum prodit *Livius* l. 17. *Parrivius Senensis* l. 3. de R. R. Inst. Tit. 4. p. 168. l. 7. tit. 1. p. 427. Jovis Hieropolitani Oraculum apud Ægyptios Trajanus Imperator consuluit scriptis, & Codicillis seu Tabulis, numquid peracto bello contra Parthos Romanam esset rediturus, ibi jussit deaster ille, vitem sibi in ædem deferri, illatam in partes scindi, vel dividi,

dividi, divisam sudario involvi & condi & perinde iterum inferri. P. *Crinetus* de Hon. Discipl. l. 22. c. 2. p. 522. Cùm tellus à Mose baculo percussa, muscas, ranas, locustas, & alia hujusmodi fastidia protulisset, consuevere Ægyptii in templo Isidis, quæ terra foret, baculum cultus memoriarque gratia collocare, *Eusebius* P. E. l. 4. c. 4. & *Lud. Pignorius* Tab. Isidis p. 22. b. Venet. 1605. Longè aliter baculi olim ut arma deponebantur in Ecclesia, statim ac Diaconus incepisset Evangelium, in signum humilitatis & Reuerentia *Durandus* Ration l. 4. c. 24. & *Clariss. Zimmerman.* Analect. M. 1. 26. (2.) Etiam sacerdotio suus constat honos. Neque enim tantum Reges, Principes, belli duces, & Centuriones Sceptum virgamve manu tenebant, sed & Sacerdotes. Gestavit *Aaron* Num. XVII. Floridam virgam amygdalinam, *Matthe* divinitus concessi sacerdotii monumentum. Typus erat ille Messiaæ nostri, cujus doctrina & imperium sceptrum Psal. XLV. 7. & Psal. CX. 10. de quo Excellentiss. legi poterit *Dn. D. Dorschei* Explicatio & non ita pridem Typis divulgata eruditissima *Domini D. Stœckenii*, de *Virga Aaronis* Dissertatio. cui addideris *Didacum del Castillo* qui *Mosis & Aaronis Virgam* vult esse eandem. p. 7. non fuisse ex Amygdalo, tamen dederit & amygdalas p. 376. lib. de ornatu Aaronis Antver. 1663. *Κακοχλία* autem corripit Paganos, ut mira ex virga *Mosis* ac *Aaronis* confingerent. Omnino enim *Mercurius* Deorum nuncius qui animas in infernum ducere potuit & reducere, somnia inferre & auferre, fores virgâ aureâ s. Caduceâ aperire, *Pierius* Hieroglyph. l. 15. p. 116. ex famâ de *Mose*

Mose confectus ab Ægyptiis. De Aarone vestigium apud Græcos. Chryles Apollinis Sacerdos coronam aureamque sceptrum gestavit, *Homer. Iliad. 1.* Minerva ipsa cum hasta in manu imperii ac potestatis signum formata est, *Pierius Hieroglyph. l. 4. p. 303.* Lituus Quirinalis suspectus est Romæ olim in Capitolio vel in saliorum Curia servatus, qui cum capta à Gallis urbs conflagrasset, inter cineres illæsus ac integer repertus fuit, *Plutarchus in Romul. Cicero l. 1. de Divina Agellius N. A. l. 6. c. 8.* Et quid sibi vult *virga illa Magica*, quam Circe venefica habuit, quæ miseris Socios mutavit Ulyssis. *Bodinus* Auctor alioquin celebris non fabulosum esse arbitratur, quod de Circe scribitur, quam *Augustinus* ipse l. 18. de C. D. c. 17. 18. adducit (l. 2. Dæmonol. c. 6. p. 241. Ubi multa de *Lycanthropia* recenset, quæ hujus loci non est, & phantastica Dæmonis illusio, de qua pluribus *Wierus* de Præst. D. l. 3. c. 10. p. 276. l. 4. c. 22. l. 6. c. 12. Basil. 1577. *Fulgosus* l. 8. c. 11. *Vossius* de Idol. l. 3. c. 41. *Stengelius* de Monstr. c. 14. n. 8. & 11. & quem primo loco nominare debebam B. D. *Gerhardi* Loc. Comm. L. de Mort. p. 158. Damnata illa res A. C. 303. in Concil. Ancirano: *Quisquis credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius deteriusve immutari, aut in aliam speciem transformari, quam ab ipso omnium Creatore, pagano & infideli deterior est.* Circeæ virgæ stiloæ sunt Magorum *παβδοὶ ἀϊουκός* è lauris litai recurvi, hujus generis baculi Gothici, de quibus *Olaus M.* Gothici Scriptores ajunt, (Gothas) astrorum scientiam tenere, ut plurimum divinare possint futura. Gothi enim tam senes quam Ado-

Adolescenter
 imum habet
 deatur, quib
 dum labor
 terorum sal
 roni &c. l.
 remio Aut. C
 hab apud G
 rogam per
 ditionem.
 rionibus R
 scribebant,
 endis malis,
 rem figur
 nta transi
 Særo Gram
 mirabili rec
 tate pertra
 que dicit
 lingue cum
 mit, atq; in
 peratate vi
 re & Magi
 gnis incidi
 lignum aut
 esse i. e. cl
 Stephanu
 de nominat
 velim &
 quibus sanc
 Majores ac
 German.
 & Joh. Ab
 vaticus,

Adolescentos baculum Gothicis characteribus insignitum habent, tali ratione insculptum, ut videatur, quibus instrumentis vetustissimo tempore, dum librorum opus non esset, Luna solive & ceterorum siderum virtutes & influentias cognoverunt & c. l. 1 c. 20. De his vid. Clariss. Laurentius Ant. Goth. l. 2. c. 15. p. 104. Hinc Runstab apud Goldastum legitur, & constat vocem Evlogiam per Evlogiam vertendam esse, seu benedictionem. Prisci enim Incantatores vel sagæ scipionibus Runicis Characteribus signatis circulo describebant, & Magicis incantationibus propellendis malis, morbisque utebantur. Dicebantur autem *signare*, *Signarstab*, quibus homines in bruta transmutari à se posse stolidè autumabant. Saxo Grammat. Scriptor nobilis & res Danicas mirabili rerum varietate nec minori dicendi ubertate pertractans, huc respicit, l. 1. de *Hartgroph*, quæ diris admodum carminibus signo insculptis linguæ cujusdam defuncti per Hadingum supponit, atq; insirata magnitudinis manus domicilium perarare visa p. 11. Soræ 1644. Ita Runæ heræ & Magica carmina & præstigie Diabolicæ lignis incidi solitæ pro rerum effectusq; varietate. Lignum autem breviculum & exiguum ferè *Runa kesse* i. e. claviculam Runicam dixere, vid. Clariss. Stephanus Stephanus Not. in Saxon. p. 45. denominatæ nisi fallor exinde *Alironia* ab *hexcellum* & *in canere* i. e. sublimium cantatrices, quibus sanctum quid & providum inesse putabant Majores nostri Germani apud Tacitum l. de Mor. German. *Al. ab Alexand.* Gen. Dier. l. 4. c. 7. & Joh. Avensinus A. B. Erant Cimbris mulieres vaticinæ, quos patrio nomine *Alironia* nuncupant.

parunt, de quibus *Strabo* l. 7. p. m. 203. *Basil.* 1553. *Hujusmodi Cimbrorum morem fuisse Scriptores commemorant, ut eorum uxoribus in militandi societate conjunctis, consequentes nonnulla divinationis peritis Sacerdotes adharebant, quibus canis capillus erat, alba vestis, linteæ carbasso, substrictis occurrebant ensibus, quos sternentes humi, ad arcum pertraherent craterem, viginti capacem amphorarium. Habebant & pulpitum, quo agiliter ascenso, tollentes in sublime captivum super lebetes jugulabant. Tum profuso in craterem sanguine, inde cum stillaret, vaticinium edebant. Alia vero scisso ventre intestina speculabantur, suis victoriam acclamantes. In ipsis vero certaminibus extensus ad carrorum velamina pelles, tantis pulsabant ictibus, ut ingenti cum horrore fragor efficeretur. Inde illud Germanicum *Alreumichen* s. *Radix Mandragora*, de qua vid. *Mylius* H. P. Tit. *Mandragora*. p. 513. *Gorliti* 1597. *Nierenberg*. H. N. l. 14. c. 32. *G. C. Kirchmeier* de Admir. Arb. Disl. 13. *Deusingius* de Mandrag. p. 586. *Celeberr. Dn. Bartholinus* Cent. 2. Hist. 31. p. 595. *C. de Reges* qv. 43. p. 305. & *Cruquius* Contempl. S. l. 2. c. 10. p. 190. de *Dadam*, quam vocem de pomis aureis explicat. De aliâ virgâ *Tacius* l. de Morib. Germ. mentionem facit, *Virgam*, ait, frugifera arbori decisam in succulos amputant, eosq. notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargunt, &c. Idem *Saxo* de *Rugianis Balthici* maris accolis refert, Tribus ligni particulis, parte alterâ albis, alterâ nigris in gremium loco sortium coniectis, prospera candida, adversa furvis significasse lib.*

l. 14. p. 32
 mes habet,
 tos, per q.
 l. 4. c. 1
 Delio Vir
 cunt, virg
 perfitione
 Cicero off
 spectant, s
 p. 640.
 terpenes,
 Mosis con
 ge forman
 211. Pe
 culis, quom
 modo pol
 mens, de pe
 stitida x
 pida men
 Nupte/ q
 labore.
 manu se n
 pellares e
 que vanit
 cortice, i
 ro habet.
 error pa
 Estlas,
 Dier ac
 conspiciat
 fit bifido
 auri arg
 feruntur.
 to, fluctia

lib. 14. p. 321. Huc spectat, quod *Natalis Comæ* habet, *Scythas per lignum Myricæ vaticinatos, perq; alias arborum virgas, &c.* Mythol. l. 4. c. 10. p. 355. Verum enim verò sine ullo *Delio Urinatore* patebit, famolam illam, ubi dicunt, *virgulam divinam*, non aliâ Matre, nisi superstitione Magiæ Parente prognatam, quâ ut *Cicero* off. l. 1. *quæ ad cultum victumq; corporis spectant, suppeditantur.* *Peucerus* in *Physiol.* p. 640. *Magi Egyptii* *Mosen* imitati virgas in serpentes, sed qui restitui non potuerunt, ab angue *Mosis* consumpti, mutârunt, dederuntq; aliis virgæ formandæ exemplum. vid. *Did. de Castilo* p. 221. Perceptis de virga *Mosis* virtuosa miraculis, quomodo mare rubrum divisum &c. quomodo postea *Angelus Gideon* vilis virgam tenens, de petra ignem prodire iusserit, *Jud. VI. 21.* *Stolida κακογυδία* adinvenerunt turpi lucri cupidæ mentes virgulam, Germanis dicitur *Wünsch-Ruthe*, quod ex voto ostendat quaesita sine magno labore. Dicitur etiam *Wendesruthe*, quod in manu se mirificè vertat ac torqueat; Verius appellares eise *Windsruthe*, virgam ventosam, quæ vanitatem pro medullâ, superstitionem pro cortice, impietatem pro anâ, dedecus pro thesauro habet. *Circulus* in mari circulum fundit; sic error parit errorem, ideò audit *Glück. Wünsch-Schlag. Vet. Spring. Brand. Wasser. Unter. Ober.* adde *Geiß. Ruth*, ut *Monstrum* cum capite conspicias. Virga ista *Metalliscopica* ex furoculo fit bifido colurno, & in exploratione venarum auri argenteve inclinât se eo, quò sub terra venæ feruntur, uti clariss. *Buchnerus* in *Fabro* recognito, fieri ajunt ex sympathia inter metalla, præter-

tim argentum & corylum, juniperum item, hederam, caprificum, & aculeata omnia Metallorum gaudere societate. virgam fraxineam æri, ex pinastro plumbo reperiendo inservire. Quærit celeberr. Athanasius Kircherus. Utrum aliqua vis naturalis hujusmodi corylo insit, quâ argentum possit attrahi? Resp. Ego hanc virgularum divinarum inclinationem ex vi quadam Magneticâ, quâ planta occulto veluti motu in ea feruntur, provenire non facile crediderim; cum hujusmodi virgule metalli, quibus cum amicis amantissimè & levissimè æquilibratis, nullum tamen inclinationis effectum præstare, experimento à me facto non semel compererim, quem tamen æquè præstare deberent ac supra venas exposita. l. 3. A. M. de Magnetismo Plantar. p. 5. c. 3. Colonia 1643. Majolus part. 2. Coll. 4. agnoscit vim sympatheticam inter furculos & thesaurum. Quærit artis Mathematicæ insignis Propagator Caspar Schottus, cur furca potius quàm alia figura exhibeatur, cur non in omnibus manibus vi exultantium arteriarum virgula inclinetur, sed tantum in certis, cui furculi illi etiam (si credere fas est!) in privatis ædibus argentum inveniat? l. 12. Phys. Cur. Miscell. p. 1528. Volunt nonnulli eligendum ad certum metallum esse ejus arboris furculum, quæ tunc super venâ ejusdem metallicæ vitæ, tum certis signis colligitur, ejus vi affecta esse, & maximè in corylo; deinde in electione non quævis metallicum requirunt, sed eum qui constellationem & horoscopum habeat certæ ad metallum influentiæ sive dispositionis, ut non sit tam doctus Metallicus quam natus, ut hæc ratione à se dispel-

dispellant M
quoque tem
& refection
est forcu
cantatrix v
Libanus
fessor Her
lim, cur ex
perito gest
vito Ruffia
manibus c
clinet, etia
occulta ali
lo accedit
furculum
Principium
Arm. A
vrum ac
alliso har
isti Meta
Virgolæ
nas, sicuti
vis formâ
intereff,
non enim
carnitum
ex mento
l. 2. c. 12
ad loca a
raliter ex
fieri, ve
ope, qui
plicitum
le putan

dispellant Magiæ suspicionem. Observandum quoque tempus electionis sub certo siderum positu & refectione: si enim non maturuerit, inutilis est furculus, si inventionis tempus accesserit, incantatrix virga faciliè inclinabit ad metallum, vid. *Libarius* h. l. §. 20. *Clariss. Ioh. Marthæus* Professor *Herboneasis*, *Hoc dumtaxat*, ait, *scire velim, cur extremitas circuli à rerum Metallicarum perito gestati, ad terram inclinet, si verò ab imperito Rustico eodem planè modo extensis ambabus manibus circumferatur, minime ad terram inclinet, etiamsi constet, metallicas esse fodinas? An occulta aliqua via à manibus Viri metallici furculo accedit? Meræ igitur sunt imposturæ, quibus furculum occultè & insensibiliter intorquent, ut Principum oculis insidiantur*, Tr. de Unguent. Arm. *Numa Pompilius* annulo vel jaspe in vitrum aquâ plenum demisso, & ad latera utrinque alliso hariolabatur, teste *Pierio Valeriano*; & sic isti Metallici *Triveneticæ* *Circes* pulli suâ virgulâ. Virgulæ divinæ, quâ incantatores scrutantur venas, sicuti annulis etiam speculis, Chrystallis, quamvis formâ furcæ figurari possit, nihil tamen ad rem interest, rectane sit, an in aliam figuram formata, non enim valet virgulæ figura, sed incantamentum carminum, quæ connumerare nec licet, nec lubet, ex mente *Doctiss. Georgii Agricole* de Re Metall. l. 2. circa finem. *Virgulam enim Mercurialem* ad loca auri & argenti feracia se movere, & naturaliter convertere falsissimum, casu conversionem fieri, vel fraude virgulam tractantis, vel Diaboli ope, qui cum intercessit pactum explicitum vel implicitum, homines imperiti, cum aurum se invenisse putant, si nihil, aquam tamen reperiunt. In lu-

dibrium improbi damnata: superstitionis Magistri?
Stultus amat corylos, corylosdum stultus a-
mabit,

Nec Myrthos vincit corylos nec laurea Phabi.
 Sed virgam in dorso ejus, qui indiget corde, ex
 Regum sapientissimi judicio Prov. X. 15. De his ve-
 deantur *Libavius, Kircherus, Schottus* excellen-
 tiff. Dn. *Sperlingius* dissert. peculiar. Witteberg.
 1658. *Joh. R. Gocclenii* Heautont. Sect. 16.
 Dn. *Joh. M. Schwimmerus* Phys. Curios. dissert.
 8. Jenæ 1672. Fugienda hæc stoliditas. Vir-
 gam quam habebat Moses in terram projicere, jus-
 sus est, ea mox reptabat animata, versa in draco-
 nem serpentum Principem, ille territus Monstro,
 præ timore fugam paravit, ut loquitur *Philo* in vi-
 tâ Mos. Ingeniosus hic est, ut solet *Emanuel de*
Naxera, ut in Principem subito conversum pasto-
 rale agolum vidit, fugam arripuit, ominosum sibi
 ratus repentinum fastigium, quæ nuper abjecta ac
 rejectanea virga cum gradibus evehitur, sed repen-
 tē in draconem serpentum Principem mutatur,
 idēo Moses fugam parat. Nam scit, repentinam
 magnitudinem diu non persistere sed quæ excrevit
 brevitate ruere, esse quæ subitanæcum apicem, non
 tam felicitatis terminum, quàm casus initium T. 1.
 in Jos. IV. H. Annot. 23. p. 263. Lugdun. 1643.
 vid. *Did. del Castello* p. 198. Fugienda carnis
 & avaritiæ illecebra, quam virgula ista suppeditat.
 Angvis est, draco est, monstrum bifurcatum, cor-
 poris mentisque, infelicitatem portendens. Vir-
 gæ Moses partem, ne nescias L. O. Anno Chr.
 1008, ex *Glabro* narrat, vastissimorum Anna-
 lium Conditor *Baronius* ad hunc Annum reper-
 tam, & ad Italos, Gallos, aliosque pervenisse.

Æque

Æque frag-
 tam partem
 baculum
 bolos
 suam
 Dei provi-
 xus move-
 culos seu
 eollapso,
 animadve-
 Cum Sa-
 mun dēn-
 u Diabol-
 xerat, m-
 perficeren-
 reventur
 nes, non e-
 rāmpner-
 elapso
 Salomon
 ret, Dn.
 Placent ne-
 lisse suav-
 ti non ha-
 tem, deli-
 das, grat-
 Cor. III.
 ne corre-

Pag.
 mōa voc-
 dū dēdū
 Dum ad

Æquè fragilem imò verminosam arbitror reper
tam partem, ac Muhameticum Salomoni affictum
baculum in *Alcorano* furrat. 38. mentiuntur, dia
bolos in extructione Templi Salomoni operan
suam commodasse, cùm verò illi mors instaret
Dei providentia factum esse, ut BACULO inni
xus moveretur, nec priùs concideret, quàm vermi
culus seu tinea baculum corrodisset, quo factò &
collapso, dæmones demùm Salomonem expirasse
animadvererunt. Exegetæ dilucidius explicant:
*Cum Salomoni in sacello Angelus mortis ulti
mum diem significasset, Salomon rogavit Deum,
ut Diabolos, quos ad templi edificationem condu
xerat, mortem suam celaret, quo opus inceptum
perficerent, Dei ergo Providentia factum, ut mo
veretur scipioni innixus, dixerunt autem demo
nes, non est mortuus, sed vivit; & noluerunt eum
relinquere, sed permanserunt, in labore suo, donec
elapso anno baculus a tinea corroderetur, & sic
Salomon declinans instar graminis aridi concide
ret, Dn. A. Pfeiffer Dissert. 4. th. 26. p. 77. 78.
Placeat nobis virga lesse El. IX. 1. virtus illa ca
lestis suavissima Joh. XV. 1. 5 quæ nodum pecca
ti non habet, quæ vitam, benedictionem, salu
tem, delicias, donat; quæ vires largitur omnimo
das, gratiam, potestatem, & æternum deus, 1.
Cor. III. 2 1. 2. Omnia possum per Christum, qui
me corroborat Phil. IV. 1 3.*

NOT. 28.

Pag. 43. Vermis dictus Schamir. Schamir à voce שׁמיר Samar clavis quasi confixit, Doctis. deducit Ursinus Arboret. Bibl. c. 27 p. 354. Durum adamantem aut invicti roboris lapidem si-

gnificat. *Schamir* reptile parvum, dissecans lapides magnos, cum transit super eos. Cum eo ædificavit Salomon domum sanctuarii ait *Fagium* p. 101. Sed de *Schamir* dictum Not. 13. de Salomon. Prosp. & Exit. quò Benevolunt L. remitto. Mirum, quòd Judæi suo *Schamir* non addiderint servum vel socium vermiculum Jonæ cæcurbitam perforantem. Jon. IV. 7.

NOT. 19.

Pag. 44. *Tabula Mosis* Exod. XXXI. 18. *Dedit Deus Mosis completis sermonibus in monte Sinai duas tabulas testimonii lapideas, scriptas digito Dei.* Venerabiles istæ sunt, audent tamen Judæi, quibus initio data, suis nugis easdem deturpare. Data illæ in monte Sinai, Exod. XXXI. 18. & Legis promulgatio facta A. M. 2453. die 50. à Paschate exitu ex Ægypto, unde & Pentecoste Græcis dicta est; In monte Sinai promulgata Exod. XIX. τῶν τοῦ θεοῦ λόγων χάριν ἐλογισθη Gal. III. 19. ut homines coargueret peccati, & ostenderet iudicii divini sententiam adverlus. Ἄνομός & transgressores, repetebatur jam multis retrò seculis hominum mentibus inscripta, *Irenæus* l. 10. c. 30. *Cyrillus* l. 1. in Joh. XI. *Ambrosius* de Fuga seculi c. 3. Sed ne excideret, lapideis inscripta tabulis, J. Th. *Freigius* in Mosaicis Basil. 1583. Satis verò ex verbis Mosis constat, quando constiterint tabulæ? Sermonibus sc. completis in monte Sinai; & quomodo? Dei putà digito conscripta. Per *digitum Dei* intelligunt nonnulli *Spiritum S.* apud *Rivetum* in Exod. p. 255. Sunt qui *potentiam Dei*. *Digitus*

tus Dei potentiam
celi & terra
bulæ esse signa
in subiecta
autem in ima
nam, astra, m
rem, tenebra
calogus. Te
pecora, rept
sete, ex plan
riles. Hic
te P. Buzi
ret. 1618.
pisse legem
bitio instrum
sed divinitus
erantque tab
insculpta E
secundis di
Nam Dei ar
citur, Ser
am Israel p
A. Augusti
hanc fovet
gito script
asseruatur
mifestant
Mosen in
At lacis m
gustinum,
Augustinu
va priores
lein mazz
setandam

us Dei potentia est, per quam efficitur creatio
 cæli & terræ, quorum amborum intelliguntur ta-
 bulæ esse signa. Nam Dei scriptura & formatio
 in subjecta tabula est Mundi creatio, *Decalogus*
 autem in imagine cælesti continet *Solem & Lu-*
nam, astra, nubes, lucem, spiritum, aquam, æ-
rem, tenebras, ignem. Hic est cæli naturalis De-
 calogus. *Terræ* autem imago continent *homines,*
pecora, reptilia, bestias, cum aquatilibus pisces,
vetes, ex plantis similiter quæ fertiles & quæ ste-
riles. Hic est terræ naturalis Decalogus ex men-
 te P. Bungi l. de Myst. Num. n. 10. p. 370. Lut-
 tet. 1618. Sed Deum ipsum immediatè excul-
 pisse legem suam duabus illis Tabulis nullo adhi-
 bito instrumento externo, nullo artificio humano
 sed divinitus scriptis litteris, S. testatur historia,
 erantque tabulæ ille opus Dei & scriptura tabulis
 insculpta Exod. XXXII. 15. 16. Sed quid de
 secundis dicendum? cujus illæ scriptæ digito?
 Num Dei an verò Mosis? Exod. XXXIV. 1. di-
 citur, *Scribe tibi hæc verba, quibus tecum &*
cum Israël pepigi fædus. Hypponensum Præsul
 A. Augustinus T. 4. l. 5. c. 15 Edit. Lugdui. 1561.
 hanc fovet opinionem. *Priores tabulas Dei di-*
gito scriptas esse, posteriores vero, quæ in arca
asservabantur, exaratas à Mose, satis ait, ma-
nifestam (sc. dicta Exod. XXXIV. 1. Deut. X. 1.)
 Mosen in tabulis decem *verba* (scripsisse non Deum.
 At satis manifesta sunt verba allegata contra Au-
 gustinum, & premeada illa, quæ antea scripsit
 Augustinus. *Excidi, ait Mose, duas tabulas si-*
cut priores, & ascendi in montem & due tabu-
la in manibus meis, & SCRIPSIT in tabulis
secundum scripturam priorem 10. verba- NB.

Non ait *Scripti*, sed *scripsit*, hoc est *Deus scripsit*, sicut paulò antè dixerat, verba Dei sibi dicta. *Excide tibi duas tabulas lapideas, quemadmodum priores, & ascende ad me in montem, & facies tibi arcam ligneam, & SCRIBAM in tabulis verba, quæ erant in tabulis prioribus.* Scripsit itaque DEUS suo digito, etiam tabulas secundas. *Nic. Lyranus* in hoc loco veterum adfert opinionem: Deum scripsisse, *authoritative*, dictando. *Mosen ministerialiter* figurando, ut *Moses* manum tabulæ admovert, *Deus* autem miraculosè literas formaverit. *Moses* quidem iussus scribere, *Exod. XXXIV. 27.* sed non erant verba 10. sive decalogus, sed quæ ad cultum, ad ceremonias, ad Rempublicam *Judæorum* spectabant, de quibus *Exod. XVII. 14.* Sed quid illud, cum constet Deum tabulas à se scriptas dedisse *Mosi*, & hunc *Israëlitis*; Dicitur enim *lex ordinata per Angelos in manu Mediatoris Gal. III. 10.* Per *Mediatorem* accipiunt *Mosen* eo quòd fuerit Dei internuncius, *Pelargus* in *Exod. p. 304. Lipsiæ 1604. (2.) Dei filium*, qui *Mediator noster* & *Angelus magni fæderis*, qui cum *Mose* in monte *Sinai* locutus *Act. VII. 31.* Ita *Theophylactus, Chrysostomus* in *Gal. III. Quomodo per Angelos & Christum simul? Optime, Christus enim, nonne est caput & Princeps Angelus? & in manu, hoc est auctoritate ac operâ Christi Mediatoris data? Paræus* in *Gal. p. 238.* At *Excellentiss. Glassius* noster defendit, per *Mediatorem* neminem alium hîc intelligi nisi *Mosen*, *iusq; ope ac manu mysterioquè legem populo iuræico exhibitam.* *Fuit Mediator, promissum populi ad Deum referendo, populum sanctifican-*

di, eum in ecc
ascendendo, u
ac iudicis le
338. D
ferant Rabbi
zint de lapide
rit *Mosi* mai
virtute divini
Sic ditatis fu
perius fractan
qui tamen an
p. n. 205. vid
p. 5. De fig
tequenta.
gibilis erat, i
terâ, quòd er
te figurata cu
ret eius figur
absque mirac
ita ut præcep
liter ex alterâ
stributione m
spectus tabul
(1.) Tabulæ
secundæ toti
la continet
septem post
tabula erant
præcepta pr
ad Deum:
ordinant ad
tabulæ præc
figura Vete
tempore en

do, eum in occursum Domini ducendo, montem ascendendo, tabulas legis accipiendo, ceremonias ac judaicas leges referendo. *Hexegel.* p. 4. p. 337. 338. De materia tabularum aliquid novi proferant Rabbinii. Tradit R. Salomon, quod fuerint de lapide saphiro, & quod Dominus ostenderit Mosi massam talis lapidis formatam de novo, virtute divinâ, de quo Moses dolavit duas tabulas. Sic ditatus fuisset Moses ex fragmentis tabularum prius fractarum, de quo negotio nihil *Iosephus*, qui tamen ante R. Salomon vixit, *Lyra* in Exod. p. n. 205. vid. *clarisf. Danhæwerus* in Decal. Sin. p. 5. De figura scripturæ R. Salomon profert sequentia. Unica erat scriptura, quæ tamen legibilis erat, indifferenter ex una parte sicut ex alterâ, quod erat mirabile: quia litera ex una parte figurata ordine recto, in parte opposita apparet ejus figura modo opposito. Vel potest dici absque miraculo tali, quod literæ erant duplices, ita ut præcepta essent sculpta ex unâ parte & similiter ex alterâ, apud *Lyram* d. l. p. 199. De Distributione multi multa. Datur apud *Lyram* conspectus tabularum secundum Hebræos geminus; (1.) Tabulæ primæ inscribuntur præcepta 5. & secundæ totidem. (2.) Juxta alios prima tabula continet tria præcepta priora, secundâ verò septem posteriora. B. *Augustinus* In unâ, ait, tabula erant tantum tria præcepta, ideo dicuntur præcepta primæ tabulæ, quia ordinant hominem ad Deum: in altera tabulâ erant alia 7. quæ ordinant ad Proximum, ideo dicuntur secundæ tabulæ præcepta. d. l. Fuerunt tabulæ priores figura Veteris Testamenti, per Novum sublata. Tempore enim publicationis Evangelii Ceremonialia

nia sunt ablata, svadent non obligant, nisi de novo fuerint instituta. Moralia verò remanent in quantum pertinent ad dictamen Juris Naturalis, *Lyra* in Exod. XXXIV. 1. Notanter hic *Clem. Alexandrinus*: Verba legis verba consolatoria, non in tabulis lapideis digitis Domini scriptis, sed scripta in mentibus hominum, in quas solum non cadit interitus. Idcirco fracta sunt Tabulae, eorum, qui erant duri cordis, ut fides puerorum imprimeretur in teneris mentibus; Ambae autem leges verbo inscribebant ad humane nature institutionem, illa quidem per *Mosen*, hæc verò per *Apóstolos*. l. 3. *Pædagog.* p. 262. 263. *Paris.* 1641. Confer. *Dn. D. Frantzjus* Dissert. de Distr. Præc. Decal. Witteb. 1607. clariss. *Danhawerus* Decal. Sinait. Disp. r. §. 10. *Dn. Calertus* Præcogn. Dec. Lipsiæ 1649. *Labriofis.* *Alstedius*, uti nominis anagramma SEDULITAS ostendit, *Theol. Catechet. Sect. 3.* p. 499. *Hanov.* 1622. Observandum à Tabularum Molaicarum dignitate gentes pro sua religione dignitatem legibus, ritibus ac mysteriis quaesivisse. (1.) In sacris, (1.) apud *Aegyptios*, Tabula S. quam Sacerdos in porta adyti in manu gestavit, patriaque linguâ Deum suscitavit, *Ath. Kircherus* Obel. Pamphil. p. 391. Inde famosa & fumosa *Isidis* Tabella, cui illustrandæ, *Ludov. Pignorius* Opere edito Venetiis 1605. manum admovit.

— Quis nescit qualia demens
Ægyptus portenta colat?

(2.) *Græcos* *Ælianus* l. 2. c. 20. (3.) *Romanos*, qui deastris uti olim *Isidi*, cujus opem experti erant, tabulas pictas suspendebant, de quibus *Tibullus* l. 1. Eleg. 3.

Nunc

Ut enim m
evassissent, v
solebant, &
in parietibus
dium sacraru
medio templ
tie figebant
119. Inter
ex inscriptio
tatis:

T. TAR
GAVI
MAJ
NACH
PIXI
PICT.

Apud Celeb
(2) In fines
stans altior
loco stantes
las, quibus i
natus, & quo
Homil. in P
plicat vene
lab. Kircher
Foner. Rom
lebant mini
vioribus
um in volu
teras, vel in
tris facit,

*Nunc Dea, nunc succurre mihi, nam posse
mederi,*

Picta docet templis multa tabella tuis.

Ut enim milites cruenta arma, sic qui naufragium evasisent, vestes in tabulâ depictas Dîs dedicare solebant, & die natali suspendebantur non modò in parietibus aut columnis, sed & tholis ipsis & ædium sacrarum fastigiis. Tholus seu Tholum est in medio templi Camera locus, ubi vorentium primitiæ figebantur, *Dempsterus* l. 2. c. 2. Paralip. p. 119. Inter donaria verò relata sunt. Ita constat ex inscriptione in foro Rhegino Calabriae civitatis:

T. TARSINIUS. TESTAMENTO. LEGAVIT. IN. TEMPLO. APOLLINIS. MAJORIS. PAGELLAS. MEMBRANACEAS. OPERCULIS. EBOREIS. PIXIDEM. EBOREAM. TABULLAS. PICTAS. OCTODECIM.

Apud Celeberr. Dn. *Saubertum* c. 34. de Sacrif. (2) *In sinebribus.* Et miniatae quidem Tabulæ statuis altioribus appendi solitæ. Statuæ superiori loco stantes infra miniatas habent quasdam Tabulas, quibus indicatur, quinam Rex sit, quo Patre natus, & quod bellum confecerit, *Ioh. Chrysof.* Homil. in Psal XXIII. Sed cur miniatæ? Id explicat venerandus post funera Præceptor meus Dn. *Ioh. Kirchmannus*, cui æternùm benè sit, opere de Funer. Rom. ubique vivo, l. 3. c. 19. p. 462. Solebant minio tituli signari, ut clariores essent, & à viatoribus tantò faciliùs legi possent. Nam minium in voluminum scriptis usurpatum clariores literas, vel in auro, vel in marmore, etiam in sepulcris facit, *Plinius* l. 3. c. 7. *Ed. Frigellius* de Sta-

tuis c. 27. p. 233. (3) *In Profanis*. Decantatissima est Romanorum lex XII. Tab. ex Græcorum jure, quod Plato aliique haud dubie ab Hebræis hausere, posteaque suam fecere, vel addendo, vel detrahendo, vel immutando vel mutilando & depravando, Romana consuetudine collectum Initio X. LL. constitit, & cum populo approbaretur sine ulla contradictione scriptum factum, post duæ additæ Centuriis lib. Comitibus in Pontificum, Augurum, Sacerdotum aliorumque præsentia, à re divina facto initio; Probata Plebiscito in areas columnarum in foro publico conspicuas unâ serie incisæ, vid. *Dionys. Halicarn.* lib. 10. p. 78; & *Guil. Postellus de Magist. Athen.* c. 1. Basilæ. In Tabulis leges scriptæ fuerunt, ut ab omnibus legi possint, locus evidentissimus reperitur apud Prophetam Habacue II. 2. *Scribe visum & explana eum super tabulis, ut percurrat qui legerit eum.* Sic apud Esai. VIII. 1. *Sumo tibi librum grandem & scribe in eo stylo hominis.* Hic *Osiander* ait: *Ex hoc & similibus locis patet, quomodo olim constitutus sit canon scripturæ Prophetica, nimirum Prophetæ totius suæ doctrinæ summam & capita, quantum Deus posteritati necessarium iudicabat, conscribebant: quæ conscripta ad sacros Moysi libros h. e. in latere arca collocabantur; ita enim scriptum est* Jos. XXIV. 26, Deut. XXXI. 24. *In loco editiore probat 1 Macc. XIV. 26. Descripserunt in tabulis æreis & posuerunt in titulis in monte Sion.* sc. Romani Decretum fecerunt super Judæis, quod liberi esse, neque à quoquam in servitutem redigi deberent. Scribebatur olim, quod nemini ignotum in tabulis Ceratis stylo; unde epistola vocabatur cera, & ejus pars prior prima, posterior secunda

unda cera dicebatur
in Job XIX. v. 2
arborum canthe
marumque f
Ægypto papyr
perennes & le
& in lignis scri
XXX. 8. *Ingre*
si apud eos, i
scribi super b
litteras, quia cit
ei quoque Tab
pad Martialis
Secta nisi in
Ess emusa
Ex Ebore enim
negros charach
rum Martialis
Languida
Nigra
properea Alva
perpetuatatem
rum cum in ta
planare juvet
led in cupressi
monet Florat
Posse lincen
Numa antequ
Inmanos ced
coactis circ
281. Non ta
sed & membr

cunda cera dicebatur, stylo quidem ferreo. *Pineda* in Job XIX. v. 24. p. 90. Antiquitùs in tabulis ex arborum caudicibus confectis aut corticibus palmarumque foliis, ut tempore Alexandri M., & in Ægypto papyro, cujus cortex acu dividebatur, in pertenucs & levissimas phyliras *Plinius* l. 13. c. 11. & in lignis scriptum, testes LXX. & vulgata, Ef. XXX. 8. *Ingrederere ad eos & scribe ipsum in tabula apud eos, i. e. iplis videntibus.* LXX. *ἡράφου ἡνι πύξια τῶν α καὶ εἰς βιβλίον.* Vulgata vertit: *scribe super buxum.* Buxus enim facillè recipit literas, quia citrea non multum differt à buxo, ex eâ quoque Tabulæ confectæ & pugillares, inde apud *Martiale* ml. 14. Dist. 3.

Secta nisi in tenues esse mus ligna tabellas,

Esse mus Lybici nobile dentis opus.

Ex Ebore enim etiam, ut hinc linquet, fiebant, ut nigros characteres facilius ostenderent, unde iterum *Martialis*:

Languidane tristes obscurent lumina cere,

Nigra tibi in verum littera pingit ebur.

Propterea *Alvarez*, Duo, ait, suspicor præscribi, perpetuitatem & perspicuitatem scripturæ, priorem cum in tabulis ex arare, posteriorem cum explanare jubetur, Comment. ad Psal. XXX. v. 8. sed in cupressi tabulis oleo cedrino illitis scriptum monet *Horatius* de A. P. v. 331. 332.

Sperem carmina fingi

Posse linenda Cedro & levi servanda cupresso.

Numa antequam discederet, curavit libros secum humanos cedri succo & candelis ex illa materiâ confectis circumdari, *Salmuth* Tit. de Charact. p. 281. Non tantum lignis in gratiam Tabularum, sed & membranis utebantur. *Jones* uti *Herodotus* habet

habet in Therpsiphore $\Delta\Phi\Delta\epsilon\gamma\omega\varsigma$ habebant *Diphtheram* interpretantur pellem capræ, quæ jovem lactarit, in quâ, ut creditum est, antiquitus omnia scripsit, quæ fierent. Unde quæ in memoriâ Hominis non observabantur, è Jovis dipthera petita æstimabantur, *Salmuth* in Pancirollum Tit. 17. p. 627. Haud absimile Chronologi Turcarum proferunt, Deum primò creâsse Tabulam quandam & calamum, ut singula, quæ futura usque ad diem judicii, in eam referret, H. *Henningius* Muham. prec. p. 419. Est & illis liber conscriptus in membrana explicata, in quo angeli dicuntur hominum opera notare, die judicii extremi replicandus, in *Alcoran*. Surrat. 28. Confer clariss. *Golii* Lexicon Arabicum p. 1121. Sunt qui per *Diphtheram* intelligent *Vellus aureum*, quod Argonautæ ex Colchide advexerunt. librû sc. ex membranis, arcanis artis chymicæ confectû, aureum verò ob usum appellatum. Audiendus hîc *Petr. Bellonius*: *Industriam segregandi rationem excogitantes arietinis vellerebus illud exceperunt. Hinc conjecturam facimus, argenti vivi usum apud eos nondum invaluisse, qui nunc maxime viget, cum per vellera separandi ratio nunc exoleverit. Ex eâ porro auri ab arenâ segregandi ratione nata est de aureo vellere fabula; nempe Jasonem cum in Pontum cum Argonautis navigasset, atq; ad Phasci flumen pervenissent, ubi Indigenæ cum vellerebus aurum separabant, occasionem sumpsisse, multa de eâ re, cum ad suos rediissent, referendi: sed quod de illis vulgatum est, non multum dissimile, quod de auro Peruano refertur. Nam arictinum Vellus Argonautæ celebres non reddidit, sed aurum, quod in navibus reportarunt.* Observ. singul. l. c. 52. p. 111.

Antw,

Antw. 1589. Sed de his forte alibi; Ita dubium nullum, quin pro usu Tabularum & librorum folia, cortices, ligna cerata, ebur, lapides, intestina animalium, & membranæ ministraverint. Memorabile est, quod *Iosephus* refert, à Judæorum summo Pontifice missos ad Regem Ptolomæum senes, libros sacræ legis in membranis & involucris tenuibus, literis aureis perscriptos, obtulisse. *Hos*, ait, quinto quoq; die solebat admittere; sicut Legatos semel in Mense. Tum verò illi dimissis ab *Elezero* missos exspectabat. Ut verò Senes isti venerunt cum muneribus à Pontifice missis, & cū membranis, quæ legem aureis literis inscriptam continebant, primum de libris eos rogavit, ut verò ex involucris depromptos obtulerunt, multum diuq; miratus membrana subtilitatem & commissuras, quæ ita latebant, ut visu discerni non possent, gratias se illis habere dixit, qui venerint, & majores etiam ei, qui miserit, sed longè maximas Deo, cujus leges attulerint. Cumq; Seniores eorumq; Comites uno ore omnia fausta Regi acclamaissent, præ nimia lætitiâ lacrymas non continuit &c. l. 12. Ant. Jud. c. 2. p. m. 405. Tàm sanctæ leges, tàm sanctus Tabularum mos, ut (4) in bellicis expeditionibus usus earum obtinuerit, & olim, pacti Tabulæ pro vexillo suspensæ. Arabes contra Imperatorem Justinianum Chrinopletum, qui pactorum Tabulas, quòd annui Tributi moneta non Romanum signû, sed novum Arabicum haberet, neq; laureo nummo aliâ imagine nisi Romani imperii insculpi fas esset, violavit, pactorum Tabulis hastæ suspensis vexillique instar ante exercitum elatis, cum Bizantinis congressi, 20000. Sclavorû ad hostes defecerunt, & ingentem exinde Romani, cladem sunt perpassi,

Zonaræ Tom. 6. Clarissimus Berneggerus observat.
 24. Longè aliter se habent, quæ *Johannes Pierius Valerianus* recenset in Theodosii insignibus aliquid observatum. *Tabula est*, inquit, *libris quodam ordine dispositis onusta, quorum nonnulli syllabarii, quibusdam notis inscripti sunt, quibus per compendium contentè in eis rationes indicabatur: alii nihil præscriptum habent. Suprà Tabulam fastigium attollitur, in media cujus facie genii duo latum sustentant orbem, in quo caput infans humani, cujus ita inscriptio est: DIVINA PROVIDENTIA. In angulis verò Tabulæ, quæ descriptos uti diximus libros continet, singulis capita sunt opposita. quorum superius à dextrâ: inscriptionem circumductam ostendit: VIRTUS. Alterum a levâ SCIENTIÀ inferius à dextrâ: AUCTORITAS. Quartum à levâ: FELICITAS. Quod quidem ut puto innuit, rerum omnium generandarum summam à DEO primum emanare, eumq; conciliandum imprimis, ut nostra omnia fortunentur. l. 32. Hieroglyph. f. 226. 227. Valeant *Lycurgi Resbra*, & *Solonis Axones*, de quibus *Amm. Marcellin. l. 16: & Cicero l. 2. de LL. XII.* Tabulas sua mutuasse ingenuè fatetur, quòd inscriptæ essent ligneis tabulis, à Romanis incisa æris columnis uti testatur *Dionys. Halicarn. l. 3. l. 10. p. m. 783. In areas columnas incisas una serie proposuerant in loco fori maxime conspicuo. Sine in honore Tabulæ, floreat Lex regni Germanorum, de qua Consultis. Dn. Carpozovius æternâ laude dignissimus, Dissert. pecul. consulendus est. Æstimeretur Aurea Bulla Caroli IV. partim Noriberge; partim Metis A. 1356, edita, de quâ vid excellentiss. Dn. D. *Lipstorpins, Jctus, Criticus, & Mathematicus,***

tas, cui amicos
 literarum sto
 apprecor, part.
 apalis c. 3 o
 Meursius re
 argenteam, cer
 urebatur Imper
 ra, prafina,
 in voce xypho
 Servetur hono
 lib. Gryffande
 125. Lauder
 Theuonam &
 Herold. Batil.
 in legibus que
 f. Hiftrico 15
 midis Sacerdot
 nefas criminaq;
 primis in preti
 tina, sempiter
 Gal. VI. 16
 vint pax sup
 Irael DEI!

Pag. 44.
 Nec cineres,
 Prophetarum
 illustissimi H
 stri, Legislato
 ga Moïsis, ex
 Iohannes l. 1.
 Rabbini illici
 ipse occultum

tiens, cui amicorum oculo felicitatem & iuventiam literarum studia ulterius promovendi L.M.Q. apprecor, part. 2. Formal. & Excluf. Monarchiæ Papalis c. 30. Jenæ 1656. Utrobitè addâ doctiff. J. Meurfius recenfet Bullas quadruplices, auream, argenteam, ceream, & plumbeam fuiffè. Omnibus utebatur Imperator; Patriarchæ verò tantùm cerea, prafinâ, uti moris erat, vel etiam plumbeâ. in voce *αγοβυμων*. in Gloffar. p. 242. feqq. Servetur honos Saxonice Weichbildis, de quibus Ioh. Gryfander Jctus confuli poterit, Francof. 1625. Laudentur leges Salicæ Alemannorum & Theutonum &c. de quibus infpiciatur *Baf. Ioh. Herold*. Bafil. 1557. Perfctet gloria juri iurifico legibusque Scania, de quibus vid. *And. Simonis* F. Hafnico 1590. Et fi quid præterea, quo Themidis Sacerdotes fas promovere & defendere, & nefas criminaque domare poffunt & debent, cum primis in pretio fit maneatque lex illa cœleftis, divina, fempiterna, de quâ Plal. XIX. v. 10. 11. 12. & Gal. VI. 16. *Quicunq; hanc regulam fecerint fuerint pax super illos & misericordia & super Israël DEI!*

NOT. 30.

Pag. 44. *Tumulus Moſis*. Deut. XXXIV. 5. 6. Neccineres, nec tumulum inquietarem communis Prophetarum Præceptoris, teftis typique Chrifti, illuſtriſſimi Historicorum Antefignani ac Magiſtri, Legislatoris præſtantiffimi, Oceani Theologiæ Moſis, ex aquis fervati, Extractoris populi fui, *Iofephus* l. 2. A. J. c. 5. : niſi *Gaffarellus*, noſter cum Rabbiniſ illicium præberet, revelaturus, quem Deus ipſe occultum eſſe voluit. *Motus eſt Moſes, ſervus*

Servus Domini in terrâ Moab jubente Domino, & sepelivit eum in valle terræ Moab, contra domum Phogor. Deutor. XXXIV. 5. 6. Esse Mortuum, asserit Scriptura. Observant Doctores decies mortis vocabulum in S.S. de Mose usurpati, (1.) *Ecce appropinquant dies tui ad moriendum* Deut. XXX. 14. (2) *Et Mortuus est in monte* Deut. XXXIV. 5. (3.) *Ecce morior in hac humo*, ait ipse Deut. IV. 22. (4) *Morere in monte*, ait Deus ad Mosen Deut. XXXII. 49. (5.) *Novi, quod post mortem meam inique ageretur* Deut. XXXI. 29. (6.) *Moses 120. annorum erat, quando mortuus*, Deut. XXXIV. 7. (7.) *Ecce tu dormies cum patribus tuis* Deut. XXXI. 6. (8.) *Iungeris populo tuo, sicut mortuus Aaron frater tuus in monte, & appositus populo suo* Deut. XXXII. 50. (9) *Post mortem Moysis* Jos. I. 2. (10) *Moses servus meus mortuus est*, ait Deus ad Josuam Jos. I. 2. Hæc leguntur cum veritate conjuncta. Non defuerunt tamen, qui negarent Mosen mortuum. *Iosephus* dubium subministrare visus fuit. *In sacris voluminibus scripsit* (Moses) *se mortuum*, veritus ne propter excellentem ejus virtutem à Deo raptum prædicarent, l. 4. c. 8. in fin. p. 132. *Fallitur Iosephus* ait Corneli. à Lapide, *si Moses raptus falso scripsit se mortuum*, ergo mentitus est, quod absit? Sed exitu mortemq; Moysis à Josua, Samuele vel *Efra* scriptum volunt plurimi, cum Comestoreh. l. vid. *Lorinus* in Epist. Jud. v. 9. p. 359. *Philol.* 3. de Vita Mos testatur, prophetice ab ipso met Mose mortem literis esse mandatam. Patrum nonnulli juxta proprietatem vocatis, non mortuum, sed à Domino absconditum & translatum tradunt, eò quòd in transfiguratione Christi

Christi appar
tuant Ambr
Hilarium
nario. Bl.
ne monstr
part. 3. Post
Imp. Weig
ri huic op
opponuntur
thum reliqu
pretatum est
scripsisse, qu
ferat, & cau
gem in hon
opinionum
Vita & Mo
ram instar
sculo, sic
omnesq; tri
vemam, qu
tuffe. Qu
ram illum
exhiberunt
illum com fi
ruffe: V. A
REGION
VIDEBO
am; addam,
muenf. Et
Carpzovim
etia notavi
jusu Sama
a quo morti
Mosen ven

Christi apparuerit cum Elia Matt. XVII. Ita statuunt *Ambrosius* l. de Cain & Abel. c. 2. sub finem *Hilarius* Cant. 20. in Matth. *Epiphanius* in Panario. Bl. *Viegis* in Apoc. XI. *Weigelius* de Trinitate monstrum, non mortuum scribit, & de eadē part. 3. Post. p. 76. de quo vid. Dr. D. *Thunnius* Imp. Weigel. *Errore* 92. 93. p. 203. Sed sequiori huic opinioni clarissima scripturæ allegata opponuntur dicta. Ante mortem ne illud intactum relinquatur, 70. linguis Mosen legem interpretatum esse, & 13. exemplaria propria manu descripsisse, quæ singula pro tribuum numero diuiserat, & cælo delapsam Gabrielem acceptam legem in honorem ejus speciei ostendisse, refert, opinionum varietate circumfusus *Gaulmin*. l. de Vita & Morte Mosis *Ibi* *Mosēs* ut fatalem horam instare intellexit, *Iosua* ad se accersitum, osculo, fletu & benedictione excepisse refert, omnesq; tribus unia benedictione complexum & veniam, quod lege & præceptis eos fatigasset, petiisse. Quem etiam *Israelita*, quod sapius ad iram illum provocarint, pluresq; ipsi molestias exhibuerint, rursus precati fuerim. Tandem illum cum fletu & lamento salutem precatum dixisse: VALETE. EGO. VOS. IN RESURRECTIONE. MORTUORM. ITERUM. VIDEBO! Ut Opt. Lectoris lubentia inserviam; addam, quæ in hanc rem *Ludov. Capellus* *Salmarient.* Ebr. L. Professor (quem clarif. *J. B. Carpzovius* *Diss. de Cresti & Plethi* *Liphæ* 1661. edita notavit.) in spicilegio recenset: Cum Dei jussu *Samael* (quem volunt esse Angelum mortis, a quo mors traduntur, quotquot moriuntur) ad *Mosen* venisset, ut animam ei de pulmone reveleret,

leret, Moses multis argumentis primum adversus eum egit, seq̄ tutatus est, ita ut coactus fuerit Samaël ob eum tunc discedere, & ieratum à Deo de interficiendo Mose mandatum accipere; sed tunc iratus Mosi Virga cui inscriptum erat וְרֹדֶף וְשׁוֹדֵף scilicet hamphoru percussit ad se accedentem Samaëlem, cœg itq̄ eum terga dare, fugientemq̄, insecutum, cornu Magnificentiæ ipsius & revulsit, atq̄ decessit de medio oculorum ejus, & oculum ipsius excavit. Ridete quicquid est cachinnorum pro cornuti mortis Nuncii cornu oculique jacturâ! Quod cum vidisset Deus, ipse cum Michaële aliisq̄ duobus Angelis de calo ad Mosen descendit, postq̄ multum colloquium osculando Mosen animam ejus avulsit è corpore. In Epist. Jud. 9. v. p. 129. Paria sunt, quæ in Colloquio suo cum Judæis blaterent Mahumedani, Mosen, in deserto sepulcrum apertum invenisse, & juxta ipsius dimensionem proportionaliter illud metitum esse; Cùm autem Angelus percutiens illum interficere voluerit, dixisse: *Quoniam animam meam à me vis sumere, edic mihi prius, ex quo loco illam velis educere? Non per os; eo enim cum Deo locutus sum. Nec per aures: iis enim vocem Dei audivi. Nec per oculos: iis enim gloriam Dei vidi. Nec per manus: iis enim duas Tabulas 10. præceptorum Dei portavi! nec per meos hosce pedes: illis enim in monte Dei constitui* His auditis Angelum abiisse, & citò aliâ formâ apparuisse, pomumque de arbore paradisi naribus ejus admovisse, quod cùm olfecerit, animam ipsius è naribus cruisse, apud Zwingerum vol. 2. l. 7. f. Cadavera non inventa, At verò

sic

lic mortuum
allert & à D

Mor
runt, am
bitos exq̄
tenuisse, cri
à Mahomed
apud Schie
statura satis
lo pro tim
Franciscu
6. probl. 40
tus dicitur, lo
altera 3. de
viderat. I
exter denar
tia Dei, qu
fenti in ve
omne bonu
Pluribus ho
angelus Mi
Si scire lab
fuerit, div
Factum id
Ante N. C
dus Chron
Athere
Nolan, Ma
mortem Jo
septembri
qui cum fac
ment. in Jo
pe. Moses a
num libri,

fic mortuum esse Mosen scriptura tacet, mortuum asserit & à Deo sepultura tacet, mortuum

Mortem insequitur tumulus. de hoc referunt, amplum illud fuisse; Mosen bis senos cubitos exæquasse, arma bellica 10. ulnas longa tenuisse, crinem rufum & crispum habuisse, & sic à Mahumede visum, Rabbini & Turcæ nugantur apud *Schickardum* in Tarich R. P. p. 33. 34. statura satis ampla; ut ingenti opus fuisset tumulus pro tam vasti corporis receptione: *Gregor. Franciscus Venetus* in Problem. sacris T. 1. Sect. 6. probl. 400. ex nomine literis *GAI*, ubi sepultus dicitur, scil. & Jod & gimel, quarum altera 10. altera 3. designat, tumuli capacitatem, dimetri videtur. *Inuitur* ait, sepultum corpus fuisse ex ter denario mensurarum, pietatis & clementiæ Dei, quas depromit ipse Moses, quando existenti in petra Deus ostendit gloriam suam & omne bonum. Exod. XXXIII. 9. cap. XXXIV. 7. Pluribus hoc ipsum problema persequitur *Archangelus Minorita* dogm. Caball. dogm. 43. p. 853. Si scire lubido, (1.) quando mortuus & sepultus fuerit, diversimodè sentire authores constabit. Factum id A. M. 2493. à diluvio A. 836. Ante N. C. 1456. *Cornel. à Lapide & Alstedius* Chronol. c. 44. innuit. De Mense variant Authores, alii mense *Sebeth*, Februario: alii *Nisan*, Martio, alii *Adar* Aprilis accidisse putant mortem Josephus loco jam cit. *Freigius* Mense septembri mortuum scribit in Mosaic. sub finem, qui cum facit vir doctiss. *Andreas Messius* Comment. in Josuam accurato, cap. 1. Mortuus quippe Moses anno ætatis 120. Heic dicunt Judæorum libri, nemini amplius hoc concessum. Cùm

quereretur Moses, quòd juvenis moreretur, responsum ei ferunt, Neminem plus esse victurum. *Freigius* d. l. *Cregautius* c. 28. p. 258. (2) *Quis* verò terræ mandavit *Mosen*? Scriptura dicit: Et SEPELIVIT EUM (Dominus) Deut. XXXIV. 6. Tam insulsi iterum Rabbinj, ut *Moses* seipsum sepelivisse negari non erubescant, *Ephrem* *Jerem.* de *Tranfig.* Nescit hæc scriptura, nec meminit, *Georg. Vossius* contendit, quòd *JESUS* sepeliverit *Mosen* *Ipse* ait, vocavit & eduxit *Elitam*: non erat enim, qui sciret sepulcrum *Mosis*, nisi qui eum sepeliverat, & oportet *I E S U M* non de *Iosua*, sed de vero *I E S U* intelligere, apud *Lorinum* in h. l. Pontificij ab Angelis, & nominatim à *Michaële* humanum esse volunt, idq; colligi posse ex altercationo illius cum *Diabolo*. *Occumenius* Græc. Theologus 7. catholicarum Epistolarum Interpres non ignobilis: *Disitur Michaël ministerium* prabuisse in sepeliendo *Mose*, id non ferebat *Diabolus* sed accusationem afferebat, *Mosen* indignum esse sepultura, eò quòd occidisset *Aegyptium*, eumq; sepelivisset in sabulo *Exod.* II. 12. & propterea non permittebat, ut honorificam consequeretur sepulturam. Cùm autem in hac controversiâ *Michaël* haberet occasionem, ut *Diabolo* malediceret propter ejus impudentiam, id non fecit, sed tantum, in eum intulit: *Incepit te Deus Diabole.* vid. *Serarius* Comm. in *Epist. Juda.* & *Dn. Crellius* c. 6. §. 10. *Aegyptium* istum à *Mose* occisum non ense aut aliquo telo, sed divini nominis pronuntiatione, sicuti à *Petro* *Ananiam* *Act.* v. §. adooquè solo verbo prostratum, putant.

Clem.

Clem. Alex.
107. *Juda*
trigramma
l. cit. p. 37
330.
p. 82. Et
R. *Elie*
mianitur
miracula su
è templo al
phoras. S
instinctu pe
indat *St*
ut miret, A
culpasse.
LXX. e
l. 3. de V.
manibus r
ribus. E
habet tra
sancti, ne
c. 9. Ca
sepultura
angelico M
meister &
Sepultus
(3) *Quo*
to *leboru*
tem; post
fuit illi P.
Quasi ad
populi dic
§. 174. P.

Clem. Alexandr. l. 1. Strom. confer. Gaulmin. p. 207. Judæi arbitrantur Moſen in *Nomine tetragrammato* omnia miracula patrâſſe, *Gaulmin. l. cit. p. 33. 58. 225. 226. 240. 243. 281. 327. 330.* Addatur *Leusdenius* in *Pirke Aboth p. 82.* Et *Guil. Hinr. Vorſtius Animadv. in Pirke R. Elieſer. c. 40. p. 232.* Ita etiam calumniantur nonnulli Judæi D. N. JESUM omnia miracula ſua patrâſſe virtute hujus nominis furtim è templo ablati, conf. B. *Lutherus* in *Schem Hamphoras.* Sed facinus Moſis heroicum & divino inſtinctu perpetratum fuiſſe in judicii præludium indicat *Stephanus Protomartyr. Act. VII. 25.* ut mirer, *Auguſtinum l. contra Fauſtum c. 70. id culpâſſe.* Textus Hebræus habet: *ſepelivut. LXX. ἐθαψαν, ſepeliverunt* ſc. Angeli. *Philo l. 3. de V. M. Sepulcr. eſt nullo præſente, videl. manibus non mortalibus, ſed immortalibus virtutibus.* *Epiphanius: ſepeliverunt Angeli, velut habet traditio que ad nos devenit, corpus Moſis ſancti, neq. inquinati ſunt à corpore, l. 1. Hæref. c. 9.* *Cajetanus h. l. omnia humana officia à ſepultura Moſis excluduntur, ex hoc, quod Deus angelico Miniſterio ſepelivit illum. Sic P. Cornæſter & del Caſtello de V. A. Illat. 275. p. 462.* Sepultus Moſes à Deo miniſterio Angelorum, (3) *Quomodo? (Ad os domini, ſive ex præſtituto Iehova, quoniam Deus apparuit illi ante mortem; poſt mortem illi parentavit, & in morte fuit illi Paracletus. Cregautius c. 28. p. 967.)* Quasi ad ſupplicium ducitur in conſpectu omnis populi dicit, D. D. *Frantzius diſp. 14. in Deut. §. 174.* Plures ad fuiſſe Moſi morientis, & iuſd. ſpectan-

spectantibus delatum ab Angelis corpus, sed nube quadam diffusâ, ne distincte sepulcri locus videretur, *Iosephus* innuit. *Post mutuos complexum, cum valedixisset Moses Eleazero & Iosua, inter loquendum repentinâ nube in vallem quandam ablatum. alleg. loco.* Nebula hæc à Sole veritatis historice discussa est. Affine huic est, quod de S. Johanne profert, *Did. del Castello.* Convocatis Discipulis & populo Ephesino sepulcrum iussit aperire, & ingressus non quasi ibi moriturus, sed discessurus populum devotissime allocutus fuit, salutarem relicturus doctrinam. Et ecce lux de celo fulgentissima circumfulsit, cunctorum oculos nimio fulgore perstringens, quem ibidem aliquantulum permansisset, postmodum cunctis videntibus disparuit, sed accurrentes ad tumultum, nihil ibidem invenerunt, nisi scateriens manna, quod longo postmodum tempore velut ebulliens ex fontium arena scaturire visum, de V. A. Illat. 142. G. *Wicelinus* de Sanct. Eccl. Dei p. 98. 99. Basil. 1557. Ultrò terræ se aperientis, inque gremium suum extinctum recipientis servitio Mosen tumulatum; putat *Pelargus* in Deuter. p. 460.

(4.) *Ubi.* Non in æthere, non in Angelorum cælo, non Adami Paradiso, non in arce regia, sed in terra Moabitarum, in valle Montanorum Aburimorum è regione fani seu domûs Idoli Phegor in terrâ interamni inter Arnonem, Jaboc & Jardenim. Glossa in monte mortuum, in valle dicit sepultum. In valle sepelitur, non remittitur ad montem Sinai, nec relinquitur in deserto, multominus, ut *Elias* in cælum assumitur, sed ignobili adno-

almodum mo
candem in n
propter pec
lo committ
Gen. V. 24.
& sine dubi
exterior ve
ejus cognos
In monte A
cati fuerant
mortis Mo
à Lapide h
lunca, pute
nia nonno
illie Ieremi
culum, & a
ollium obli
phani de
ubi primit
in quibus f
jus loculo
fultit loc
& viderunt
lantem &
runt, Aar
benignitat
Eliere e.
modo igni
ses sepulc
arcum, ali
& Inter.
lunt. P
ratim frue

admodum modo, in aditu terræ promissæ extra eandem in monte Ethnicorum publicè moritur propter peccatum, cum publico magnoque scandalo commissum ad aquas jurgii, quale non *Enoch* Gen. V. 24. nec *Elias* Syr. XLVIII. 1. commisit, & sine dubio in *satis profunda terrâ nullis relictis exterius vestigiis fissurarum, unde nemo sepulcrum ejus cognoscere potuit.* D. *Frantzius* d. l. §. 178. In monte *Nebo* sepulcrum; ut ibi *Israélite* fornicati fuerant cum *Moabitibus*, *Priapi* mancipiis, ibi mortis *Mosis* & sepulturæ esset memoria. *Cornel. à Lapide* h. l. p. 1160. In montis *Pisga* speluncâ, pureo vel cisterna ignem perpetuum à *Jeremia* nonnulli credunt esse reconditum, veniens illic *Jeremias*, invenit locum speluncæ & tabernaculum, & arcam & altare incensi, tulit illud, & ostium obstruxit 2. Macc. IX. 4. 5. Scribit *Epiphanius* de *Jeremia*: Lapis habetur in solitudine ubi primitus fabricata est arca in medio montium, in quibus sepulti jacent *Moses* & *Aaron*. De hujus loculo *R. Gamalaël*. Quid fecit sanctus *Ben. sustulit* loculum *Aaronis* & traduxit supra caltra, & viderunt omnes *Israélite* loculum *Aaronis* volantem & librantem se in aëre: & tunc crediderunt, *Aaronem* exspirasse, & præstitisse illi *Deum* benignitatem juxta *Num. XX. 29.* In *Pirke R. Elieser e. 17. p. 35.* In noctibus nubecula nitet modo ignis. Eodem loci, in spelunca, ubi *Moses* sepultus, *Jeremias* collocavit tabernaculum, arcum, altare incensi, cortinas. l. de *Proph. Vit. & Inter. p. 42 1.* Hæc suo loco relinquenda sunt. *Philo in sepulcro*, ait, *Majorum non curatus sive illatus est, cum sit sortitus exitium*

monumentum, quod nullus novit hominum l. 3. de V. M.

(5.) Cur verò Deus secreto Mosen sepeliri, ejusque tumulum ignorari voluerit, communis causa redditur, à P. Commestore ne prono ad idololatriam populo Judaico colendi pro Deo occasio præberetur. Quinquaginta scientiæ portas præter unam reservatas dicunt *Mosi*, & quia 49. attingit, nemo ejus sepulcrum novit. *Guil. Vorstius* in Not. ad Maimon. l. de Fund. L. c. 1. §. 11. & ex Pico Mirand. *Gilb. Gaulmin* c. ult. de V. & M. Mos. In historia *Iosephi Ben filii* Padot dicitur: Ideo ignoratum *Mosis* sepulcrum, quia in calamitatibus Judæi illud adiiissent, oraturi *Mosen*, pro numinis pace, quam sceleribus suis mereri non poterant. *Gaulmin* p. 292. Ex quo, quod mireris exemplo, ut ait, illustri, stabilire nituntur, Judæos veteres & sanctos demortuos invocasse, factò Pontificiis Hagiolatriis imitabili. Citra controversiam, Idololatria causa fuit altercationis *Michælis* cum Diabolo. Voluit manifestare sepulcrum Diabolus, ut ad defectionem instigaret, *Michæel* Angelus restitit, & dixit: *Incepit te Dominus* Jud. v. 9. vide Archangeli *Minoritæ* Interpret. in dogm. Cabal. dom. 43. In propatulo esse volebat ne *Hebræi* aliquando ad idololatriam provocarentur. Tom. 1. Ricci p. 852. *M. Flaccius* notanter: *Quidam veteres* scribunt, *Satanam* noluisse occultari sepulcrum *Mosis* hoc specioso argumento: Quod intereret populo *Dei* scire, ubi tantus vir jaceat, volens nimirum populum in ejus idololatriam pertrahere, hanc fraudem intelligens *Michæel*

non permisit, noluitq. ejus sepulcrum occultum re-
 velari, probabilis hæc Historia p. 1301. Et
 bene addit, ignorari ejus sepulcrum, quod Deus
 ideò ordinavit, ne ullius aut aliorum impiorum
 cadavera & cineres colerentur, ut factum in Pa-
 patu Hæc ille ex Chrysoft. hausit, Homil. 5.
 in Matth. Occultum esse sepulchrum, ut idolola-
 tria occasio amputaretur. Hæc expositio male
 habet Pontificios, & nimium quantum Lorinus
 se torquet in Epist. Judæ, ut aliam causam adinve-
 niat. Sed ea est tam vera, ut etiam cordatiores ei
 subscribere necesse habeant, vid. clariss. Danha-
 werus part. 2. Hom. 16. p. 429. seqq. A. Cre-
 gautius R. A. c. 28. p. 966. item 981. B. Au-
 gustinus l. 1. de Mir. S. c. 35. Duabus de cau-
 sis ut sapientes ajunt mortis (Mosis) & sepultura
 nemo erat conscius: quatenus istam faciem,
 qua consortio sermonis Domini rutilaverat, mor-
 tis merore repressam nullus videret, & ne sepul-
 crum ejus si populus Israël cognovisset, ubi esset,
 adoraret. Unde & virgam, in qua signa fe-
 cerat, ut plurimi putant ne adoraretur secum ab-
 sulit, quoniam & serpentem, quem fecerat, filii
 Israël postmodum invocabant. Quandoquidem
 virgæ Mosis, ubi illa post mortem Mosis reman-
 serit, Augustinus Pater facit mentionem, paral-
 lomena quædam quæ ad Not. 27. referenda, no-
 te huic volui subnectere. (1.) Originem si spe-
 ctas; vetustissima est. Neque enim Moses pri-
 mus Virgæ fuit Possessor, sed Adamus. Hac de
 re R. Levi dicit: Virga que creata fuit in cre-
 puscule sabbathi tradita fuit primo Homini in
 Paradiso. Adam autem Enocho, Enoch tra-
 didit

didit Noacho. Noach dedit Semo. Sem vero tradidit Abrahamo. Abraham dedit Isaaco. Isaac tradidit Iacobo. Iacob autem dedit filio suo Iosepho postquam descenderat in Ægyptum. Cum autem mortuus fuit Ioseph, & spoliata fuit tota domus ejus, deposita est in palatii Pharaonis. Erat autem Pharaon unus ex magis Ægyptiacis, qui videns virgam istam & literas, in illa exaratas, vehementer istam expetiit animo suo. Acceperunt vero, deculerunt atq; plantarunt in horto Iethronis, & vidit virgam istam; nullus autem Homo poterat ad illam amplius appropinquare. Postquam venit Moses ad domum ejus, ingressus est hortum Iethronis, vidit istam virgam, leguq; literas, que in illa erant; emisit manum suam & accepit illam. Videns autem Iethro ad Mo- sen, dixit: Hic liberaturus est Israëllem ex Ægypto, quocirca dedit illi Tziporam filiam suam in uxorem, sicuti dicitur: Et acquievit Moses ut habitaret cum Viro isto. Ex XII. 21. vid. Guil. H. Vorstius, cap, 40. in Pirke R. Elieser p. 105. Lugd. Bat. 1644. (2.) Materiam si spectes, pretiosa fuit. Dicitur enim fuisse e saphiro de throno gloriæ Dei, in Pirke Aboth apud G. Gaulmin. p. 225. Alii in Pirke Elieser baculum Mo- sis fuisse adamantinum Guil. Vorstius in c. 40. h. l. p. 232. (3.) Si efficaciam, prodigiosa: Inscriptum illi ajunt Nomen tetragrammaton, cujus virtute usque adeò fuit miraculosa, Capellus Spicileg. p. 129. apud Gaulmin p. 227. ostenditur fuisse ornatum & insigne Prophetarum Majorum orientis & Ægyptii l. c. p. 235. Solitos fuisse virgis & baculis uti ad incantationes, unde & Ma-

& Magi ag-
mati recedunt
tur Exod. V.
c. 4. de lud.
baculum in
multum p
sed eas in p
rabib. l. 1. 7
fer. Se
Commeati
creditor, q
& dicitur v
bilis, thau
terdum ad
Glassius P
mus cum I
culus nos
D. C. M

Page
Confu
cationem
arbore, in
rum, ut
in frutice
170 Hiere
trodit, ja
tum in us
nel. p. 655
fultum T
bant rubis

& Magi ægyptii à Pharaone vocati suis virgis armati recedunt, iisque ad incantationes suas utuntur Exod. VII. 2. *Philostratus* l. 3. Vit. Apoll. c. 4. de Indorum Brachmanis refert, annulum & baculum habuisse, quorum utrumque ipsi gestant, multum posse dicunt, ob duas præcipue causas, sed eas in pretio haberi arcanas. *Strabo* de Arabib. l. 17. *In more habent ut quis baculum gestet.* Sed *Mosis* Virga, omillis Rabbīnorum Commentis, baculus pastoralis aut pedum fuisse creditur, quo ad regendum oves olim usus erat, & dicitur virga Elohī, hoc est, divina, admirabilis, thaumaturgica, sic enim nomen *Elohī* interdum addi solet, ad incrementum, vid. *Excell. Glassius* Philol. 5. l. 5. Tr. c. 10. p. 214. *Expetamus* cum Davide Psal. XXIII. 5. Virga tua & baculus nos consoletur, de quibus consulatur *Cl. D. C. Matthia* *Medit.* 2. in. h. l. p. 114.

NOT. 31.

Pag. 44. *Aries* Gen. XXII. 8.

Confusa mens Rabbīnorum, confusam parit locationem, & sic suum Arietem Gen. XXII. 13. in arbore, in spinis, ἐν συκῆσιν, in condento scil. arborum, ut *Aquila*, & ut *Symmachus* ἐν δούξῳ reti, in frutice denso, ut *Eruditorum* Jubar Sam. *Bochartus Hieroz.* part. 1. l. 1. 49. vertit, hærentem protrudit, jam per tria circiter millia annorum servatum in usum sacrificii Abrahami, *Pererius* in Genes. p. 659. & Mensis Septembri mactatum, unde festum Tubarum, Lev. XXXIII. 24. quo clangebant tubis corneis in memoriam liberati per oblatum

tum arietem Isaaci, *Ribera* de Templ. l. 1. c. 9. Pie pius olim *Selneccerus*: Quæstionem illam, unde Aries? an primum creatus? vel aliunde huc translatus fuerit? ut vanam non attingimus, sed tam audaces pariter ac vani fuere Rabbini, ut oblatum arietem non cum reliquis animantibus terrestribus die 6. sed vespera Sabbathum præcedente creatum somnient. *Jonathan* in Paraphr. & *Abraham* sustulit oculos suos & aspexit, & ecce arietem unum, qui creatus fuerat inter duas vespervas perfectionis mundi detentum in perplexitate arborum cornibus suis. Idem *Jonathan* Paraphr. Num XXII. 28. ubi inter 10 res istas sub 6. diei vesperam creatas, ut antea finxerat, arietem non refert. Sed ubi hæsit tempore diluvii? quærit B. Dn D. *Gerhardi* Comment. in Genes. XXII. qv. 4. si quæras, unde fuerit? unde venerit? asseverabis, arietem illum à Deo immediatè non creatum, uti poterat, quæ *Iosephi* & B. Luth. mens, quare Auctor mirabilium Scripturæ l. 1. c. 14. disputat, eo momento vel creatum, vel Angeli ministerio adductum: Sed ut in tempore Abrahamo, postquam à vicino grege aberraverat, offerretur divina factum providentiâ. Aliunde de gregibus divina ordinatione per Angelorum ministerium adductum fuisse, ac vepribus spinarum cornibus suis implicatis hæsisse, Dn. D. *Gerhardi* h. l. adstruit. *Procopius* apud B. Dn. *Gesnerum* contendit, erectum stetisse, & *Sabeck* fruticis speciem, quæ vox Es. X. 24. Jer. IV. 7. quamcunque veprium densitatem denotat, crucis formam representasse. At propius accedere videtur S. *Augustinus*, qui dumos, quibus cornua Arietis implexa hærebant, ad spineam Christi co-

Al coronam
Quare min
pæfatione
immensi
Symb. 5. S.
ut Arietem
stissimo, q
bi Dominu
XXII. 1. 2.
vel bovem
ruditione M
bet, cuius ig
concedere,
quam hoc
§. 11. p. 2
prohibitor
Magdalen
dicis expu
it, facto de
ri subeat,
mereri, vic
funct. n. 5.
stinctu obl
DOMINU
no cuius re
univer si q
bit Corda
lica subri
Agmen su
quem ero
pis divulg
ne, quem
Ethnicus

h coronam accommodat l. 16. de C.D.c. 13. *Fr. Quaresmius* T. 3. c. 3. sect. 2. p. 21. & quem sine præfatione honoris nunquam nominare possum immensi studii Vir Clariss. *Ursinus* Advers. 5. symb. 5. §. 23. p. 293. Poteratne verò Abraham ut Arietem quasi alienum offerre? Poterat jure justissimo, quæ enim in publico inveniuntur loco, ubi Dominus ignoratur, nostra sunt, ita Lex Deut. XXII. 1. 2. Si nunquam Dominus repetierit, ovem vel bovem Inventor servabit. Hinc nomine & eruditione Magnus *Hugo Grotius*: *Qui rem habet, cujus ignoratur Dominus, nemini tenetur eam concedere, nec naturaliter pauperibus dare, quamquam hoc valde pium.* l. de Jure B. & P. l. 2. c. 10. §. 11. p. 217. Amstel. 1646. In elencho librorum prohibitorum, sed hoc *ὡς ἐν πρῶτῳ* apud *Fr. Magdalen* opus Grotii de Jure B. & P. à sacrâ Indicis expurgatorii congregatione interdictum fuit, facto decreto Romæ 4. Febr. A. 1627. ut mirari subeat, voluisse eundem penè de Pontificii aulâ mereri, vid. *Dn. D. Major* Dissert. de Orat. pro Defunct. n. 5. Jure itaq; Abrahamus divino nutu & instinctu oblatum obtulit. Fidei enim verbum erat: **DOMINUS PROVIDEBIT.** Obtulit illi Domino cujus terra & plenitudo ejus orbis terrarum & universi qui habitant in eo Psal. XXIV. 1. Dijudicabit Cordatus Lector, quàm operosa fuerit *Zabonica subtilitatis fraus* (sicuti habet *Phœbadius Aginensium Gallix Episcopus* c. 1. de *Arian.* in quem eruditissimas pro more animadversiones typis divulgavit, *Nobiliss. Musarum decus Bartholomæus*, quem p. 48. si placet inspicias) quæ Judæos & Ethnicos Abrahamæ exemplum vel intuentes, vel audien-

dientes infligavit, ut idolis *Moloch*, *Sucoth*, *Gebennâ* & *Tophet*, de quibus Not. 18. actum, consecrarent. Seducta Regina Attica, quæ filiam pro Patriæ salute, an turpitudine? hostiam esse voluit. Deceptus Agamemnon, qui Iphigeniam filiam mactavit in Aulide. *Cicerol.* 1. Tuscul. Hæc facie ethnici scriptores Dianam pro Iphigenia cervam substituisse fabulati sunt, cui ut Jovi ariete, Libero Patri, Junoni, & Cereri favo, vino & aquâ litabatur, de quibus *Orvidius* l. 1. & 2. Fastor. Cervamactabatur teste *Nat. Comitel.* 1. c. 17. *Iul. Firmicus* scribit: *In Proserpine sacris casa arbor in effigiem virginis formamq. componitur, & cum intra civitatem fuerit, illata 40. noctibus plangitur, quadragesima nocte comburitur.* De Err. Prof. p. 87. edit. *Wower.* A. 1603. Annon hæc ex historia Abrahami Filium Isaacum immolaturi, cui Aries ad vicinæ arboris radices in dumeto constrictus surrogabatur, suffurati sunt *Muætelovres* pagani, quibus se oblectant citra emolumentum? Ægyptii picto *Elephante cum Ariete significabant Regem stultitiam aversantem.* *Horus* l. 2. *Hierogl.* c. 81. Christianæ fidei robur & religionis candida simplicitas, seculi sapientiam & spinarum molestiam devincit. Nam

Dum sumus in mundo, nunc hinc, nunc pungimur illinc;

Atq. Aries hærens victima certa sumus.

ἸΠΕΡΝΙΚΩΜΕΝ Rom. VIII. 37. De victoria nostrâ *Dominus providebit!*

NOT.

Pag.
tyron.

Multa
modi sunt,
Genet. 6. n
mi diei ope
fieri debeb
Reuchlinus
Wolfsus Ce
maino sunt
jecturam p
ia, quem d
re, & Juda
peracta in
instar libri
in libro
drim, c. u
Eliz, dixit
bis mundo
bus lex: a
Rabbini, p
præterier
Talmud
deest, qu
V. C. L. 4
Fortun. f
amorum
Diabolu
gna Cab
do, ut sol
& dicitur

NOT. 32.

Pag. 44. *Mundum non ultra sex millia duraturum.*

Multa Cabaliftæ rimantur & venantur. Iftius modi funt, quæ refert *Ben-Nahaman*, per ſex dies *Genef. 6.* mille annos mundi eſſe designatos, ut primi diei opera ſignificent illa, quæ primo millenario fieri debebant, & ſic conſequenter. de quibus *Ioh. Reuchlinus* fuſius in *Arte Cabal.* vid. etiam *Ioh. Wolfius* *Centur. 1 5. R. M. f. 93 1.* De tempore omnino funt ſoliciti, non de veritate aſſerti. Conjecturam primam deſumunt ex verbis *Elia Theſbita*, quem dicunt in *Paradiſo* ſub vitæ arbore ſedere, & *Judæorum* merita ac bona opera in *Sabbatho* peracta in *Commentarium* referre? & iſta oraculi inſtar libris ſuis *Talmudicis* gaudent inferere. Nam in libro *Abhoda Zarab. c. 1.* & *Talmud l. Saanedrim, c. ult.* recenſent: Tradidit Domus (ſchola) *Elia*, dixiſſe *Elia*. *Sex millibus annorum durabit mundus: duobus millibus inane: duobus millibus lex: duobus millibus dies Chriſti.* Subjiciunt *Rabbini*, propter peccata noſtra, quæ plurima ſunt, præterierunt ex iis, quotquot jam præterierunt, *Talmud ob delictorum noſtrorum multitudinem deeſt, quod deeſſe videmus*, vid. *P. Galatinus* de *A. V. C. l. 4. c. 20.* *S. Cyprianus* *Exhort. Mort. ad Fortun.* ſed ſequiori inuixus, hypothefi, *ſex millia annorum jam ſere implentur, ex quo hominem Diabolus impugnat.* Explicatur verò in *gloſſa dogma Cabal. Sex mille anni decreti ſunt de mundo, ut ſubſiſtat juxta numerum dierum ſeptimana, & die ſeptimo eſt Sabbathum, & ſeptimo millio-*

nariæ

nario quies erit mundo. Millenarii duo priores decreti sunt mundo, ut sit inanis sine lege: Millenarii duo, ut sit lex sine diebus Messia: millenarii duo, ut sint dies Messie. Ita R. Iacob in *Baal Hatturim*: Sex Aleph sunt in versiculo Bereschit Gen. I. i. sex millia annorum, quo mundus est duraturus Gen. I. 2. Terra erat inanis et vasta, sunt duo Aleph secundum bis mille annos legis; & dixit Deus fiat lux, & facta lux. sunt 4. Aleph secundum quatuor millia annorum dierum legis & dierum Messie, qui sunt dies lucis. (2) Hujus generis esse credas, quod Enoch septimo ab Adam in paradysum translato Gen. V. 24. Epist. Judæ v. 14. profertur. Sic hominum vitæ & ævo statuitur mensura 120. annorum Gen. VI. 3. quos symbolicè accipiunt, sicuti & annos Moysi, Deut. XXXIV. 6. ut illi tanquam anni Magni Moysi & Jubilæi, si quilibet contineat 50. annos, sex millia annorum vulgariū conficiant, quibus mundus mortaliumque genus durabit. Si enim 120. multiplices, per 50. inuenies 6000. vid. P. Badius de Num. VI. (3) De annis septem extructi Templi Salomonis 1 Reg. VI. 38. Andr. Oseander opusculo de Conjecturis ultimorum Temporum, Oraculum est, ait, haud dubie fide dignum, multo de causis, tamen in sacris literis non sit expressum. Natus enim verbis Moysi Psal. XC. 4. Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternæ, quæ præterit. Cui ad stipulatur S. Petrus: Mille anni apud Dominum sunt sicut dies unus 2. Pet. III. Inde sequitur, ut ille infert: sicut Deus sex diebus creavit omnia, & septimâ die roquieuit; ita etiam sex millibus annorum gubernabit mundū generationi &

*corruptioni obnoxium, septimo millenario requies
 sempiterna adducetur. Hebr. IV. 4. d. l. c. 1. No-
 rinb. 1544. Præterquam verò, quòd dudum Viri
 Linguae Ebr. & Rabbinicorum scriptorum peritissi-
 mi ostenderunt, alterius esse Rabbinum hoc asser-
 tum, quod Manasse Ben-Israël l. 3. de Resur. c. 3.
 largitur, nullatenus tamen sibi constant Doctores
 Hebræi. Sunt enim qui millenarium addunt, *sex
 millia Annorum*, inquit R. Katina, *perdurat mun-
 dus, & mille annis erit desolatio*, apud P. Riccium
 Epit. de Talm. Dictis T. 1. p. 267. Ita Cabalisticæ
 adlubitum fingunt & refingunt mysteria. Si mun-
 dus sex millia annorum tantum duraturus est, cui
 bono septimus millenarius à Chiliaistis additur aut
 speratur; quandoquidem septimus millenarius ex
 Hebræorum supposito sabbathum illud gloriæ &
 æternitatis Es. LXVI. 23. adferre debet. Pervenit
 ista Traditio ad aures gentilium, ut & illi ausi
 fuerint de re ardua pronunciare, *in quo, quia se
 posse nugari non putabant, liberum sibi esse crediderunt
 mentiri*, Lactant. de Div. Præm. l. 7. c. 14. Audaciores
 nonnulli Christianorum, quibus ab incerta Cabala
 abstinere fas erat. J. Picus Mirandul. An. 1486. 900.
 conclusiones adornavit, inter has sequentem posuit:
*Si qua est de novissimis temporibus humana
 conjectura, investigare eam possumus per secretissimam
 viam Cabala, futurum esse consummationem seculi, hinc
 annos 514. & dies 25. determinat. Sic incideret in
 A. C. 1986. dies pantocriticus. An verò hæc
 ratione sextus millenarius adimpleretur? Evolvatur
 Frater Archangelus de Burgonovo Placentinus
 conclusione 10. contra Petr. Garziam Episcopum
 Uscellensem, impugnantem Mirandulam p.**

83. Basil. 1600. *Iohannes Regiomontanus* Circa A. 1588. definit non cedit huic audaciæ prædictus *Osiander* qui *verissima esse*, ait, A. 1656. *finem mundi instare*, d. l. c. 2. Plurimis sanè iste annus, qui dudum effluxit, ob Solarem Eclipsen, ad quam tota ferè Europa, antequam cœraretur, expalluerat, ut fatalis, mortem & horrorem incussit, sole, post aliquot horas iterum renidente, dissipatum. Hunc insequitur *Ioh Waltherus* qui An. 1675. actum de mundo fore dijudicat, Chron. Regiom. A. 1611. dita. Ita illuduntur, quos

Cabala species generosa fefellit!

Decipitamen volunt curiosi, vide *Fr. Hildesheimii & Ant. Torquati* prognosticon Berlin. 1586. Anonymi vero similia historica de *Rebus novissimis* A. 1627 Urbani *Hantschmann* Orat. de *Noviss. mundi* Witeb. 1610. *Sam. Maresii* Chilianum enervatum Groningæ 1664. Tutissima via est, quam Servator noster præmonstrat & inculcat: *Non est vestrum nosse tempora & articulos temporum, quos Pater in sua ipsius constituit potestate.* Act. I. 7.

Quare, quot horas Christus requirit in sepulcro, qui postea evigilavit? 40. horas quievit Christus in sepulcro, invenias quadragenarium numerum Christo fuisse acceptum: 40. hebdomadas fuit in utero: 40. dies in oppido Bethlehæm: 40. dies litavit jejuniis: 40. menses præfuit docendi ministerio: 40. horas quievit in sepulcro 40. dies cum Apostolis post resurrectionem conversatus in terris: 40. annos respicendi concessit judæorum genti, confer. *Eusebius* in Chron. Dn. *Calixtus* Conc. Evang. l. 2. c. 2. p. 87. clariss. *Henricus Nicolai* P. P. Gedanensis, Præceptor

ceptor olim
cost. §. 20.
gnificare vol
lit, se im
dam ponite
concessurum
rum, vid. J.
bè monet.
ferventur
dum, non il
nec rigore
lebat, hoc n
sui verum
me Martyr
Immo
Non

Nov
De mundo
ver, & q
Salvatoris
Maria, m
que habuit
meros. A
liquerunt
ille: Mn
deant, qu
amore sua
ant; apu
litique i.
phtus es
i. Cor. V
de Nat. C
strol. l. r. c

ceptor olim meus honoratissimus Dissert. Pente-
cost. §. 20. Procul dubio Christus Dominus si-
gnificare voluit, quanquam nihil certi definiiri pos-
sit, se impio mundo post Ascensionem ad agen-
dam poenitentiam quadragies quadragenos annos
concessurum, postmodum ad iudicium reverfu-
rum, vid. J. Burmeisterus l. 7. saturnal. c. 12. Pro-
bè monet Augustinus: *Latet ultimus dies, ut ob-
serventur omnes. Scire debes, sensisse mun-
dum, non illis viribus stare, quibus prius steterat,
nec rigore & robore eo valere, quo antea præva-
lebat, hoc mundus ipse jam loquitur, & occasum
sui rerum labentium series testatur*, ait Cypria-
nus Martyr ad Demetr. scil. ut *Iuvenicus pie canit:*

*Immortale nihil mundi compago tenetur,
Non orbis, non regna hominum, non aurea
Roma,*

Non mare, non tellus, non ignea sidera cæli.
De mundo Arabes ingeniosè: *Mundus est cada-
ver, & qui appetunt canes sunt.* Hinc recitant
Salvatoris nostri apopthegma: *Vidisse Isa filium
Maria, mundum specie decrepita annis ac dixisse:
quot habuisti Maritos? Respondisse illam innum-
meros! An ergo inquit ille mortui sunt & te re-
liquerunt? Imò ait illa, ipsummet occidi! Tum
ille: Mirum adeò insanire alios, at cum vi-
deant, quomodo reliquos tractaveris, tui tamen
amore flagrent, & de aliis exemplum non capi-
ant; apud Cl. Hottingerum Hist. Orient. p. 319.
Utique 1. Joh. V. 19. *Mundus totus in maligno
positus est.* Sed præterit figura hujus mundi
1. Cor. VIII. 31. Confer. Doctiss. Ionsionius lib.
de Nat. Const. & ante illum Otto Casmannus A-
strol. t. r. c. 8. E re nostrâ fuerit ponderare illa*

Chrysof. Homil. 33. in Joh. Non longe à fine absumus, sed iam mundus properat. Hoc bella, hoc afflictiones, hoc terra motus, hoc extincta charitas significat. Scilicet: Hæc sententia est mundo data, hæc Dei lex est, ut omnia orbe occidant & cuncta senescant; & infirmentur fortia, & magna minuantur, & cum infirmata & diminuta fuerint, senescant, ait Cyprianus Epist. ad Demetr. & sub finem: Quia iam mundi finis in proximo est, ad Deum mentes vestras, Dei amore, converte! Mundus transit & concupiscentia eius, qui autem facit voluntatem Dei manet in æternum, Filioli novissima hora est, 1. Joh. II. 19. VIGILEMUS!

NOT. 33.

Pag. 47. §. 7. Numerant à creatione ad Nativitatem Christi &c. De Epocha mundi inspiciatur Dn. J. Seyboti Orat. 1. præmissâ Manuali Philof. Benè Clar. Bartholinus innuit: Nos existimamus nondum scientiam Chronologicam eos fecisse progressus, ut indubitato & præcisè annos atq; dies à C. M. hucusq; edocere possit. Ench. Phys. l. 2. c. 15. quis tanto viro non ad stipularetur? Sed æquè ac Annus Mundi, Annus Nativitatis O. M. Salvatoris Jesu Christi multum negotii facessit, Erud. Lectorem ad variæ lectionis ac doctrinæ Virum Gisb. Voëtium Tom. 2. Disp. 1. d. 2. de Temp. Nat. Christi differentem, remitto, qui abundè satisfaciet Gaffarello. Idem præstabit celeberr. Spanheimus Dub. Evang. p. 2. c. 1. Et Epit. Th. ad N. T. p. 252. Addi poterunt J. J. Hainlinus Clave Sacr. Temp. p. 15. Idem sole

sole Temp
Tubing.
Delphinat
in Evang

Cal

& Lumin

A. M. 37

And. Hüb

l. Lign

l. Seyb

And. Hüb

M. Drell

Addatur

Alti

nefis, qu

gusto imp

2. l. 5. c.

tiz 164

trini: S

dsem ad

ceptioni

veneris

3837. po

em Don

stram est

taquè re

tor prim

terrariu

5. Chris

p. 893.

ait, ut co

celebran

quod riu

Saturnæ

tempore

sole Temporum & usu Tabular. Chronol. II. p. 48. Tubing. 1646. Ioh. Scharpius apud Dienes in Delphinatu Professor, Symph. Proph. & Apost. in Evang. quæst. 6. p. 471. Genev. 1625.

Casp. Goldmaier, qui Mysterio Scripture & Luminis naturæ pag. 146. Noriberg. 1643. A. M. 3784. statuit esse Nat. Domini,

And. Helvigius, A. M. 3837. S. Chronol. p. 454.

Ioh. Lightfoot, A. M. 3928. Hor. Hebr. c. 2. p. 17.

Ioh. Seyborus, A. M. 3949. Orat. 1. de Ep. A. N. C. p. 16.

And. Seelmaierus, A. M. 3967. Symph. Bibl. Bas. 1620.

M. Dresserus, A. M. 3970. l. de Fest. p. 324.

Addatur D. Müllerus p. 1322. in Judaismo.

Astutè processit *Dionys. Petavius* Aureliensis, qui Annum N. C. ad Olymp. 149. sub Augusto imperatore devolvit. part. 1. Rat. Temp. T. 2. l. 5. c. 1. & part. 2. l. 4. c. 1. p. 212. Moguntia: 1646. Obtinet hîc illud *Clement. Alexandrini: Sunt qui curiosius non solum annum sed diem addunt*, l. 1. Strom. B. *Helvigius* diem Conceptionis 25. Martii sub vespèrà, die ut loquuntur, veneris & 25. Decembris Nativitatem A. M. 3837. ponit. *Seyborus* & alii 24. Septembris diem Dominicum Nativitati consecrant. Nostrum est diem sacratissimam Nativitatis piâ gratâquè recollere memoriâ. *Iustinianus Imperator* primum servatoris *Exceptionem* toto orbe terrarum festo die instituit, sicut *Iustinus de 5. Christi Nativ. fecit. Nizephorus* l. 17. c. 28. p. 893. *Basil. 1561. Hospinianus, Arbitror*, ait, ut eos qui primò hoc festum mense Decembri celebrandum instituerunt, non id propterea fecisse, quòd tum natum Dominum esse crederent, sed ut Saturnalium solemnitatem, qua Roma hoc ipso tempore celebratur, in hoc festum commutarent; ha

hac enim occasione institutum fuisse judicamus. De O. F. p. 159. vid. Polyd. Vergilius de R. I. l. 5. c. 2. Sed Græca Ecclesia longè aliâ intentione, quàm Hospinianus opinatur, festum instituit. Ut nihil hic adstruendum, ita nec quod ad devotam pietatem, piâque devotionem facere poteris, temerè destruendum est. In scientiâ de fide conveniamus Col. II. 15. Sed ut omnia ordine fiant & decenter 1. Cor. XIV. 40. quo nomine haud injuriâ improbat quorundam morem præposterum B. Dn. D. Quistorpius Amicus olim longè pretiosissimus; Apud reformatos, ait, in sabbatis suis sæpe id contigit, ut in festo Natalitiorum Textus de Passione Christi & vice versâ tractati fuerint, quod pertinet ad ἀτάξιας, In piis Desideriis vere piis p. 24. Sed vid. de his Magnus Chemnitius noster l. Aurum contra non caro, Exam. Concil. Trident. part. 4. de F. D. p. 155. Francof. 1596.

NOT. 34.

Pag. 48. S. 8. *Qui Judæorum libros è manibus Christianorum excutere cupiunt & c.*

Poteramus istis carere, quia suis scitent nævis, mendaciis, sæpius blasphemis. Vid. ad Chronolog. R. David Ganz. clar. Gv. Henr. Vorstium Observ. p. 257. Lugdun. Batav. 1644. S. Senensem malitiam Judæorum p. 129. detegentem defendant Romanenses. Blasphema autem scripta à Judæis emissa esse, quid attinet doctis referre. Maledicam præputiatorum mentem linguam, manumque, quam contra Dom. nostrum JESUM, cujus adventum hodierni Judæi ob Ise-

ptri

ptri Sablatio
tringt. Dn.
c. 13. P.
278. Con
tator Ap
nos spectat
JESU, 41

Pag. 52
Non
mitti Ora
nulla. N
tis olim
verò Gaff
sæpius illu
tis demon
2. l. 1. c.

Pag
sum men
An
excusati
ut accusen
tham leg
est ad imp
scripsit,
res & fum
bantur ad
am. Si Au
44, qui

ptri sublationem averfantur, verè & doctè per-
stringit Dn. D. *Mullerus* Judaismi c. 8. p. 210.
c. 13. p. 435. & Cl. *Hacksan* p. 275. 277.
278. Conter. M A *Pfeiffer* Diss. 2. sive *Obire-
ctator Apella*. Sed de Judæis dictum Not 6. Ad
nos spectat illud Phil. II. 10. *Laudabile Nomen
IESU, æternùm laudetur!*

NOT. 35.

Pap. 52. *Quis nescit errores Patrum.*

Non ista sunt hujus loci vid. venerandi *Che-
mnitii* Orat. de Lect. Patr. parti primæ L. C. præ-
millæ. Nec non Excell. D. J. *Bosfacci* Hospiti-
tis olim honoratissimi *Patrologia*. Transigat
verò *Gassarellus* cum sede Romanâ, quæ tamen
sæpius illud Patrum Testimonia. Id quod fa-
tis demonstrat *Th. Mortonus* Apol. Cath. part.
2. l. 1. c. 49. p. 230. Londini 1606.

NOT. 36.

Pag. 54. *Notatum à Doctis Mattheum la-
psum memoria.*

Annon mireris, Lector Christiane,
excusari Hebræos nugatores, inculari patres,
ut accusentur Apostoli? *Notatum à Doctis Mat-
theum lapsus memoria.* Hæc defendere lapsus
est ad impietatem scolorum. Qui hæc primus
scripsit, scævola sit, cujus manus ardeat. Vapo-
res & fumi inde usque ab orco exhalantes effun-
duntur ad obscurandam Doctorum veritatis glori-
am. Si Autorem improbi asserti nosse perplacet,
is est, qui ut

Inter divos nullos non carpit Momus.

Inter Heroes monstra, quæq; insectatur Hercules.

Inter Demones, Rex Erebi Pluton irascitur umbris omnibus.

Inter Philosophos ridet omnia Democritus.

Contra deflet cuncta Heraclitus.

Nescit quæq; Pyrrhus.

Et scire se putat omnia Aristoteles.

Contemnit cuncta Diogenes:

Sic, Contemnit, scit, nescit, flet, ridet, irascitur, insectatur, carpit,

Ipsè Philosophus, Demon, Heros, malus & omnia.

Et quis tandem ille, qui nullis parci-
 Hinricus Cornel. Agrippa, est cujus verba ultrici-
 bus flammis digna crepant: *Novi Testamenti*
Doctores habemus *Apostolos & Evangelistas*;
 atq; verò hi omnes licet spiritu S. repleti fue-
 rint, omnes tamen alicubi veritate defecerunt, &
 secundum quid fuerunt mendaces &c. c. 99. de
 Van. Scient. Colon. 1584. Quid blasphema im-
 pietas est, si hæc non est, quæ Patrem habet il-
 lum: qui Homicida erat ab initio & in veritate
 non stetit, quia non est veritas in eo. Cum loquitur
 mendacium ex propriis loquitur: qui mendax est
 & Pater mendacii, Joh. VIII. 44. statueret. La-
 psus esse in Evangelio Matthæum divinam veri-
 tatem est insimulare erroris. Πᾶσι γὰρ τῶν
 πνεύς 2. Tim. 111. 15. E. & qualibet par-
 ticula ejus est τῶν πνεύς E. & in illa compre-
 hensum Matthæi Evangelinm. si in uno alterove
 Sacri scriptores lapsi ac erraverunt, non poterit
 mas

mus certi esse, quòd non etiam in aliis potuerit labi. *Fidum habemus sermonem*, 2. Pet. 1. 19. E. & in Evangelio Matthæi, & illud à lapsu liberum. Fidum enim omnino non est, quod sibi non constat aut hallucinatur. Omnino omnis prophetia scriptura propria INTERPRETATIONE non fit, non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia sed Spiritu S. inspirati locuti sunt sancti Dei homines, 2. Pet. 1. 20, 21. Quod ad Evangelium Matthæi spectat, quanto in honore fuerit, quoque consilio & occasione scriptum sit, testabuntur de illo Doctores & Theologi. Matthæi Evangelium initio Hebræa Linguâ scriptum & Epistolam ad Hebræos sacra Linguâ exaratum, sed statim ipso Apostolorum tempore in Græcam Linguam utrumque opus conversum esse traditur apud C. Horneum Op. Theol. Posth. l. 1. c. 1. §. 45. pari modò è Græca Linguâ in Ebraicam Evangelium secundum Iohannem cum Actis Apostolorum, Epiphan. l. 1. T. 2. Hæres. 30. p. 44. Tradit Nizephorus l. 4. c. 32. apud quosdam fideles in Indiâ Matthæi Evangelium inventum esse sermone Hebraico à Bartholomæo expositum, quod in multa tempora formas literarum ejus, qui id primum scripsit, illæsas conservaverit & l. 17. c. 36. In Barnabæ tumulo Evangelium Matthæi fuisse repertum manuscriptum Barnabæ. *Wilh. Ludanus* Panopl. Evang. l. 1. c. 17. p. m. 37. Colon. 1563. pro arbitrio suo fingit, quod *Matthæus ad Ethnicos parans profectiorem Judæis suis prædicati Evangelii Admosinon*, (amoris pignus) reliquerit. Qui etiam paulò ante: *Hominum infirmitas, ut quod levissimum est dicimus: scripturarum causam*

sa fuit, quâ coacti Evangelista illa Spiritus S. dogmata in literas referre sategerunt, quo huic malo imprimis adferret remedium. Sed aliter se res habet, ut docet Johannes Evangelista XX. 31. *Hæc scripta sunt, ut credatis, quia IESUS est Christus, filius Dei, & credentes vitam habeatis in Nomine eius.* Ut docerentur gentes juxta Evangelium, inde Nizephor. d. l. scripsit: *Evangelium Matthæi Indis à Bartholomæo esse expositum.* quare & Hieronym. docet Bartholomæum prædicasse in Indiâ adventum Christi juxta Evangelium Matthæi. Ita bene sentierunt Apostoli & Discipuli Christi de Evangelio Matthæi, de quo suum tam irreverenter Gaffarellus profert judicium.

An nescit Evangelistam per Evangelistam explicandum esse, & quod in uno paucis scriptum, pluribus apud alium reperiri? apud J. Ramboldum T. 2. Censur. Libb. Apocryph. Prælect. 172. p. 494. *Oppenheim. 1611.* An fugit, Matthæum, ut reliquos Dei viros scripsisse autore Deo, ad hoc accepisse Spiritum S. ut Ecclesiam pro re natâ doceret ac secundum illius jussum sermone aut scriptis divinam sapientiam propagaret. Ut loquitur *Ioh. Coccaus* Contra Valerianum Magnum Jesuitam de Pot. Script. c. 8. p. 98. *Luqd. Bat. 1655.* *Joh. Forbescius* à Corfæ Presb. Instr. Hist. l. 4. c. 10. l. 10. II. p. 178. *Amstel. 1645.* Sed ubi lapsus ille Matthæi? *Quia Zachariam pro Ieremiâ scripsit. Matth. XXVII. 9.* *Augustinus* l. 3. c. 7. de Consens. Evang. *Quod si quis hunc errorem malit vel librarius tribuere, vel quod potius arbitror alicujus imperitiæ, qui Ieremia nomen adscripserit, cum Evangelio.*

evangelista
scripsisset,
ut faciam
irreceptis
Augustinus
morus: A
pretes 107
sumptum e
esse a. u. d. p
h. l. p. 127
h. l. 10. d. a.
scriptionis
peum. de
Plalm. LX
m. 1618.
pendiis, f
Zachariæ
affini sig
Commen
glossa est,
c. 6. Mal
Lapide in
Evangel
addidisse
modum s
te confite
Propheta
tentia ven
l. 6. c. 10
meu Prop
fama, un
Scriptore

evangelista ut alibi saepe ita etiam hoc loco tantum scripserit, *Δὲ ἔσφηρε*, necesse tamen est, ut fateamur jam olim hunc errorem in sacros Cod. irrepisse. Prudentius loqui aut scribere decebat Augustinum. *Th. Beza* Augustini exemplo permotus: *Nodus hic*, ait, *vetustissimos quoque Interpretes torset, quia videl. testimonium ex Zacharia sumptum est, non ex Jeremia, ut plane videatur esse ἀμάρτημα μνημονιῶδ, in Not. ad N. T. h. l. p. 127. Genev. 1565, Sic olim Origenes ad h. l. σφάλμα γραφικόν esse scribit: (puta scriptio non scriptura) aut apocryphum scriptum, de quo *Hieronymus* T. 4. *Continent. in Psalm. LXXVII. Casp. Sanctius* in Zach. XI. p. m. 1618. Referunt nonnulli literarum compendiis, facile τὸ ἰσ h. e. *ἰερεῖς*, in *ἰσ h. e. Ζαχαεῖς* mutari.*

J. Piscator Herbonensis: *Hoc factum ex affini figurarum abbreviacione h. l. p. m. 294. Comment. in N. T. Herborn. 1621. Verus hæc glossa est, de qua Eusebius* *Demonst. Evang. l. 10. c. 6. Maldonatus* in *Matth. XXVII. 9. Cornel. à Lapide* in *Zach. XI. 13. Alii* *narrant scripserisse Evangelium per Prophetam, sed ad marginem addidisse nomen Jeremie, quod alii librarii postmodum ipsi textui inseruerint. Beza d. l. Hinc se confirmari asserit, quod Syrus interpres nullius Prophetæ faciat mentionem. In e quoque sententia versatur Dn. D. Calixtus* *Conc. Evangel. l. 6. c. 10. p. 390. præmittit datâ operâ, unum nomen Prophetæ pro altero positum, ut commonefiamus, unius ejusdemque, spiritus ductu locutos esse. (Scriptores.) Ita illum docuit Augustinus* *l. 3. de Confess.*

Consens. Evangelist. c. 7. Theologus & Philologus insignis *Glassius* docet partim legi apud *Jeremiam* hoc testimonium, partim apud *Zachariam* Ex. gr. *Matth. XXI. 5. Es. LXII. 11. Zach. IX. 9.* Hunc sequitur, *Lud. de Dieu*, Comment. p. 145. & *Sanctius* d. l. contendit, ex duobus testimoniis diversorum unum testimonium solum esse constare p. 1618. Dn. D. *Mullerus* Jud. p. 1361. Non desunt, qui proferunt, quod *Jeremias* de his ortenens prophetaverit, quæ tamen prophetiæ scriptæ non inseruerit, & quod ad *Judæos* pervenerit. Ita *Hieronymus* apud *Walaunum* in N. T. p. 318. Lugd. 1653. Inveniuntur, qui additum esse ab Evangelistâ volunt, per Prophetæ citationem (quæ cap. XVIII. & XXXII. firmatur) & per agrum, cujus *Zacharias* non meminit, apud *Jeremiam* doceri, inquirere oportere historiam de hujusmodi agro, prout in historia describitur. D. *Slegelius* in *Hakeldama* p. 74. Sunt qui in disciplinâ *Jeremiæ* vixisse volunt *Zachariam*, & disciplinam à *Zacharia* Discipulo revelatam *Ravanellus* in voce *Jeremias*. Sed additur, *Distum per Prophetam Jeremiam*; & ubi legitur, *Jeremiam* habuisse scholam, cujusmodi tempore *Samuelis*, *Eliæ*, *Elisæ*que reperiri potuit; ubi habetur, *Zachariam* *Jeremiæ* fuisse Discipulum? id Chronologi non concedent! vid. *Clariss. Tarnovius* in *Zach. XI. p. 307.* Insulsè illi, qui librum esse deperditum perhibent, in quo hæc scripta fuerint, quomodo videre est apud *Hieronymum*. T. 3. in *Matth. Lyra* in h. l. Qui sodes Evangelista, probaturus *JESUM* Nazarenum Salvatorem esse, in quo Prophetiæ fuerint adimpletæ, citasset aut provocasset ad scriptum, quod deperdi-

ditum nec
an se dare vi
ruptum; Si
Messia non
rupta, si pen
Plurimi stat
Hiskia sed
captivitatem
tur. Quæ
2. Obf. 1. 2.
mus de V.
Zach. p. 73
Schmidius i
tur sentire.
Sperendam
p. 407. 40
tam quiden
gelia, con
strenueque
ptum JER
Etum fuisse
Kimhiam
ditionis, de
verdet, qu
14. 2.
Prophetar
Regum, I
am. Et
cesserit Es
ponendus r
gum termin
de exciatio
dit, finitur
sui ad cons

perditum nec inventum fuerit! Turpissimè omnium se dare videntur, per Judæos locum esse corruptum; Si hoc valeret, clariora sanè dicta de Messia nostro à Judæis fuissent immutata aut corrupta, si pœnes ipsos stetisset Nov. Test. corruptela. Plurimi statuunt fuisse *Binominem*, ut non filius Hiskizæ sed Zachariæ, qui Jeremias dictus, & post captivitatem Babylonicam prophetavit intelligatur. Quâ de re vid. D. *Glassius* Philol. l. 4. Tr. 2. Obs. 12. p. 756. 763. Ita statouit *Thummius* de V. D. Diss. l. 1. p. 107. *Baldunus* in Zach. p. 733. *Tarnovius* in h. l. p. 301. Dn. *Schmidius* in Not. ad N. T. hoc loco idem videtur sentire. Clariss. *Lightfootus* lucem haud spernendam huic negotio adfert, in *Hor. Hebr.* p. 407. 408. Cantabr. 1658. Quando vel literam quidem unam, aut notam, aut inscio Evangelistâ, contra *Bezam* aliosquè negat irrepsisse, strenuèque asserit, à Mattheo sic, ut legimus, scriptum JEREMIAM, à suis promptissimè intellectum fuisse ac receptum. Ideò citat R. *David Kimchium*, qui in Præf. ad Jerem. meminit Traditionis, de ordine librorum Prophetarum. Illa verò est, quæ profertur, à *Rab. Bava Bathra* fol. 14. 2. Traditio Rabbînorum: *Hic est ordo Prophetarum, Liber Iosua, Iudicum, Samuelis, Regum, Ieremia, Ezechielis, Esaiæ & Duodecim.* Et Paulo post: *Cum autem tempore præcesserit Esaias, Ieremiam atq; Ezechielem, præponendus ritè esset Esaias: Cum vero liber Regum terminaret in excidio, Ieremiasq; totus agat de excidio, cumq; initium Ezechielis sit de excidio, finiaturq; in consolatione, cumq; totus Esaias sit de consolatione, conjunxerunt excidium cum exci-*

excidio, & consolationem cum consolatione. Inde optimè scripto optimus concludit, *Jeremiam* in volumine Prophetarum locum obtinuisse antiquitùs primum; quâ facie memoria ejus aliis Prophetis Matth. XVI. 14. *Alii vero Jeremiam aut unum ex Prophetis* (dicunt) præmittitur. *Jeremias* igitur in volumine primus, primus nominatur, & cum Matthæus Textum *Zacharie* sub nomine Jeremiæ proferat, verba è volumine Prophetarum citantur, sub illius nomine, qui primum locum tenuit in volumine Prophetarum. Ita Luc. XXIV. 44. *Complenda sunt omnia, quæ de me scribuntur in lege, Prophetis & Psalmis.* In Psalmis h. e. in libro Hagiographorum, in quolibet Psalmorum primum locum obtinuit. Huc remitto Erud. Lectorem, qui cum Doctis. Viri verba communicare volui, eò quòd noverim, non in omnium manibus versari.

NOT. 37.

Pag. 55. *Hac loca apparenter pugnantiã conciliare mihi nunc non est animus &c.*

Nec mihi cum *Gaffarello*, abundè enim loca in spaciem sibi contraria à Theologis ventilata, sunt. Abstinendum ab hisce *ἀνυλογίας*, eò quòd incredulis & impiis, aliisque Empactis anta calumniandi præbetur, vid. *Iustians* Dial. cum Triph. p. m. 15. *Augustinus* T. r. l. 2. *Retract.* c. 26. Du. D. *Mülberus* Judaïsm. l. 3. p. 3. *Rivetus* Ilag. c. 23. p. 375. *Polanus* syntagm. Theol. l. 1. c. 37. *Benefacitii attendentes* (Prophético sermone) quasi lucerna lucenti loco caliginoso, donec dies illucescat, & incifer oriatur in cordibus vestris 2. Petr. I. 9. 10.

NOT.

Pag. 58
beant, omni
mun. a
R. c. G.
mun. Se
Pallades?
apud scrip
Baſtriam
(3) Pam
(5) Perfo
2. c. 14.
l. 1. c. 2.
Kirchero
quarum ill
Zuraster
Pocockius
qui Magi
147.
alii Mif
idem esse
aſtorum
viventem
Stella ap
cum Dei
loci inae
Maimon
profert
Cous;
me Dia
hu prim
migation
et calo

NOT. 38.

Pag. 58. & 59. c. 3. §. 2. Quòd Autorem habeant, omnium post Cainum sceleratissimum Chamum, aliter Zoroastrem vocatum & c.

R. Etè Gaffarellus negat Zoroastrem fuisse Chamum. Sed quot Mercurii? quot Pythagore? quot Pallades? quot Zoroastres? Plurimi hujus nominis apud scriptores sese offerunt (1.) Chaldaeus (2.) Bactrianus, à Nino ut Iustinus meminit, devictus. (3.) Pamphilius. (4.) Armenius Haliani filius. (5.) Perso-Medus (6.) Proconnesus Laëtant. l. 2. c. 14. Athan. Kircherus Obel. Pamphil. l. 1. c. 2. §. 1. M. Delrio D. M. l. 1. c. 3. p. 165. Kircherus vox Chaldaica est à *Tsura* vel *Tsaiar*, quarum illa figuram, hæc figurare significat, quasi *Zuraster*, formans idola ignis absconditi. Clar. Pocockus Anglus, nomen esse dicit *Zaraduffis*, qui Magorum religionem formavit, Hist. Ar. p. 147. Nobilis *Bochartus* Zoroastrem (quem alii *Mysraim*, alii *Nimrodum* fuisse contendunt) idem esse ait, quòd *Ασροθεάτω* siderum vel astrorum contemplatorem. l. 4. Phaleg. c. 1. Alij viventem stellam *Diog. Laërtius* l. 1. c. 1. fol. 3. 6. Stella apud Ægyptios fuit signum hieroglyphicum Dei, & lamella aurea in stellæ modum facta, loci inaugurati signum fuit. *Dionys. Vossus* in Maimon. de Idolol. p. 2. *Gregorius Turonensis* profert seqq. *Primogenitus* (Noachi) *Cham*, *Chus*; *Hic fuit totius artis magicæ immente Diabolo & primus idololatria inventor, hic primus statulam adorandam Diaboli instigatione constituit; qui & stellas & ignem de calo cadere falsâ virtute hominibus ostendit.*

ostendebat. Hic ad Persas transit. Hunc Persa vocitavere Zoroastrem id est; viventem stellam. Ab hoc enim ignem adorare consueti, ipsum divinitus igne consumptum ut Deum colunt. l. 1. Hist. Franc. c. 5. T. 7. Biblior. PP. de la Bigne Paris. 1789. p. 526. Clemens: Cham unus e Noachi filius Misraim filio suo, à quo Ægyptii, Babylonii & Persa genus ducunt, male compertam Magica artis tradidit disciplinam. Ideo gentes, qua hinc erant, Zoroastrem appellarunt, cuius nominis libri plurimi habentur. Vocens Deus haberi scientiam quandam ex stellis deducere & hominibus ostendere cepit; sed cum hoc sapius moliretur, à Dæmone, quem importunus frequentabat, igni succensus crematur. Stulti ille tanquam amicum Dei & fulminis vehiculo ea cælum sublevatum adorare ausi sunt, & post mortem vivens astrum pro nomine accepit Zoroastres l. 4. Recognit. Porphyrius Primus, inquit, apud Persas Zoroastres, ut narrat Eubulus, naturalem speluncam fontibus scatentem, in proximis Persidæ montibus consecravit in honorem rerum omnium Autoris ac Parentis Mithra (de quâ voce pluribus agit Doctiss. Gatakerus Miscell. 5. c. 21. p. 239. Ante illum Ath. Kircherus Oedip. Æg. syntagm. 3. c. 6.) ut per speluncam quidem mundum significaret fabricatam à Mithra, per alia verò intus congruis intervalis disposita elementa à plagis mundi declinare. Comment. de Antro. Sed Zoroaster, quisquis ille Præstigiator, nec Chamus fuit, nec Chami ætate vixit, mille annis Mose recentior. Conjectura est, illum fuisse Magum, qui Cyri ætate vixit & Zaraden. i. e. Deorum Amicum. qui, ut

Svidas

Svidas notat
dire è corp
Presbytero
Pythagoræ
peditione
Ithanes, &
Baldaco E
Æthiopi era
e frons ab
elms in cib
bantur ex
Venet. 14
235. CL.
ru Magi
gum Regi
o maxa
est videns

Pag
râse cæli
Hoc
minutis dub
Chaldaos
Deos con
l. 2. R. A
ad Ægypt
R. Maim
maginib
tiam ad
magines
cittas r
re ptaban
nibus & de

Suidas notat, animam, quoties vellet, exire & redire in corpusculo iusserit. Idem *Augustinus* de Presbytero quodam refert l. 14. de C. D. c. 14. *Pythagoræ* fuisse Doctorem ajunt, & *Cyri* in expeditione comitem, sicuti *Xerxi* se associavit *Othanes*, & *Celtas* comitati *Druides* de quibus *J. Bolduco Parisinus*, qui inter eos observantia strictioris erant, albis amicti procedebant, culcitram è frondibus vilem ac humilem, pro lecto habebant; olus in cibum sumebant, tritico & pane vili utebantur ex *Diog. Laërtio* l. 1. in præm. fol. 3. Venet. 1497. l. 2. de Eccl. ante legem. c. 8. p. 235. *CL. Saubertus* de sacrificiis. c. 7. Id temporis Magice in tantum fastigii surrexit, ut Regum Regibus imperitavit *Plinius* l. 30. c. 1. sed ο μακαρίτης *Ursinus* l. de Zoroastre omnino est videndus.

NOT. 39.

Pag. 60. §. 3. *Persas Astrologos non adorasse cælum & sidera &c.*

Hoc est Antiquitati se opponere; de illo enim minus dubium, quàm lucere solem. *Sabeos & Chaldaeos* solem & cæli sidera ut Θεός Βελείος *Deos consultores* coluisse tellis est *Diod. Siculus* l. 2. R. Antiq. c. 8. p. 57. Ab his ἀσπολατρεία ad *Egyptios* pervenit spiritus univèrsi cultores. *R. Maimonides Zabaste* aut *Zabii stellis & imaginibus*, quas fecerunt, omnem virtutem divinam adscribebant, stellas pro diis colebant, in quas imagines & sacella erigebant, in quas imagines dictas *תלפיות* *Tilfemoth* vires stellarum influere putabant, habere intelligendi virtutem hominibus & donum prophetiæ elargiendi l. de Idolo.

& de Cultu Stell. c. 1. §. 3. & 6. De Abrahamo unanimiter Hebræi asserunt, quòd Parens Tharab alstrorum cultor cum ad Nimrod sive Belum Regem, robustum Gigantem, filium Chus ignis cultui addictum, detulerit, propter contracta ab eo idola, à quo post multam disceptationem in ignem coniectus, sed à Gabriele illæsus exemptus fuerit, vid. Hieronym. in Genes. Quæst. l. 9. R. Chaja filius Aada rem ita describit: *Mulierem offendit Abraham paropsidem farina feremem, eum ille interrogaret, an nūrus Deo offerre vellet, baculum (securim) accepit, mulierisq. idola confregit, & baculum proiecit. Pater super-veniens quid hoc rei? percunctatur. Respondet Abraham; An litare vellet ipsum interrogasse, atq. eo quod primus comedere se velle dixisset, iurgia orta esse, quibus ingravescentibus ista confregisse. Verum Pater rem aliter se habere, conviviaq. multa in Nimrodum audita fuisse. Lite ad Nimrodum Regum deducta, Abrahamum ignem adorare iussit, cumq. propositam ignem adorare iussisset Nimrod, recessit ei Abraham, si sic, adoro aquam, qua ignem extinguit. Dixit ei Nimrod, Ergo adora aquam! Abraham: Si ita est, adoro nubes, qua aquas destillant. Dixit Nimrod: Ergo nubes adora! Ad hac Abraham: si ita est adorandus est ventus, qui nubes agitat & disgregat. Iterum Nimrod: adora ventum! Abraham vero si sic multo magis adorandus homo qui ventum intelligit. Tandem Nimrod excandescens, verba inquit, effutu, Ego solum ignem adoro, ideo primum in medium ejus te conicio, veniat. DEUS, quem*

quem tu a
bat ibi A
animu
ego su
quam
ratu e
miru
dunt e
sum on
est in
Kirche
Mof. A
dit, ip
ibique
homin
moridi
populu
in regi
quo di
mini
c. 1. S.
dim in
conje
est ter
flumen
soli se
40. P.
Unde
Philop
Eran. pa

quem tu adorus & liberet te dextra sua. Stabat ibi Aran litigans, interrogatus, quid feras animus? Respondit, si superat Abraham illius ego sum, si vero Nimrod, sum Nimrodi. Postquam Abraham ingressus fornacem ignis, liberatus est. Dicitur Aran, à cuius partibus Dominus? Respondit Abrahæ. Tum apprehendunt eum & conieciunt in iguem, combustaq; sunt omnia viscera ejus, & egrediens mortuus est in conspectu Patris. Hæc R. Chaja apud Kircherum lyntagm. 4. c. 2. p. 253. 254. R. Mos. Maimonid. narrationem contrahit, & addit, ipse miraculo divinitus facto abiit in Haran, ibique, consistens cæpit palam loqui, apud omnes homines & ostendere, quomodo esset Unus totius mundi Deus colendus. Abraham prædicans & populum congregans de urbe ad urbem, de regno in regnum, donec attigit terram Kenahan, de quo dictum, vocavit ibi Abraham in nomine Domini DEI mundi Gen. XXI. 3. l. de Idolol. c. 1. §. 7. p. 15. Manasse Ben Israel; Ur Chasdim inde dicitur, quod Abraham ibi in ignem coniectus, & Isaac Abravanel Ur Chasdim nomen est terra Chaldæorum, sed Nomen loci trans flumen Chaldæorum, quia illic Chaldaeï Igni ac soli servierunt. Conciliat. in Genes. XV. quæst. 40. p. 54. vid. Selden. c. 8. de Dis Syrorum.

N O T. 40.

Pag. 61. §. 3. Magi sapientes.

Unde Magorum nomen ortum traxerit, inter Philosophos est disceptatio vid. Spanheimium Dubl. Evan. part. 2. Dub. 18. §. 19. Scultetus Exerc.

Ev. l. 1. c. 53. *Nic. Fullerus* l. 5. Misc. c. 11. Cl. *Ursinus* in *Parallel. Excell. D. Klotzii* MS. de *Magis*, quod lucem & prælum prætolatur. *Elichmannus* à voce *Mog.* derivat, & hoc nomen proprium fuisse *Zoroastrus* multis scriptis celeberrimi & sectæ *Magorum* instauratoris affirmat apud *G. Voëtium* T. 3. p. 540. J. *Lightfoot*, *veneficos* fuisse pronuciare non dubitat in *Matth.* 23. p. 25. Sed verbum esse μέγαν docet *Lud. de Dieu* h. l. vid. *Lorius* Act. XIII. 8. *Philo* *Judæus* l. de Sp. Leg. *Scientiam Magorum non plebei tantum sed etiam Reges & Regum Maximæ, & Maxime Persarum exercent*, ut nemo in Regem eligatur, nisi qui prius *Magorum consuetudine sit usus*, vid. *Schickardus* in *Tharich.* p. 117. *Iuxta nostram linguam callere leges, ceremonias, fas sacrorum, ius religionum, Magorum est.* *Apuleius* l. 1. *Physici* propriè fuerunt rerum ortum ac interitum scrutantes. Pro superstitiosa ista ætate astrorum cultui deditos, quis dubitabit? qui, *Chaldaicæ gentis novit indolem? Reges fuisse*, qui ad Christum ex Arabia venerunt, de quibus noster agit *Gassarellus*, cum *Baronio* contendit *Lindanus* *Panopl.* Ev. l. 4. c. 100. p. 676. Opponit se his *Casaubonus* *Exerc.* 2. n. 10. Sed uti (1.) de numero non constat, cum nonnulli tres secundum numerum donorum, alii 12, alii 15. proferant, (2.) ut incerta nomina quando *Caspar* *Juvenis*, quem *Lindanus* facit *sexagenarium*, in herbis, rubicundus, sago rubeo, qui thura obtulisse dicitur; *Balthasar* fuscus, barbatus, tunicâ purpureâ *Lindano* *quadragenarius*, cujus donum *myrrha*; *Melchior* senex, barbâ promissâ, tunicâ *hyacinthinâ*, 20. annorum *Linda-*

A. Capu
niti,
zreâ
B. Ima
C. C. T
Idol
D. Ter
mte
tuor
grad
tans.
E. E. F
mar
F. Mer
vus.
G. Ave

NO, A



A. Caput primogeniti, cum lamina aurea.

B. Imagines Hori.

C. C. Teraphim s. Idola Laban.

D. Teraphim ἰδρόμετρον 24. quatuor horarum gradus indigens.

E. E. Figura Hermarum.

F. Mercurialis acervus.

G. Averruncus.

Teraphim Ebraeorum.

Teraphim ἰδρόμετρον.





Stads- und Universitäts-
Bibliothek Hamburg

Stads- und Universitäts-
Bibliothek Hamburg

Lindano, cui
rentur Apell
Pangarat,
nas: Sic
potest, Re
dynastas,
Herode re
non multu
Sacerdote
Clariss. A
1626. I
Eckardus

N

Pa
Juvenalis

Prora
bus tam
assequito
si nomē
tuam la
sum esse.
sas, qui
mi, ut in
Seb. M
est dissol
juxta q
vel omi
19. con
ter san
Restaurat
19. à Th

Lindano, cujus munus aurum, ut ut hic annumerentur *Apellius, Amerus, Damascus, Magalat, Pangagar, Serakin*, de quibus legatur *Casaubonus*: Sic (3) incerta est illorum *conditio*. Concedi potest, Regulos vel Toparchas fuisse Magos seu dynastas, & hinc ratio videtur sumi posse, cur ab Herode regio honore non fuerint excepti: sed non multum refert, sive Regulos fuisse dicas, sive Sacerdotes, sive Astronomos, sive Philosophos, ait, *Clariss. And. Keslerus* in *Epiph.* p. 17 *Witteb.* 1626. De *Tempore Magorum* consuli poterit *Eckardus Leichnerus Medicus Arnstat.* 1655.

NOT. 41. *Theraphim.*

Pag. 62. S. 4. *Permissus fuisse status*
ἱερουργίας s. Theraphim.

Fig. XIII.

Proram & puppim hæc faciunt *Gaffarello*, quibus tamen meo quidem arbitrio portum non assequitur. *תרפים Theraphim* *Judic. XVII. 5.* si nomen ponderes, derivari ajunt à *תרף Turpitudine laborat*, (2.) à *רפרו quievit* sive remissum esse, quod hominum manus reddant remissas, quia in loco, in quo positi erant *Theraphimi*, ut in Templo vel domo, non dimovebantur. *Seb. Münsterus*: Venit *Theraphim* à *רפרו* quod est dissolvere & cessare. Erant enim imagines, juxta quarum inspectionem gentes faciebant vel omittebant opus, in *Genes. XXXI. 19.* conferatur *Mercerus* in hac voce Alii à *רפרו sanare, Restaurare*, ut *Theraphim*, sint Restauratores, vid. *B. Lutherus* in *Genes. XXX. 19.* à *Thau & Rephaim*; signum vel figuram ali-

tujus restaurantia. Nonnulli Theraphim sicut Seraphim certus Angelorum ordo ita ut ω mutatum fuerit in η Hieronym. in Hof. III. 4. & Theraphim ob præsentiam & reverentiam Angelorum facta esse, innuit Clariss. J. Spencerus: Probabile est inquit, homines status vel columellas Theraphim vel seraphim vulgò dictos, tanquam symbola ad Angelorum memoriam celebrandam & eorum præsentiam significandam, in locis præsertim religioni inscriptis, more antiquissimo posuisse, cap. 4. sect. 9. p. 160. Cantabrigæ 1670.

Doctiss. Hottingerus originem arcessit ab Ægyptiaca Lingvâ, ut sit composita vox ex $\sigma\omega\rho$ cista & $\alpha\beta\omicron\varsigma$ bos, h. e. arca bovis, illi enim Ægyptii multa tribuebant. Fabrica enim Theraphim primum ab Ægyptiis fuit inventa, Histor. Orient. l. 1. c. 8. Sed habet dissentientes. Numero singulari non reperitur dictio in S. codice, sed plurali. LXX. reddunt $\theta\epsilon\alpha\phi\acute{\iota}\nu$, seu $\theta\epsilon\alpha\phi\acute{\iota}\nu$ per $\delta\eta\lambda\omega\sigma\epsilon\iota\varsigma$ Manifestationes Hof. III. 4. per $\alpha\delta\omega\lambda\alpha$ Gen. XXXI. 19. per $\kappa\epsilon\nu\omicron\tau\acute{\alpha}\phi\iota\alpha$ simulacra vana 1. Sam. XIX. 13. per $\delta\iota\omicron\phi\theta\epsilon\gamma\gamma\omicron\mu\acute{\epsilon}\nu\epsilon\varsigma$ Zach. X. 2. per $\phi\omega\lambda\omicron\sigma\mu\acute{\epsilon}\varsigma$ Hof. III. 4. $\epsilon\pi\alpha\mu\phi\omicron\mu\epsilon\iota\zeta\epsilon\upsilon$ videtur Spencero Disl. de Urim & Thummim c. 4. Sect. 2. p. 41. Vatablus ad locum 1. Sam. XIX. 13. Hac vox, ait, hîc pro quavis effigie referente speciem hominis accipitur, sive sit lignea, sive argentea, sive lapidea, alibi in malam partem accipitur; quod probè observandum.

Quid fuerint, non una eademque, omnium mens est. Abulensis, Idolum est, inquit, seu simulacrum alicujus rei quæ colitur. Comment. in

in Genes. XX
dinem hom
Genes. XX
nu figur
sive avu
& dita
Se
& figur
ri possen
quibus v
in Genes
tudo con
& judic
glos peri
and o th
ges, m
which
doubtful
à pour
by influ
wax
still use
Judai
exigua
bm ali
futuris
quadam
rivata
cula ill
bm ver
utitur
Texts o
gypti ha
ena loc
Hirs, 1

in Genes. XXXI. 1. Sam. XIX. Imagines ad similitudinem hominis (vel alterius rei,) factæ Variabiles Genes. XXXI. 19. Hottingerus, ab initio hominis figuram retulisse, scribit, postea sive hominis, sive avium, seu ferarum figuram representasse, & dicta. *μωφωρα*. Hist. Orient. l. 1. c. 8.

Sed quâ figura? Rivetus: apparet formæ & figuræ fuisse parvas, & quæ facile occultari possent, quales sunt puppæ & imaguncula, quibus virgines in ætate infantili solent ludere, in Genes. p. 651. Formâ parvâ & exigua fuisse, tutò conjicitur ex loco Genes. XXXI. allegato, & judic. XIX. 20. De his rei antiquariæ inter Anglos peritissimus Iosephus Medus: The Jews and others agree Theraphim were small Images, made under à certain constellation, which they used to consult both in things doubtfull, and things future: Supposed they had à power tho this effect received from heaven: by influence much like to puppetes made of wax. and leke matter which Wizzards still use unto like purpose. i. e. *Consentientibus Judæis aliisq; Theraphim fuerunt imagines per exigua in certo siderum concursu confectæ, quibus olim usi ad consulendum in rebus dubiis vel futuris ob virtutem divinatricem ex influentiâ quadam celesti (ita vulgo creditum) in illis derivatam quarum similitudinem ferunt imaguncula illa e. cerâ vel simili materiâ compositæ, quibus venefica in finem non dissimilem etiamnum utuntur.* In Diatribis or discursis on Synedri Texts of scripture ad Deuter. XXXIII. 8. *Ægyptii haud dubie ex omni liquorum, lapidum materiâ suos hinc Apides & Serapides, Canopos, Horos, Harpocrates effinxerunt.* Erant imagunculæ

gunculæ & statunculæ ad modum puerorum fasciis involutorum, vid. Fig. XIII. l. B. Ut Apidem ci-
stæ inclusum referrent, nec domi tantum forisque
colebant, sed in capite, collo, brachiis, cingu-
lisque gestabant, ut cultus esset gratior, *Ath.*
Kircherus T. I. Oedip. Æg. syntagm. 4. p. 258.
Quin etiam cadaveribus mortuorum, ut asserva-
rentur insinuarunt, testis hujus rei est *Illustriss.*
Princeps *Nic. C. Radziwilus*: Quotquot prope
Cairum, prope *Pyramidem*, cadavera à tribus
annorum millibus absque minimi alicujus mem-
bri putrefactione conservantur, si exenterentur,
idola quedam reposita, & circum circa etiam
collocata habent. Idola hæc sunt ex argilla ce-
rulei vel violacei coloris, ad unius digiti longitu-
dinem, quedam etiam minora formam infantu-
li fascioli circum ligati, adjectis multis *Egy-
ptiorum* characteribus exprimentia. Qualia au-
tem sunt idola, tali modo & ipsa corpora linteis
involuta, quæ ob antiquitatem adeo marcida, ut
pappyrum combustam, quæ nigrescit & facilli-
me diffluit, imitetur. Paulo post: sunt ibi-
dem & alia idola majora, quorum nonnulli uni-
us cubiti habent magnitudinem & defunctorum
cadavera circumdant ex lapide, velligno, diver-
so formarum genere efficta. Nam alia ho-
minum, alia avium, alia reptilium, alia
Demonum, prout apud nos depinguntur,
simulacra retinent. Notanter additur: *Quando-
quidem Mumia Ethnicorum* sunt cadavera, in
quibus idola, ut dictum superius reconduntur, du-
bium non est, quin in cura & potestate demonum,
prout & animæ ipsorum, sint constituta, qui nun-
quam ab eis etiam si de loco in locum transferan-
tur

nr recedere
: 29. Anru
loco alleg
in Egypt
gyptiorum
per illos er
xerit.
Sabzeos;
hamum ha
vid. locus
hovah: T
striolin T
vierunt q
quæ in ta
spiciuntur
Epphani
B. p. 97.
ad Amer
vos, qui cu
cumferunt
cocia po
Qua
dit R. Ki
per à loq
ram am
gines cu
certis r
abusum
morat
Hebrei
geniti, D
ne patre
ju ore La
Bal. Mil

tur recedere solent. Peregrin. Hieros. p. 188.
 229. Antwerp. 1614. Opinatur autem Kircherus
 loco alleg. Quòd Abrahami vernæ & domestici
 in Ægypto ob annonæ caritatem commorantes, Æ-
 gyptiorum Theraphim secum abstulerint, & sic
 per illos error ad Chaldæos ac Babylonios deflu-
 xerit. At vero R. Maimon. originem refert ad
 Sabæos; innotuit Syris & Chaldæis ante Abra-
 hamum hæc Magica idololatria à tempore Saruch,
 vid. locus evidentissimus Josue XXIV. 2. dicit Je-
 hovah: *Trans fluvium habitaverunt Patres ve-
 stri olim Thare Pater Abraham, & Nabor, ser-
 vieruntq; Diis alienis.* Cujus idololatriæ reli-
 quæ in familia Bathuelis & domo Labani con-
 spiciuntur Gen. XXXI. 19. de quibus infra, addatur
 Epiphanius in Panar. I. C. Didericus part. 2. A.
 B. p. 97. Figrellius de statutis p. 25. Ex Oriente
 ad Americanos pervenere Zemes, inde ad Tartar-
 ros, qui certis ceremoniis sacrata idola byssina cir-
 cumferunt, iisque corda victimarum dicant, sed
 cocta postmodum devorant, Bonfinius Dec. 2. l. 8.

Quaratione conficta tuerint Theraphim tra-
 dit R. Kimchi; sunt imagines, quæ Magorum o-
 perâ loquebantur: quæ quæ faciebat ad certam ho-
 ram anni ac temporis habebat respicere, sunt ima-
 gines cæli astrorumq; certa observatione confectæ,
 certis ritibus sacrata ad auguriorum divinandi,
 abusum, quales Rabel discedens abstulisse me-
 moratur. Ar. Montanus in Judic. XVII. p. 584.
 Hebræi dicunt esse caput primo-
 geniti, Dæmonibus consecrati, & Fig. XIII. L. A.
 ne putrescat arte conditi, in cu-
 jus ore lamina quædam, in qua idoli, Chamos,
 Baal, Milcom, Nergal, Nifroch &c. nomen inscul-
 ptum

ptum, quod per os pueri reddebat oracula. Lyra
in Jud. XVII.

Signanter *Tostatus* Episcopus *Abulensis* in
Genes. XXXI. Erant quædam capita lex me-
zallo certo quodam tempore & sub certis siderum
aspectibus & conjunctionibus Planetarum facta,
in virtus cælo derivaretur in illud caput, fieretq;
potens respondendi consulentibus & interrogan-
tibus ipsum. Idque fiebat partim per Astrolo-
giam, partim per Necromantiam. Fecit hu-
jusmodi caput *Albertus M. Ordinis Predicatorum*,
quod Discipulus ejus *S. Thomas* die quadam
confregit, *Pererius* disput. 1. in Genes. 31. p. 815.
Quæ *Tostatus* de *Alberto* tradit, *Ath. Kircherus*
explodit, & pro merâ habet fabula, T. 1. syn-
tagm. 4. c. 3. Si fecit, si habuit, à Magia libera-
ri non poterit, vid. excell. *Claenius* de Oracul.
p. 88. *Elias Thesbitus* Germanus in voce *The-
raphim*. Accipiebant caput alicujus pueri pri-
mogeniti & sacrificati in honorem *Dæmonis*, istud
caput abscissam sale & aromatibus condiebatur,
ut à putredine diu illesum perduraret. Super
linguam ejus LAMINA aurea ponebatur *Dæ-
monis* cujusdam nomine insignita, sic responsa
dabat consulentibus & interrogantibus subjun-
git: Inveni, quod in hunc modum fierent *Thera-
ptam*; mactabant hominem primogenitum, cujus
caput torquendo præscindebant, super laminam
auream spiritus immundi (ad exemplum *Diaboli*,
qui ab intelici Milite *Petro Ottone* *Goslariensi*
vixit lingua flammante & fumantibus faucibus,
de quo vide Relationem historicam amicissimi
mei pectoris *Cl. Dn. M. Christi. Scriverii* *Magdeb.*
1672.) quâ suppositâ capiti, ponebant illud in pa-
riete

te oracula. Lyra

opus Avolonia
m capite ex
Sub certo plem
Plantarum facin
illud caput, fore
et miragor
rum per Atrile
tiam. Fictu
drum Pradictor
Thomae nolan
in Genes 3. in dy
lit, Ab. Kithera
fabula, T. 1. va
lit, à Magia libe
asemus de Oracu
mans in voce The
alicuius peri pri
tem Danus, ph
aribus combetur,
ardurati. Super
rea pueri De
emta, se respo
rrogantiu homi
dium ferent Ther
riusogitum, cur
ent, super lant
exemplum Diabol,
Oetoc Galanti
romantibus facios,
istorican amillimi
st. Seren Magdeb.
povebant illi in pa
rieti



Nº. 15.

STATUA AVERRUNCA.

Einigkeit, Harmonie
Einigkeit, Harmonie
Einigkeit, Harmonie

Einigkeit, Harmonie
Einigkeit, Harmonie
Einigkeit, Harmonie

note, incend
us coram co
cherus d. l.

In quem
clarent futu
tatem. R.
se ipsi &
scipis, sed
& mendaci
Kircherom
ceremoniis
bus supra
figia collo
tes. Hu
bane, in
certis temp
sponsa dal
scandita r
vit sceler
mina ex o
bere, cup
secutus,
Memnoni
Ut mala
verrucci
clariff. Sa
Boxhorn
Quod an
influentia
mo facile
taneum,
tur. (3)
tum quod
parias.

viere, incendentes coram eo candelam & adorantes coram eo, Rivetus in Genes. & Ath. Kircherus d. l.

In quem usum præparata? (1) ut responsa scilicet darent futurorum, sed idolorum crepantia vanitatem. R- Iarchi in Hof. III. 4. Loquuntur ex se ipsis & revelant occulta. Non sane, non ex seipsis, sed subeunte ista Damone, qui deceptor & mendacii Pater est. Isaac Maronita apud Kircherum: Constituebant idola varia variis ceremoniis eadem colentes, suis insignita nominibus supra columnas sublimes & murorum fastigia collocabant, variis modis ea representantes. His quoque victimas & sacrificia offerebant, incendentes aromata. Diabolus vero certis temporibus loquens ex singulis eorum responsa dabat, petentibus futura prædicens, abscondita revelans, Philosoph. Syra c. 6. Iactavit scelestimus Nero, sub quo Magorum examina ex orci cavernis provolarunt, penes se habere, cujus monitu futurorum scientiam sit consecutus, apud Svetonium in Nerone. Huc Memnonis statuem referunt, de qua alibi. (2) Ut mala averruncarent, Hinc Ἀβερχηνοί. Averrunci dicuntur, vid. Fig. XXII. l. G. apud clariss. Saubertum de sacrif. c. 5. & celeberr. Z. Boxborn, in Antiq. Rom: Selden S. 1. c. 2. Quod an virtute propria, ac naturali, an astrorum influentia, an arte præstiterint Theraphim, nemo facile demonstraverit, nisi, quod vero consecratum, est, fraude diabolica factum esse fateatur. (3) Factum fuisse volunt, ceu instrumentum quoddam æneum, ad dignoscendas horarum partes. Cujus Schematismus Fig. XIII. L. D. seu

seu simulacrum ὑδρώμετρον exhibetur; ubi vir pallio amictus ferulam tenens, simulacrum tangit, unam ex 24. horis designaturus, quibus Glyptes tres lineolas addere debuisset, vid. *Macrobius Saturnal.* l. 1. c. 8. & 21. Omnia horribili superstitione sunt plenissima, V. Heideggerus *Hist. Patr.* T. 2. Exerc. 1. §. 37.

NOT. 42. *Theraphim Laban.*

Pag. 64. & 65. *Èa de causâ à Raehâle Patri Labano subreptos (Theraphimos.)*

De illis agitur, Gen. XXXI. 19. מִן הַתְּרָפִים הָיוּ לְרַחֵל פִּרְיָהּ
furata est Rahel Theraphim, que erant Patris sui Labani. Nihil aliud erant, quam Lares & Penates, quos Rahel furata est Patri suo Laban, utpote Nohæ, Semî, Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, Saruch, Nahor & Tharah, prædecessorum ejus, vel quorundam ex iis imagines & simulacra, quos (Majores) illustrissimis *Emim, Zazim, Zonzomim* i. e. Reverendorum, illustrissimorum, sapientissimorum nominibus honorabat, ita Joh. *Baldwin* l. 3. de *Eccl.* ante legem c. 9. p. 386. LXX. vertunt per ἑδῶλα. Ridiculi sunt, qui explicant de *Mammone* & divitiis, gregibus & armentis. Laban conqueritur, non de gregibus abductis, sed de Dîs furto ablatiis. Et qui substrato ista omnia Rahel potuit abscondere? *Theraphimorum* Labani usus nullus fuit alius, quam ut Penates suos consuleret in rebus dubiis; Dabant enim consulentibus ope Dæmonum responsa, loquebantur autem vanitatem *Zach. X. 2.* Rabbinî causam, cur Rahel Theraphim sustulerit, hanc proferrunt

mat; ac Lab
 et. per quoc
 dicit, quare
 fortalle, qu
 nus quat
 quibus *Jaco*
 alie dari
 eorum a for
 superstition
 qua impro
 ctionem, qu
 vit! cur no
 cur non in p
 à vero, non
 rel argente
 chelem Th
 isdem pro
 grinos spe
 mus Jacob
 post Din
 XXXV. r
 nel. f. 43
 si vacat, &
 5-7. p. 361

NOT
 Pag. 64
 argento &
 Theraph
 & legg
 tia de imp
 im, mille
 matico a

nunt; ne Labano illorum inspectione innotesceret. per quod iter illa cum suis abiisset, quod Laban dicit, quare furatus es Deos meos, haud est illud fortasse, quod & augurari se dixerat, ait Augustinus quæst. 49. in Genes. Sed causæ surreptionis, de quibus *Iacobo* marito nihil planè constitit, possunt aliæ dari; *Una* quæ admittitur, si Parentem *Labanum* à superstitione ac idololatricæ ablati impie superstitionis instrumentis voluit abstrahere; *reliquæ* improbandæ; si voluit impedire Patris inspectionem, quod retinuerit, cur non marito indicavit? cur non igni aut terræ commisit, & sepelivit? cur non in profluentem abiecit? sed non alienum à vero, non tam ob materiæ pretium, quia ex auro, vel argento, ære &c. simulacra constabant, *Rachelem Theraphim* abstulisse; quam ipsammet isdem pro ediscendo rerum successu, & apud peregrinos sperato statu uti voluisse. Neque enim domus *Jacobi* initio planè ab idolis purgata erat, quæ post *Dinæ* raptum fuit mandata. confer Genes. XXXV. 1. 2. 3. vid. B. *Lutberus* Comment. in Genes. f. 430. Pluribus *Pererius* in h. l. p. 815. Lege si vacat, *Strozzium Cicogna de Magiâ* part. 13. c. 7. p. 361. seqq. Colonia.

NOT. 43. *Theraphim Michæ.*

Pag. 64. & 65. *Micham* ex optimo auro & argento &c. tres statuas confecisse &c.

Theraphimorum Michæ mentio fit *Judic. XVII.* 5. & seqq. Posteaquàm *Michæ Mater*, vidua, vetula & supersticiosa, quam *Rabbini* faciunt *Daliam*, mille & centum ficos in certo quodam domus loco ad privatam religionis cultum separasset,

filius

filius casu vel observatione reperit, & cum matrem
 imprecantem audiret, restituit illas 550. non sine
 augurii suspitione servatas uncias. Mater argen-
 tum omne Domino se consecrâsse ait, postmodum
 partem tantum simulacro faciendo impendit, reli-
 quumque sibi retinet. Ex ducentis siclis effigies li-
 gnea primò exsculpta, quæ argenteis deinde bracte-
 is, operâ Artificis, obducta, ut tota argentea ap-
 pareret. *Micha* ediculam simulacro dicavit, con-
 tra legem Mosaicam, quæ tunc neglecta jacebat,
 quin eo impietatis progressus, ut de suâ pecunia
 Ephod h.e. vestem sacerdotalem; & *Theraphim*
מוֹפְתָאִים simulacra, quæ responsa darent, fa-
 cienda curaret, vid. *Corr. Pellicanus* T. 2. p. 51.
Ar. Montanus h.l. p. 584. Judic. XVIII. 4. Sa-
 cerdos, qui primogenito *Micha* filio successit, &
 cui manus *Micha* impleverat h. e. fecerat sacerdo-
 tem & manus donis ac victimis impleverat, con-
 tulit Dominum, (suos *Theraphimos*) qui ut *Dî* ha-
 biti, ob singularem in divinatione usum, à quibus
 tanquam à Deo O. M. oraculum se impetrâsse *Da-*
nita autumabant. *Moncaus* pro innovandi pru-
 ritu simulacrum vituli formâ fuisse scribit; *Cheru-*
bum, inquit, vituli formâ fuisse etiam simulacrum
 illud statuo, quod à *Micha* montis *Ephraim* nobi-
 li accolâ constatum, eidemq; à Tribus *Dancohor-*
te furto ademptum & *Laisam* translatum: *Ido-*
lum Micha Hebraice *Theraphim* perpetuo nihil-
 minus vocari obtinuit. l. 1. de V. A. c. 16. p. 179.
 Ita ille meros Cherubos vituliformes in cerebro
 suo circumferre. Seduxisse *Moncaum* videtur *Phi-*
lo Biblicus, à *Gassarello* p. 64. exhibilatus. De
 his videatur *Cornel. de Lapide* in h. l. p. 182. *Ioh.*
Spencerus duo simulacra fuisse arbitratur, *Cher-*
 rubi-

nobiorum
 nom horum
 teum ex se
 quando
 tria libera
 statunt se
 non pigel
Seyth
 re sua reg
 nis conse
 nec excu
 quantum
 contra pri
 post: Ex
 trem ejus
 cum exist
 unt à sen
 sed lex I
 lia. F
 XXVII
 pretam
 ad cultum
 ex iphi f
 dotalis
 à Deo el
 71. *Tubi*
 xia fuere
 divino p
 libidinis
 ebrem a
 Rex in l
 unisquis
 Judic. X

rubinorum mensuram haud multum superantia, unum horum ex ligno argenteis laminis vestitum, alterum ex solido argento. Sed nimis est benignus, quando Micham ab omni superstitione ac idololatria liberare annitur, d. l. c. 4. sect. 4. Contrarium statuunt saniores Theologi. Adscribere & legere non pigebit verba B. Brentii: *Quemadmodum Scythæ non excusantur à parricidio, quod pro more sua regionis & amico animo Parentes suos senio confectos occidunt, mactant ac devorant: Ita nec excusantur ab impietate & idololatria, qui quantumvis bonâ ut sibi videntur, opinatione, sacra, contra primum præceptum Dei observant. Paulo post: Ex his nunc videre licet, Micham & Matrem ejus tunc longe omnium impiissime facere, cum existimant se suam pietatem exercere, faciunt quæ sculptile & conflatile in cultum divinum, sed lex Domini prohibebat sculptilia & conflabilia. Faciunt Ephod h. e. Superhumerales Ex. XXVIII. Faciunt Theraphim, quod nostri interpretantur idola, & videntur fuisse instrumenta ad cultum divinum &c. Alii ad cognoscenda ex ipsis futura. Usurpare autem vestes sacerdotales & instrumenta divini cultus extra locum à Deo electum, impietas est. in Judic. XVI. p. 71. Tubing. 1576. Peccato itaque & errori obnoxia fuere Theraphim montani illius Michæ, quia divino præcepto & promissio caruerunt, propriae libidinis, avaritiæ, ac impietatis inventa. Et quamobrem adornata sunt? Quia id temporis non erat Rex in Israël (qui legis Tabulas defenderet) sed unusquisque quod sibi rectum videbatur, faciebat Judic. XVII. 6.*

NOT.

NOT. 44. *Theraphim Michol.*

Pag. 62. c. 3. §. 6. *Quia & Davidus dem statuis usus fuisse videtur, cum de Michole legatur, tulit Theraphim &c.*

Falsissimum hoc Davidem iisdem statuis sive Theraphim usum fuisse. Dicit Textus: *Tulit Michol Theraphim, simulacrum (statuam) & posuit super lectum & pulvinar è pilis caprarum posuit sub capite ejus & operuit veste.* 1. Sam. XIX. 13. *LXX καὶ ἐλάβε Μίχολ τὰ κεινὰ Φα.* Non dicitur, Davidem usum fuisse istis simulacris, sed Micholem accepisse pro mariti piâ liberatione κεινὰ Φα, statuas, quæ formam hominis mortui habuerint, sed inanes Chaldeus: *Tsalmenaja, similitudinis Theraphim*, non ad colendum, sed representandum. *Genebrard. Comment. in Psalm. LXXIII. opinatur, Theraphim fuisse statuam sacram instar laris: quæ sententia pipulo sanè differenda est. Quis enim locus idoli aut Laris in domo Davidis Principis pietissimi? Rectissimè hic F. Ribera: Non alterius modi statuae apud Davidem: non imagines Astronomica ut quidam putant, non imagines factæ ad suscipiendam virtutem superiorum, fecit Michol ex variis hinc inde rebus statuam homini similem: qualis Tauris objici solet in circo, aut in hortis poni ad aves terrendas, vestibus scil. virilibus, aut paleâ aut ligno aut pannis oppletis & humani corporis membra simulantibus, aut certè quales tumulu impani solent, cum absentium fiunt funera in Hof. III. 21. Paria his Ribetius: Lignum aliquod rotundum vel aliud quid, quod pannu involutum homini jacentis effigens*

gem possit
pertum era
nem, etiam
Et verò
caprarum
ἦν τὸ
utrem ca
lem) acc
Ios
agrotant
capra, r
nientibus.
dit lectum
stragular
helare pe
eum exeg
videretur
rus vivus
tam anim
sephalle
IXL. quib
ptor poli
Iosephi r
caprarum
le caprin
tis quasi
nulli hic
caprarum
loris, ruf
vid. Cor
capilli pr
11. legit
pulver q

giem possit declarare, non enim apparebat sed-
 optum erat, habens longitudinem & latitudi-
 nem, etiamsi humanâ careret formâ in Hof. p. III.
 Et verò verba ista: Posuit sub capite eius pellem
 caprarum: LXX. aliter accipiunt & vertunt:
 ἦπαρ τῶν ἀργῶν. i. e. epar caprarum. Chaldeus
 utrem caprarum. At consule pro כְּבֵר (pel-
 lem) accipiunt כְּבֵר (epar.)

Iosephus: Melcha parato lecto tanquam
 agrotanti (Davidi) stragulis ἦπαρ ἀργός, jecur
 caprae, recens exemptum subjecit, diluculoq̄ ve-
 nientibus, quos Pater ad Davidem miserat osten-
 dit lectum operitum, & quod palpitacione jecoris
 stragulam moveri viderent, maritum egrum an-
 helare persuasit, addens totam noctem inquietam
 eum exegisse: l. 6. A. J. c. 14. p. 192. ut scil.
 videretur, non esse simulacrum aut statua, sed ve-
 rus vivusque Homo David respirans, qui ægro-
 tam animam sub stragulis traheret ageretque. *Io-
 sephi* assertum arripit *Theodoretus* in 1. Reg. quæst.
 IXL. quibus se meritò opponit *Casp. Sanctius* scri-
 ptor politissimus. Quin ipse textus sententiam
Iosephi refutat. Posuit כְּבֵר הָעֵימִים pulvmar
 caprarum. *Vatablus* Cervical caprarum, & pel-
 le caprina tunc pilosa, ut molli hâc pelle decumben-
 tis quasi caput fovere ac juvare videretur. Non-
 nulli hic comminiscuntur, *Micholem* pellibus istis
 caprarum, quæ in Gala aditide rufi & fulvi sunt co-
 loris, rufos Davidis capillos voluisse representare,
 vid. *Cornel. à Lapide* h. l. p. 321. Unde rufi isti
 capilli probari possint non video. 1. Sam. XVI.
 12. legitur. *Erat autem rufus* (rubicundus) &
 pulcher aspectu decorâq̄ facie. LXX. καὶ αὐτὸς
 ἦν καλὸς ὄψιν καὶ ἠγασμένον

ἦν περιέκτες μὲν κάλλοις ὁφθαλμῶν καὶ ἔρα-
 ῖος τῆ ὄρασις Tigurin. Erat rufus, pulchrâ
 forma & letâ facie. Beatus noster Lusber.
 Er war bräunlich mit schönen Augen und guter
 Gestalt. Faciei hic, genarum & oculorum at nûl-
 la capillorum facta mentio, multo minus autem
 lecto statua, quâ usus fuerit David, est imposita,
 nec, ut suos præstarent Theraphim effectus atque
 arcerent, aut occæcarent Sauliscos satellites, ca-
 præ fuerunt mactatæ: Id olim fiebat à consulto-
 ris Delphicum oraculum reservatis sacerdoti in
 præcinctorium pellibus, vid. *Diad. Siculus* l. 16,
 p. 428. & *Ioseph. Vercini* Dissert. de Orac. Ariet.
 c. 12. Theraphimos suos i. e. figuram hominû de-
 cumbentis Michol lecto imposuit, ut, quæ verba
 sunt Vatabli, David interim in locum tutum se
 reciperet, & hac facie, ipso absente, imponitur.

NOT. 45.

pag. 62. §. 3. & 6. Nec legimus eosdem à
 Deo eo nomine reprehensos &c.

Gassarellus hic suâ utitur libertate sed ha-
 bet, quos imitetur, *Christ. à Castro*: Ex hoc lo-
 cò, (Hof. XIII. 4. inquit, *Aben-Era* in Decalo-
 go Iaphed cum ceteris veteribus Hebræorum Ma-
 gistris colligit, sacrarum imaginum usum non fu-
 isse Hebræis prohibitum, sed profanarum & ido-
 lolatricarum duntaxat. In *Proph. Minor.* p. 110,
Mogunt. 1616. Bonum factum! quòd addidit,
 Profanarum & idololatricarum. Istiusmodi
 enim Spiritus S. improbat, quibus si *Michol* ima-
 ginem excipias, veteres operam dederunt. *Ioh.*

Boldau

Bolduco succurrere videtur Gaffarello: Nimbrod pro sua sanctitate post mortem suam à filio suo Nivo sub nomine Beli ingenti statua donatus est, circa quam deinde rudis populus pessime fornicatus, & inde idololatria sumpsit originem. Bonus tamen apud fideles istorum Theraphim seu Parentum simulacrum usus remansit. l. 3. c. 9. de E. arte L. p. 384. Quo in honore Theraphimi verè piis fuerint, quomodò ab ipso Deo æstimati, edocebit locus, ubi Saulis invicta impietas perstringitur & protrahitur 1. Sam. XV. 23. וְהָיָה הַרְפִּים Veaven hatteraphim hapesar, mendacium & Theraphim transgredi. LXX. Injustitia & Theraphim labores & dolores scil. inducunt. Vatablus: Idolum & Theraphim transgredi scil. voluntatem Dei. Tam grave peccatum, quàm velle scire futura per simulacra. Gentium idola nihil aliud sunt, quàm mendacium fallentia homines. Chaldeus: Sicut culpa (peccata) hominis qui errat post errores: (idola) sic est culpa (peccatum) hominis, qui addit ad verba Prophetarum. Tam ingrata sunt Deo simulata obsequia. Hinc Gaffarellus, Bolducus cum sequacibus discat, quo in æstimo Theraphim apud Deum habita, per quæ futura sciuntur, & in honorem Deorum, uti factum à Labano juxta Vatablum coluntur. Labani Theraphim istius sunt generis, ut primo omnium loco idolorum, quæ Chaldæa & mater abominationum Babylon peperit, locari possit; Id temporis, ubi dementia mentes hominum fascinat, ut Deum religiosè coli non posse crederent, nisi fictis factisque & salutatis Deisive Elohim nomine sigillis ac idolis. Quamvis Theraphim imagines fuisse, & in frequentem a-

ud Idololatrias aliosq; usum venisse apud Doctos omnes in confesso sit; ea tamen ab omnibus cujuscunque ordinis imaginibus æquè ac Cherubim nomine proprio & expresso distincta & separata, in scriptura perpetuò reperimus, ait Spencerus c. 4. sect. 9. de Urim & Thumim p. 162.

NOT. 46.

Pag. 65. §. 6. Cur Moses earum descriptionem accuratiorem non ediderit &c.

Tam mordicis suis nugis inhæret Gallus, ut pro concessio habeat, quod maximè controversum, & veritati adversum. Lex Domini prohibet sculptilia & conflatilia; Lex Dei dicit: Non habebis Deos alienos coram me. Alieni autem Dii sunt sacra, quæ non sunt Verbo Domini instituta. Omnia sacra à verbo Dei aliena, impia sunt, quantumcunq; bonâ opinione fiant, quòd si præterea & hæc opinio accedat, ut ea sacra observentur tanquam merita, quibus Deus placetur, & quibus peccata expiuntur, ibi tum bis impia fiunt, verba sunt venerandi in tumulto Brentii in Judic. XVII. Timere & consulere Deum, debuerunt & voluerunt optimi Patriarcharum, Summus Legislator Jehovah exclusa omni Theraphinorum memoria Abrahamo & posteris legem edixit: אֱלֹהֵי אֲנִי אֱלֹהֵי אֲנִי Ani el Schaddai, Ego Deus omnipotens Gen. XVII. 1. Deo huic toto pectore Abraham cum semine adhærere debet absque ullo simulacrorum cultu! Scimus enim, quòd idolum nihil est. & quòd Deus nullus est, nisi UNUS, II. Cor. VIII. 4. Alii explicant: Ego DEUS sufficiens: Nam

Divi-




No. 6.

No.



Nº. 7.



Stadts- und Universitäts
Bibliothek Hamburg

Stadts- und Universitäts
Bibliothek Hamburg

Ipsa
Deus ubi
naiver
re, uti
eberis
Nonnull
catur a
mammā
tendus
mibus
rare son
Gentile
fingend
Yov, I
mamm

Diana
quod
Mun
scripti
venat
multim
cant,
omni
T. 6.
Krech
latrie
& v
eadem
viven
invoc
celo a

201

Divina potestas

Ipsa suis contenta opibus non indiga nostris.
 Deus uberrimus. 𐤇𐤍 generaliter significat, in
 universum permeare, in universum dare vel adime-
 re, uti explicat Linguae S. peritissimus *Conr. Kir-*
cherus Concord. V. T. p. 1826. Francof. 1607.
 Nonnulli à 𐤍 *Schad*, mammâ derivant, signifi-
 caturi à Deo cuncta bona profluere, sicut lac ex
 mammâ. *Oleaster* in h. l. videtur locus ita ver-
 tendus: *Ego fortis beneficus, liberalis, bonis om-*
nibus exuberans, ut nihil boni sit, quod à me spe-
rare non possis, apud *Peverium* in Genes. p. 566.
 Gentiles hinc pro genio suo *Theraphimico* i. e. ad
 fingendum & mentiendum pronò πολύμασον
 Ἰσιν, Lunam seu Dianam multi-
 mammiam effinxere, ut videre est Fig. VI & VII.

Ephesi culta

Diana mammis cum multis & uberibus exstructa,
 quòd omnium viventium putaretur nutrix. apud
Min. Fel. Octavium. S. Hieronymus: Paulus
(scripsit) ad Ephesios Dianam colentes, non illam
venatricem, quæ arcum tenet ac succinata est, sed
multimammiam, quam Græci πολύμασον vo-
cant, ut scil. ex ipsa quoque effigie mentiretur se
omnium esse Bestiarum & viventium nutricem.
 T. 6. l. 1. in Epist. ad Ephes. Inspiciatur *Ath.*
Kircherus Oed. Egypt. sect. 3. c. 4. & 7. *Idolo-*
latrica sunt, quæ habet *Cornel. à Lapide: Vera*
& verax Christiana Diana est B. Virgo Maria,
eadem est multimammia, quæ nova Eva, mater
viventium, lac gratiæ & consolationis omnibus se
invocantibus impertit, in Act. XIX. 24. Toto
 cælo aberras *P. Cornelii*; in DEI, summi boni Be-
 nigui-

nignitatem es injurius. *DEUS* El Schaddai, ubera habet *consolationis* Es. LXVI. II. Pf. XXXVI. 9. Habemus Matrem Ecclesiam, cujus ubera vino suaviora Cant. IV. 4.

Annon verò verba satis clara & meridiano sole lucidiora, quæ ipse *Jehovah* in panegyri toto orbe celeberrimâ in monte Sinai pronunciavit; *Non facies tibi sculptile*. Exod. XX. 4. ὄψις *pesel*, quod est sculpere & dolare & tam de Ligno quàm lapide dicitur Ex. XXXIV. 1. LXX. 2. εἰδωλὸν *simulacrum*. *Bellarminus* l. 1. de Sanctis c. 5. p. m. 309. acriter perstringit *Henr. Stephani* in *Thef. L. Gr.* quòd εἰδωλὸν reddiderit per simulacrum. Pari vehementiâ abripitur *Gabr. Vazquetz*, putatqve imaginibus fieri injuriam, si *Idola* nuncupentur, quin propriam turpitudinem suorumquè expurgatorum celare nequit falsus posteriora verba: *simulacrum esse, numen aliquod representans, quod cultu & honore dignamur*: esse ab *rafa*, ut reliqua sine offensione manere possint, l. de *Cultu Ador.* 2. c. 1. p. 125. *Mogunt.* 1614. Hoc Pontificiis solenne esse demonstrat *Celeberr.* & de Ecclesia benè meritus *Dn. Hummius* in *Pelle Oyina Romanæ Ecclesiæ* detracta §. 481. 482. de *Indicibus expurgatoriis* p. 518. *Lubec.* 1637. *Dn. D. Dorschamus* Præfat. in *Zach. Theolog.* ad *Illustr. Ducem Würtenburg.* c. 2. l. c. *Dn. Hülfemannus* in *August. Confess. Disput.* 5. qv. 4. n. 1. & *Disput.* 8. qu. 5. n. 4. *B. Gerhardus*, T. 1. *Disput. Acad.* p. 851. & ejusdem *Confess. Cathol.* l. 1. p. 595. Confer. *Rrverius*, Tr. Præf. Crit. Sacræ. εἰδωλὸν Græcis ἰδωλὸν τῆς οὐμῶνς εἰδωλὸν, quasi εἰδοῦνη, dolo-

doloris species, uti in Fulgentii Mythiologicis Diophanto videtur, & vox דולר Idola dolores significat. Origo autem appellationis ex eo, quod dolores quotannis statuis & monumentis mortuorum, qui in Diis recensiti conspiciendi instaurarentur, apud Cl. Heideggerum H. P. part. 2. p. 32. Origenes, qui inter simulacrum & similitudinem distingvit locum Exodi Homil. 8. explicat: Si quis, inquit quolibet metallo auri, vel argenti, vel ligni, vel lapidu faciat speciem quadrupedi, vel serpenti, vel avis, & statuat illam adorandam non idolum sed similitudinem fecit: vel etiam si picturam ad hoc ipsum statuatur, nihilominus similitudinem fuisse dicitur. Idolum facit, quia secundum Apostolum Idolum nihil est 1. Cor. VIII. 4. & facit quod non est. Quid est autem quod non est? species, quam non videt oculus, sed ipse sibi animus fingit, v. gr. si quis humani membrum, caput canis aut arietis formet, vel rursus in uno hominum habitu duas facies fingat, ideo hac species Apostolus dicit. Idolum nihil est in mundo. Hunc sequitur Occumenius. Theodoretus in Exod. quest. 38. Idola sunt falsa simulacra, qualia Greci & Egyptii effingere consueverunt, formae scilicet non subsistentes velut sphingas, tritones, centauros, homines canino vultu. Explicatissime D. Athanasius de Gentibus: Ut qui penitus ex alto in terram afflicti, instar terrestrium cochlearum torquent sese ac reptant: Ita quoque impientissimi mortales ubi semel ceciderant a concipienda imagine DEI, homines deinde & hominum formas tum viventium, tum defunctorum in Deos retulerunt. Postmodum vero cogitationibus consiliisq; dete-

rioribus initis, in lapides etiam & ligna, reptilia
 tum aquatici generis tum terrestria, & in brutas,
 ferusq; beluas divinum & supramundanum nom-
 en transtulerunt, omnes interim divinos hono-
 res illis attribuentes vero ac legitimo, reg; ipsâ
 Deo Christi Patre rejecto. Paulo post: Quip-
 pe qui bruta rationabiliaq; animalia invicem
 permiscentes & in unam speciem contrahentes
 pro Dis colunt, quales sunt apud Ægyptios Ca-
 nicipites, serpenticipites, Asinicipites, & in Li-
 bya Jupiter Ammon vervecino capite configura-
 tus &c. Orat. contra Gentes p. 7. & 8. Heidel-
 berg. 1601. Erant Judæi Εἰδωλόφιστοι proni
 ad idololatriam, hinc prohibitam Εἰκονοποιαν,
 imaginum compositionem dicit Iosephus l. 18.
 c. 5. & erat Diabolus in idololatriam intentior,
 quod hæresin in tantâ Prophetarum luce non pos-
 set excitare. Venerabilis noster Chemnitz non
 absolutè prohiberi dicit Εἰκονοποιαν, sed quæ
 representativa, loco de Lege Dei p. 104. Neq;
 enim omnis lapidis erectio prohibita Gen. XXVIII,
 18. Jos. XXIV. 2. 1. Sam. VII. 12. Notum ta-
 men, non representativam tantùm εἰδωλοποιαν
 esse prohibitam, sed & crassam, ut terram seu
 Isidem sive Cererem in vaccâ, pisces in Dagone,
 seu Neptuno, solem in igne, cujus imaginem cry-
 stallis incluserant Persæ, de quo Curtius l. 3. &
 J. H. Heideggerus part. 2. Ex. 1. §. 35. 36. Non
 incongruè doctus Lorinus: Sculptilis imago di-
 stinctius & enixius prohibita est quoniam cul-
 tus idolorum versabatur potissimum in imagine
 sculpta vel statuâ, quæ soliditate partium &
 crassitie magis exhibet personas, quæ adorando
 proponuntur, quàm si hæc in superficie dura xat
 colo-

coloribus exprimat, in Comment. Act. XVI. 29. p. 674. Quin igitur omnis imago ad cultum, siue interna, siue externa, ad apostasiam seducens destinata siue veri Dei siue falsi sit, repræsentativa, prohibetur, clariss. *Danhawerm* Decal. Sinait. Disput. 5. Ubi E. veteribus permissus *Theraphimorum* apparatus, ubi illa à Mose concessa imaginum libertas, locum habet aut inuenit? *Quid prodest וַדָּא פֶּסֶל סְּוּפִילֵי? quia sculpsit illud Fictor sum conflatile & imaginem falsam: (vanam) quia speravit in figmento fictor ejus, ut faceret simulacra muta. v. e. qui dicit ligno expergiscere; surge; lapiditacenti: Numquid ipse docere poterit? Ecce iste coopertus est auro & argento: & omnis spiritus non est in visceribus ejus, Habac. II. 18. Idola nihil sunt 1. Cor. VIII. 8. Similes illis sunt, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis Psal. CXXXV. 18.*

NOT. 47.

Pag. 67. §. 8. *Siquis ex sonitu campana Avilensis &c.*

Inconvenienter nî fallor, Simulacra Author cum sonis comparat, ostenta cum illis, quibus naturalis efficacia ipso Judice inesse debet. De his Gaffarellum informare poterat eruditus & si minùs felix *Hieronym. Magius* de Tintinab. c. 14. & post hunc H. A. *Stockfeth* de Ufu Campan. p. 24. *Fatalis* fuit illa Nola, ut loquitur *Thomas Browne*, Reliq. Medici part. 2. sect. 6. quæ continui insimul miraculi nomen sortita. In Hispania illa est & in oppido *Vililla*, de qua *Varius* L. 2. de Fascin. c. 14. Per aliquot Menses antequam

quam aliquid adversi in Christianâ Republicâ contingat ex seipsâ, nemine impellente, pulsatur, vid. P. Euf. *Nierenbergius* Hist. Nat. de Mirac. l. 1, c. 8. Hoc Æs in turri quâdam colli impositum pendet circuitu ad 10. ulnas complexum sua sponte, id est, nullis hominum manibus, nullo vento, nullo terræ motu, alteriusve sub aspectum cadentis rei impulsu sonat: rarò tamen: semper aliquid magni portendere observatum. Id ajunt factum paulò antequàm *Sebastianus* Lusitanie Rex expeditionem in Africam suscepisset: cùm *Alphonsus* Rex Arragonie Neopolitanum regnum occupasset: Sub *Caroli V.* excessum: In periculoso *Philippi II.* Regis morbo: In morte *Annae* Reginae: Et Anno 1610. à 13. Junij ad 24. sonitus, de die in diem, per intervalla auditus: vid. *Georg. Stengelius* l. de Monstr. c. 6. §. 9. Apud eundem *Caspar Ens* referr de Comitibus *Westerburgicis*, qui arcem non procul à Rheno habuerunt; ob pestem aliò concesserant, non multò post redierunt. Dum arcem ingrediuntur, Ecce? Malleus horologii pro tertiâ & quartâ hora pomeridianâ sponte undecim ictibus, ex sonat: mirantur omnes insolitum errorem; Hospites causam ab arcis custode exquirunt, qui ait, nullam se ejus rei scire: Horologium quidem compluribus diebus à nullis tactum. Quid sit? Recrudescit pestis & Comites unâ cùm iis, qui redierant tot numero, quot æs campanum suoapte sonitu in dicaverat, interemit. Omnia hæc sunt monumenta! Felicioris Spei credo fore prælagia, quæ non ita pridem Anno 1676. 28. Julij die veneris in urbe *Landeskronensi* Scandinavie fortalio munitissimo, cùm concio haberetur, contigerunt!

Cùm

Cùm Regum
Monarcha C
cujus victori
rori esse
JESUS de
recuperasse
bibus super
gno conte
non sine N
et quinar
reret. & hi
tium oculis
V. VI V.
illa sunt an
rator, V
tium; et
Cùm
Vigeat ci
Vivatque
cibus.
super hab
Matr. XX
vid. *Clim
ticis Regi
Ne
peculiare
celebrem
nquam E
adeoque
teret. T
Ihu san spi
cautum off
per signon*

Cum Regum Serenissimus CHRISTIANUS V.
 Monarcha Christianissimus, felix Triumphator,
 cujus victorica signa hostibus usque & usque ter-
 rori esse *Rex Regum & Dominus Exercituum*
 JESUS clementissime jubeat! prædictam urbem
 recuperasset, de cælo tacta turris, contractis tra-
 bibus superioribus ad Templi horologium, ex li-
 gno confectum, fulmen descendit, mutavitque,
 non sine Numinis Providentiâ, numerum, sed ita,
 ut quinarium, alioquin facer aliquot locis ibi appa-
 reret, & hic ordo numerorum in circulo spectan-
 tium oculis se exhiberet legendum. I. II. III. IIII.
 V. VI. V. V. V. VIII. IX. X. XI. XII. Vota
 illa sunt anhelantium subditorum, ut Veniat Libe-
 rator, Vota & suspiria piorum animum precan-
 tium; ut CHRISTIANUS V. Rex,

Cujus de nostris Deus Optimus augeat annos!
 Vigeat diutissime, Vincat fortissime, Virtute Dei,
 Vivatque, æternum felicissime Triumphator feli-
 cissimus. Sed moneant, non susque deque aut in-
 super habendum illud Salvatoris VIGILATE
 Matt. XXV. 13. & Prædixi Matt. XXIV. 24.
 vid. *Climacus Grad. 19. Iul. Nigrontus in Asce-*
ticis Regulâ 15. n. 3. 4. p. 312. Col. 1617.

Ne quicquam Majestati deesset, Florentini
 peculiarem campanam MARTINELLÆ titulo
 celebrem sumpserunt, quæ integrum Mensem pri-
 usquam Exercitus in hostem pergeret, pulsaretur,
 adeoque hostibus ad defensionem tempus suppe-
 teret. Tanta Virtus NB. id temporis in *Vixis*
istis conspiciebatur, ut quod nostro ævo hostem in-
cautum opprimere in laude reputatur, id eum tem-
poris ignominia fraudisq. haberetur. Eadem
 eampa-

campana Exercitum comitabatur, ad ejusq; pulsum tam excubiæ disponebantur, quàm reliquæ militiæ munia componebantur. *Nic. Machiavelus* Hist. Florent. l. 2. p. 67. Lugdun. 1645. Præmonet Florentinorum Integritas, præmonet omnium ac portentorum gravitas. Tam fidum est summum Numen, ut non faciat verbum nisi prius revelaverit secretum Am. III. 8. Ut videat Homo, audiatque prius quàm sentiat. Longè aliter mundus, in quem quadantenus quadrare dixeris *Philippi Burgundi Emblema*, in quo ignitabulum cum silice, ex quo ignis percussu Silicis elicitur, cum *Lemmate*:

ANTE. FERIT. QUAM. FLAMMA.
MICAT.

Sed tela prævisa minùs nocent, impavidum ferunt ruinae.

NOT. 48.

Pag. 69. cap. 4. §. 1. *Quis non rideat ex perperam intellecta voce ypr Rakia &c.* Gen. l. v. 6.

A Campana Avilensi, quam sibi in Turri formaverat noster Author, ad cælum meat, & vastum speculatur olympum. In illis tamen, quæ de malè intellecta voce *Rakia* habet, improbari non potest. *Rakia* sive Expansum est à ypr *extendit, distendit*, distendendo rem fluidam continnavit, ut metalla, argentum & æs, dum liquefcunt in laminae extenduntur, ita *Schindlerus* p. 1770. Nec paulò aliter solertissimus *Mercerus, extenuavit*, ut auri bracteam deduxit. Adstipulatur illi *Nic. Fullerus* Miscell. l. 1. c. 6. interpretes LXX.

vertunt

vertunt
Besse) à firm
utpam in
ubique p
num Exer
J. Dry
Franeck.
Version. c.
docet Cla
sum corp
quis infer
aliud ari
pretioso S
Rakia in
sphara od
denotatur
(3) diffu
ris regio.
not ad e
(5.) Om
quam alt
Hier. Za
275. G
solus int
Proxim
Mercur
sola, s
levem Sa
reliqua or
bu nonus
u in Occ
cogit. L
Pneumaic
sua Mobi

vertunt *ερεώμα* firmamentum. B. *Lutherus*
Bestel à firmitate non duritie, quod nihil habeat
 uspiam inanitatís, sed omnia sui generis naturæ
 ubique plena, ut *Illustr.* ait *Scaliger* contra *Carda-*
num Exerc. 76. vid. *Libavius* l. 2. de ll. R. th. 14.
J. Drusus in Pentat. ad Gen. 1. 6. c. 5. p. 12.
Franeck. 1617. *Sixt.* ab *Amama* Censur. Vulg.
 Version. c. 1. n. 1. Rectius illud dici *Expansum*
 docet *Clar. Matth. Polus: Expansio est diffu-*
sus corpus aëris; Namquid nisi aër dividit a-
quis inferiores à mari & superioribus. Nec
aliud aëri nomen quàm ארץ & אר In Opere
 pretioso Synops. Critic. in h. l. Justo aequius
Rakia in varias opiniones extenditur (1.) enim
 sphaera octava cum orbibus Planetarum nonnullis
 denotatur. (2.) Duo elementa ignis & aëris,
 (3.) diffusum circa terram spatium, seu infima aë-
 ris regio. (4.) Virtus quæ cæli in elementa influ-
 nit ad eorum gubernationem & conservationem.
 (5.) Omnia corpora simplicia: (6.) pars superior,
 quam astra, & inferior, quam aër occupat, vid.
Hier. Zanchius l. 2. Hexaëm. T. 3. c. 1. n. 3. p.
 275. *Genev.* 1613. Juxta *R. Maimonid.* qui
 solus inter Hebræos recentiores sapere didicit;
Proximus nobis est Luna orbis, hunc sequitur
Mercurii sphaera, Mercurii orbis veneris, tum
solis, solem insequitur Mars, Martem Iupiter,
Jovem Saturnus, Saturnum octava sphaera, in quâ
reliqua omnes, que in expanso conspiciuntur. Or-
bis nonus est, qui singulis diebus circumit ab Orien-
te in Occidentem. Hic orbis omnes ambit ac
cingit. Lege *Fundam.* c. 3. Ita locatio cum
 Ptolomaicâ convenit, ubi *Nonus orbis* primam
 facit *Mobile*, vid. *Damasce.* de Fide orthod. l. 2.

c. 6. Si jam quæras quid sit Expansum? Respondent Autores, *Rakia* appellationem superioris globi cælestis sibi vendicat, est enim magnitudinis immensæ, adeo ut terrestris omni magnitudine in punctum sit reductus. At cælestis est vastissimus thesaurus puræ totius subtilis tenuisq; naturæ corporeæ vid. *Nic. Fullerus* Miscell. l. 1. c. 6. Dicunt; *Rakia* expansum est totum illud, quod nunc est vel cernitur, aut quovis modo sentitur esse, inde à terræ & aquarum superficie usque ad extremum universi convexum, vid. *Pererius* in Genel. l. 6. n. 88. p. 28. *Dav. Paræus* in h. l. p. 141. *J. H. Hottingerus* breviter: *Rakia* est cælum ipso nomen imponente creatore; tum stelliferum, tum æereum, in quo volucres. Cujus usus primò distinctivus, quia distinguit aquas superiores ab inferioribus (2.) Receptivus; in quo arbores, plantæ, in quo homines & animalia crescunt & se extollunt; (3) Constitutivus; Rerum omnium vita, commoditas & usus foret sublata, nisi hæc intercapedo liberum concederet spatium, in Hexaëm. Operum 2. diæi cap. 2. qv. 1. p. 69. *Pererius* p. 25. *Conr. Aslæus* Phys. Christ. probl. 1. in Genel. l. 6. p. 178. *Hanov.* 1613. Jure merito Academiæ patriæ decus ac firmum ornamentum Excell. Dn. D. *Augustum Varenium* Præceptorem meum colendissimum nomine ac re ob Variæ Eruditionis, judicii, memoriæ ac eloquiū laudem Augustum heic sisto, ejusquæ sententiam, quæ laudato Polo arridet, utraque amplector: Concludimus, inquit ille, *Rakia* classis secundæ diæi rectius dici per expansum quam firmamentum. Sic *Münsterus*, *Fagius*, *Vatablus*, *Clariss*; *Drusus*, Hinc
prin-

principaliter nomine expansi venit æthereum cælum non exeluso aëreo, quippe naturâ homogénéâ, ita ubiq; describitur creatio, neq; cælum æthereum est creatum die primo, sed secundo. Atq; adeo totum illud Rakia seu expansum in medio aquarum dividens inter aquas superiores & inferiores est cælum æthereum, pariter ac aëreum, sive tota illa congeries Atomorum aërearum totumq; illud expansum à terrâ usq; ad cælum ultimum; Explicat. in h. l. p. 44. vid. Zanchius d. l. n. 4. p. 277. Totam machinam caelestem ætheream & aëream dicimus esse hoc Rakia, quæ creata est die 2. à Deo cum in alios fines; tum etiam in hunc ut divideret aquas ab aquis. Cujuscemodi verò crySTALLINI isti cæli, quos ex vocis Rakia ignorantia Gassarellus noster profuxisse profert? Bonaventura in secunda Distinct. Dist. 14. n. 1. cum reliquâ Scholasticorum turba cælum illud crySTALLINUM fabricavit, h. e. ex aquis purissimis & frigidissimis congelatâ instar glaciæ aut crySTALLI super firmamentum existens. Credo pro refrigerandis ignibus! Cùm tamen Aquæ supracælestes, per quas Origenes allegorizans Angelos intelligit, Homil. in Gen. 1. quos tamen spiritus seu ignem fulgentem Psal. CIV. 4. facit, vocatque; sub Rakia juxta ordinem Mosaicum מַעַל לַרַקִּיָּה Meal larakijah, non super sed desuper expansum Gen. I. 7. locentur. Et rectissime vertunt Biblia Belgica: Ende Gode maecte ,, dat Durspansel/ ende maecte scheidinge tuschen ,, de Wateren/ de onder het Durspansel sijn/ ,, ende tuschen de Wateren die boven het Durspansel sijn. In Glossa Marginali: De Wateren die dat boven; verstaet de Wolcken die boven

ven het onderste deel deses Dutschansels dryven
 offte eenige andere Wateren/ die na de Schey
 dinghe haare plaetse beven mochten hebben
 genomen. Vid. Sixtin. in Antibarbar. Bibl. p.
 283. *Aflacus* d. l. p. 201. Cœlum verò Ezech.
 l. 14. & 23. formidabilis crystalli planè est mysti-
 cum, de quo vid. *Pradus* in h. l. Et parùm ad-
 mittit Crystallini cœli figmentum. *Fr. Valesius*
scholasticorum ineptiis insistit: Ut fatemur
ait calum & astra ignem esse igne quodam ce-
lesti, qui prestantioris quàm elementaris est na-
tura, fulgore solum referens illum, non etiam ca-
lore & siccitate: Ita dicemus, cœlum illud, quod
plurimi hanc ob causam vocant crystallinum, a-
queum esse, aqua quadam celesti, quæ puritate
aquam referat, non tamen frigore aut humore. c. 1.
 p. 33. *Francos.* 1619. Nonam igitur spheram
 aquas esse, supra firmamentum, & in crystalli spe-
 ciem congelatas, eòque cœlum dici crystallinum,
 non quod durum sed clarum sit, otiosorum quo-
 rundam est commentum, quos cum aliis refutat
Zanchius d. l. 1. 4. p. 276.

NOT. 49.

Pag. 69. §. 1. *Mosi cornua appingere, &c.*

Parcere debebat vulgatæ versioni in gratiam
 laorum, quin ipsius Pontificis M. Sixti V. cujus
 iussu Antwerp. 1628. recognita prodiit. Ibi
 verba Exod. XXXIV. 29. 30. & 35. Sic habent:
Cum descenderet Moses de monte Sinai, tenebat
duas Tabulas testimonii, & ignorabat, quòd cor-
nutata esset facies sua ex consortio sermonis Do-
mini. Videntes autem Aaron & filii cornutam
Mosis

Mosis facies
videbatur fa-
sed aperit
laqueum
porum mi-
 l. 4. de R.
 nem cum
 Cenl. Vol
 au' d' d' d'
 ses cri' V
 literatis e
 Mose no
 ciei sua:
 inq. mod
 ciei sua
 pp. A
 Karan
 cum Ho
 tentè in
 cornuam
 le intelle
 haber: p
 poluerunt
 in capite
 ait Vate
 eius, qui
 cat Com
 ses ignor
 doris fac
 rum glori
 LXX. In
 d' d' d' d' d'
 and, cu

Mosis faciem, timuerunt propius accedere. Qui videbant faciem regredientis Mosis esse cornutam, sed operiebat ille rursus faciem suam, si quando loquebatur ad eos. Ad statuminandas Episcoporum mitras bicornes, de quibus Polyd. Virgil. l. 4. de R. l. c. 7. agit, non correctam esse versionem cum Rainoldo suspicatur *Sixtinus Amama* Cens. Vulg. Vers. p. 137. Certè si versio ista ἀντολεξεί & secundum literam accipiatur, Moses erit *Vir corniger*. At verò Metaphrasis ista literatis est absurda: *Textus Hebraeus* habet: *Et Mose non sciebat, quod resplenderet cutis faciei sue: & ecce resplendebat cutis faciei eius, inq̄ modum cornuum radios diffundebat cutis faciei sue, cum loqueretur cum Domino.*

¶ *Keren* cornu significat, unde verbum קרן *Karan* splendere, fulgere, radiare: quòd scilicet cum Homo solem aut quamvis aliam lucem intentè intuetur, jam videtur illi quodammodò cornuum instar, radios emittere. Ex falsâ & male intellecta veteris Interpretis versione, quæ sic habet: *ignorabat &c.* Imperiti Linguarum imposuerunt populo, Mosem habuisse duo cornua, in capite, quod falsissimum esse nemo non videt, ait *Vatablus*, *Radii miri ferebantur de facie eius, qui reverberabant oculos intuentium*, explicat *Comestor* h. l. f. 58. b. *Chaldaeus*: Et Moses ignorabat, quod multiplicata esset forma splendoris faciei suæ, videbant multum esse splendorem gloriosi vultus Mosis. Σύμφωνά habent LXX. Interpretes: *καὶ Μωσὴς οὐκ εἶδεν, ὅτι διδόξαζεν ἡ ὄψις αὐτοῦ ὡς ἑξ ἑσπέρων αὐτοῦ, ἐν τῷ λαλεῖν αὐτῷ αὐτοῦ*: *Et Moses*

non novit, quod clarificatus esset aspectus cutis faciei sue; Rectè B. Lutherus: *Dass seine Haut des Angesichts glänzte.* Vide versionem Belgicam. Optimè autem S. Apostolus rem explicat: *Adeo ut non possent intueri filii Israël in faciem Moysi, propter gloriam vultus ejus.* 2. Cor. III. 7. vid. Doctisf. Christoph. Crinesius *Discurs. de Consul.* Lingv. c. 12. p. 129. Noriberg. 1629. J. Drusius *quæst. Hebr. I. 1. qv. 1. pag. 3.*

Sed hîc se prodit pictorum licentia, quæ cum ignorantia conjuncta est. Observabit Eruditus Lector, in Bibliis Lat. Lugduni in Gall. 1521. editis, passim Moïsen per totam Exodi librum, ubi ejus sit mentio pingi cornigerum; id mirum saltem, abstinauisse à Moïse, cum Infantulus cista imponeretur. Sed & hoc, quod *Sixt. Senens. Bibl. S. Annot. 116. p. 464.* scribere ausus fuerit: *Ex hoc emendari potest prava vulgi consuetudo, qui duobus cornibus pingunt Moïsen. Non ei cornua è fronte egrediebantur, sed & frons, & nasus, & os, & mentum, radiabant, & mirum, quod Hieronymus non consideratâ veritate Hebraicâ non animadverterit &c.* Subjungens: *Rident itaq; nos & execrantur Judæi, quosies Moïsen in nostris templis cornuta facie depictum aspiciunt, quasi nos eum Diabolum quendam ut ipsi stulte interpretantur, esse putemus.*

Quicquid hujus rei sit, Metaphorum convenire huic negotio, judicant Doctiores. Quemadmodum Sol intuenti radios videtur emittere: sic Moïses spectantibus Israëlitis radiavit. Quin etiam 177 non suâ involvitur ambiguitate, quia cornu & radium significat & pro fortitudine, a-

bundan-

abundantia, f
Potentia, q
esse doce
Ephraimit
1. Reg. XX
bo à Zedek
riam done
Ammone
Macrob
lem occid
mbw fing
valet, sic
169. & 2
formatur
L. 6. p. 1
nonnulli
monia re
denotati
templum
constitut
luta sunt
tionibus
O. G. c.
nit. D
ram affi
logis ost
fis, qui d
cat, apud
p. 137. &
Alexand
utramque
cornua ari
Ammone
olanderet

bundantia, felicique rerum successu accipitur. *Potentia*, quâ Moles pollebat hieroglyphicum esse docetur Deut. XXXIII. 17. Hinc cornua Ephraëmiticæ Tribus tradunt fuisse Insignia vide 1. Reg. XXII 11. Ubi de cornibus ferreis Acha- bo à Zedekiâ oblati, dicente: *His ventilabis Syriam donec deleas eam.* Solis potentiam in Ammone cornigero gentes voluerunt declarare. *Macrobius Ammonem*, inquit, *quem Deum solem occidentem Libyes existimant, arietinis cornibus fingunt, quibus maxime id animal (aries) valet, sicut radius sol.* Saturnal. l. 1. c. 21. p. 369. & *Arnobius: Hammon cum cornibus jam formatur & fingitur arietinis*, Adversus Gent. l. 6. p. 188. Antwerp. 1604. Arbitrantur nonnulli: Chamici regni sive Africæ, quæ Ammonia terra dicta est, potentiam hoc schemate denotari. At *Servius* in *Æn.* 4. Jovi Ammoni templum cum simulacro cum cornibus arietinis constitutum, quod ideò fingitur, quia sacis involuta sunt ejus responsa, quæ tortis ac flexis locutionibus constabant, vid. clar. *Clasenius* l. 2. de O. G. c. 3, p. 285. Jam vox in contemptum venit. *Drusius* d. l. Ei qui uxorem habet adulteram affingi solere duo cornua ex Hebraicis Apologis ostendit, vid. *Steuchus* Episcopus Xifamensis, qui de Diabolis uxore adulterâ (mundo) explicat, apud *Sixtin. ab Amam.* in Genf. Vulg. Vers. p. 137. & in Anti-barbaro Bibl. p. 671. Placuit *Alexandro* Macedoni, qui gestis replet solis utramque domum, de quo Daniel VIII. 5. seqq. cornua arietina fronte præferre, ut se cornigeri *Ammonis* filium, Parentis *Philippi* immemor, ostenderet, *humanum decus approbrio afficiens,*

uti loquitur Clem. Alexandr. in Protreptro. & hoc cornigeri habitu sæpè frequentabat convivia, Diod. Sicul. l. 2. c. 2. l. 3. c. 73. Cyrrhos duos habuisse dicitur, aut galeam fuisse bicornem. Aureum capiti arietini figmentum interstitum lapillis pro diademate gestare solitum memorat Amm. Marcell. l. 19. Nec illud de Galea cum cornibus gratis scribitur. Cornua in galeis gestasse milites docet Cl. Vossius: Ammon & ejus filius Osirus, qui Liber sive Bachus in bello gestarunt galeam hâc figurâ, seu pellem bubuli cum cornibus pro galea habuerunt more antiquorum, & galeam κωλέην, si è caninâ, λυκίην sive lupinâ esset pelle, appellarunt. Postea pro pellicæ galeis arca sunt introducta, & ferrea figuram animantis muti aut capitis saltem in eâ expresserunt, de Idolol. l. 1. c. 22. p. 103. B. Ursinus T. 1. Analect. l. 1. c. 34. p. 50. Waserus l. 2. de Numm. Hebr. exhibet numisma radiatum in capite, cujus in alterâ parte flos conspicitur, quo Rhodienses, uti conjectura est, floridam potentiam vicinis voluerunt demonstrare. Nummi hujus etsi aliter effigiati meminit Seldenus de Jur. Hebr. p. 229. Idem Author lectu dignissimus l. 2. c. 6. exhibet imaginem Mosis cornigeri longè diversam ab illâ Schickardianâ in Tharich Proëm. p. 33. & 34. Postquam docuerat interdiktas esse imagines icunculam refert repertam prope Londinum inter rudera, in quibus crispus crinis & cornu cernitur arietinum; additque jussu Regio imaginem formatam pro insigni tentorii, in quod Judæi Aglienses se recipere, quotquot Christianismo nomen dare pertinaciter nollent p. 132. Londin. 1640. Potens igitur miraculis
Moses

Moses, cui
jubare que
male acco
pp ali
poterunt
riam qua
miam Di
neal. Ge

Pa
lenfia, q
in dicit
ventam
numm
I
pulchri
intemp
correp
quidan
rem cla
partes
cum D
sati su
diceba
i. e., o
queo
sta: P
quid in
dignit
Perom
doris T
Sed qual

Moses, cujus facies adeò præclarè resplenduit, jubarque visum à se tundere, à simplicioribus ob malè acceptam & intellectam vocem Hebræam Ἰσραήλ aliter quàm fas erat depictus fuit: Evolvere poterunt Theologia Studiosi horribilem Historiam quæ An. 1534. Stasforti centigit, & blasphemiam Diaboli de cornibus Moïsis T. 6. Lutheri Jenens. German. f. mi 333. seqq.

NOT. 50.

Pag. 72. §. 9. *Similiter falsus est Stapulensis, qui Gallicorum Insigniorum antiquitatem in dubium vocans vocem apud Aristotelem inventam κερύων non lilia sed annulos interpretatus est,*

Indignari videtur Autor & succensere Stapulensi ob vocabulum κερύων, quem, ni fallor, intempestivo Zelo persequitur. Haud absimili correptus meo tempore Regiomonti Advocatus quidam G. C. contra D. Riccium, Juris Professore clarissimum, in Electorali judicio Clientis sui partes strenuè defendentem, insurgebat. Nam cum Dn. Riccius interventu tympanorum Adversarii sui exceptiones percipere haud facile posset, dicebat: Ich kan vor den Frommeln nicht hören: i. e. ob tympanorum sonitum percipere te nequeo. Ad istas voces excandescens Antagonista: Protecstor de injuriis Domino meo illatis; quid ita reponere Riccius: Er hat meines Gnädigsten Churfürsten und Herrn Paucken vor Frommeln gescholten: i. e. Serenissimi Dn. Electoris Topia tympanorum voce dehonestavit. Sed qualis hæc injuria, quam Serenissimus Elector

infra indignationis dignitatem omninò colloca-
bit. An igitur crimen est læsæ Majestatis si
κρίκων per annulos interpretatus fuerit? Verba
sic habent: Καθάπερ ἐν καρρηδόνι φασὶ τὸν
ἐκ τῶν ΚΡΙΚΩΝ κέσμον λαμβάνειν, ὅσας ἀν
ἐραβύσωνται ἐραβείας Aristotel. Polit. l. 7. T.
2. c. 2. p. 536. Genev. 1597. Verba ex versio-
ne Julii Pacii sic habent: Apud Carthaginenses
ferunt ornatum ANNULORUM accipere
pronumero expeditionum in quibus militaverint.
Uter horum plus peccavit, an Stapulensis rectè
vertendo, an Gaffarellus malè locum inspiciendò;
qui κρίκων legit pro κρίκων? Ita Gentis amor
oculos fascinat, ut (1) quæ dicuntur de Cartha-
ginensibus de suis Gallis, quorum antea fit mentio,
accipiat. Dicit enim Aristoteles: Præterea
apud gentes omnes, quæ possunt prævalere huius-
modi honoratur, ὅτιον ἐν Σκύθαις, καὶ Πέρσαις
καὶ Θραξί, καὶ κελβίς, seu apud Scythas, &
Persas & Thraces & κελβίς, Celtas (Gallos.)
De Celtis vid. Strabo l. 3. p. 97. l. 4. p. 123.
Aquitanos & Celtas eos appellabant, quos Py-
rena monti adjacentes Zemmenus mons distin-
minat, & l. 4. p. 132. Quinam verò per Cel-
tas intelligantur Historici & Geographi inter se
disceptant. Vox ipsa Celta ostendit Germanicæ
esse originis, & id sonare, quòd Gelthen valere,
unde pro levi inflexione Græcorum γῆν κ verti-
tur. Sicuti contra vox Wermani mutatur in τὸ
Germani, vid. D. Casp. Danckwerth Descript.
Holfat. p. 1. c. 7. Clarisf. & B. Dn. Nic. Sel-
næ eccerms dictionem Celtarum juxta nonnullos de-
rivat

riat à voce
habet signi-
ficat. (2) Gal-
Gallicæ
rosam l. 5
mons dice-
ros esse C
brato Ga
migrare
liti. (3)
iporum
Virgilium
sequenti
corum
Graci
Cimmer
fuisse
termini
ne Cla
Galat
Opera
latis pra
tus de m
ment. fi
l. 3. &
Herculi
fatio.
tas in Se
1. §. 3.
plures pe
nequit ar
bitis, luc
Pari

rivat à voce *zehlen* / quæ numerandi cum celeritate
 habet significationem, unde eqvo toltuario nomen
Zetter. Pferd / quodd celeriter sed ordinare incedat.
 (2) Galatas à Galate Rege filio Herculis è virgine
 Gallicâ suscepto apud *Diodorum* l. 6. in fin. & *Bero-
 rosium* l. 5. (3.) à Galatâ Polyphemi filio, quorum
 unus dicebatur Galates, alter *illyrus*. A Galatâ or-
 tos esse Galatos, apud *Apianum*. (4) Ab He-
 brao Galah vel Galal i. e. volvit, sive àvolvendo
 migrare *walten* / unde Celtæ Galli *wahlen* & *wal-
 len*. (5.) à Græco *γάλα* i. e. lac, quod lacteus
 islorum corporibus tribuatur color, apud *Livium*,
Virgilium, Lactantium Præmittit hic ex *Iosepho*
 sequentia: *Gomer filius Iapeth autor est Goma-
 reorum* i. e. *Cimmeriorum seu Cimbriorum*, quos
Græci vocant Galatas. Sunt enim Galatæ etiam
Cimmerii licet non soli. Et Celtæ Germanos
 fuisse, qui *Gothis & Hevulis vicini & sepe in-
 termixti habitaverunt*, constat ex *Trebellio Pollio-
 ne Claudii imperium describente*. Et asserit;
Galatas sive Celtas fuisse originaliter Germanos
*Operæ pretium erit perlegere Orationem de Ga-
 latis præmissam Epistolæ ad Galatas*. vid. *Taci-
 tus* de morib. Germanor. *Iul. Caesar* l. 6. *Com-
 ment. fragm. Strabo* l. 7. *Phil. Cluverus* *Introd.*
l. 3. & celeberrim. *Dn. D. Conringii*, *Mosarum*
*Herculis in prædictos Autores eruditissima præ-
 fatio*. Nec pigebit legisse *Pacifici à Lapide* *No-
 tas in Sever. de Monzambano* *Discur.* 4. ad cap.
 1. §. 3. Quod igitur commune verbum est, quo
 plures populi designantur, uni solique Nationi
 nequit attribui. At cui bono antiquitatem è lu-
 bricis, incertis, & contrariis velle deducere?

Pari ausu Nobilis quidam probatus Fa-

miliam TOTTORUM esse vetustissimam & fundatoris istius profapix Peer Tott famam stabiliturus citavit illud Virgilianum:

Per varios casus, PER TOT discrimina rerum

Tendimus ad Latium &c.

Uti Excell. Dn. Schuppianus in Anten. refert, non longè ab initio. Sed in re seriâ & Regum gloriâ ineptire non frugi est subditi. Constat tamen versioni Stapulensis sua virtus. *Κόιν* enim dicitur pro *κίριον*, annulos seu circulus. *Τῶς κίριος τὸ πένθος* annulos tornant apud Theophr. in Hist. Plant. l. 4. c. 2. ubi agit de arbore cruciferâ. Et apud Strabon. l. 12. est *κίριος* annulo trajicio, sed de his vid. Henricus Stephanus in Thesauro, & Cl. Th. Bartholin. Sched. de Armillis p. 9. & 41.

Ne verò suo ornamento spolientur Galli suisque annulis, qui Carthaginensibus ab Aristotele tribuuntur, producenda est Clariss. Kirchmanni liberalitas, qui in aureo de Annulis Tr. hæc profert: *Medium digitum Phnius l. 33. c. 1. excipit, quanquam Gallis olim Britannisq; morem fuisse asserit, ut eo annulos gestarent: cuius tamen rei testimonium non memini me alibi legere, cap. 4. p. 28. vid. Iob. Schefferus de Torquibus §. 9. p. 39. & §. 12. p. 55.*

(2.) Non magnam esse differentiam putat Autor inter *κίριον* & *κίριον*, inter circulum & liliam, de quo Aristoteli loc. cit. ne per somnium quidem in mentem venit. Graviter Nobiliss. H. Spelmanus: Magna MAJORI Maxima pertinacia clypeum, ac si DEO. O. M. curæ esset
morta-

mortalium
guimus alle
vulgata
& ut on
destiores
gestare cu
hunc clyp
signum
altervet
France p
vid. Bar
p. 274
lilia? (c
loris car
d. l. in d
rum Ant
nes in ca
lem & u
sanem
rubra in
i. e. cre
lam ca
Sicuti p
Salama
pata p
Curios
] Ctas &
lectui in
gi Chry
cessum,
illorum
dno reco
palatum
pergit, a

mortalium factus è cælis Clodoveo dimissum, *Ganguinus* asserit autore nullo, & ut ingenue fatetur vulgatâ famâ. Goropius etiam è cælis deducit, & ut omnes superet ineptias à *Noachi* avo. Modestiores ajunt, Clodoveum miraculis regnum gestare cupientem ab Eremita quodam monitum, hunc clypeum asportandum curasse tribus liliis insignitum, qui etiamnum in Abbatia *Jornevalensi* asservetur. (Ex *Tilleti Recveil des Royes de France* part. 1.) in *Aspilog*. p. 36. *London*. 1654. vid. *Bartholom. Chassaneus* Conf. 37. de Gl. M. p. 274. Ibi causam exponit, (1) *Cur in clypeo lilia?* (2.) *aurea?* (3.) *tria?* (4) *in campo coloris carulei ponantur.* Laudatus *Spelmanius* d. l. in dubium vocare contendit affectatam liliorum Antiquitatem, quòd aliis Regum tres *Bufones* in campo aureo, quo *Franci* se terram, fertilem & uberem occupasse significabant, vid. *Chassaneus* Confid. 31. tribuantur: Aliis tres coronæ rubræ in argenteo clypeo: Aliis tres monoides i. e. crescentes lunulæ: aliis *Leo erectus aquilam cauda sustinens*: Aliis *Leo sine aquila*. Sicuti postmodum à *Francisco* I. Rege Franciæ *Salamandra*, & Filio *Henrico* crescens *Luna* usurpata p. 39. Relinquendæ sunt Heroibus suæ ideæ, *Curiosus* liliorum assertor est *Greg. Tholosanus* Ictus Autorque nobilis, qui nimium quantum affectui indulget, quando asserere non veretur; *Rege Christianissimo pro Insignis Lilium è celo concessum.* Antea Reges *Gallie* inquit, *bufonibus* illorum loco usi. Verumq; in *Natura* sigillo abdito reconditum, Nunc forsàn à me primò propalatum. Quale igitur *Corymbus*? Non semel pergit, admiratus in capite galli gallinacci in cerebro

rebros integro sine fractura exossato, quod sit facile, in multum elixato, comperies facie una bufonem, quo in dorsum verso, altera facie exprimitur miro artificio Lilium, unde mihi symbolum certissimum Monarchiam ultimam in Regem Galliarum devolvi debere. In Prælod. Opt. Jcti l. i. c. 11. Tollat aliquis baculum de angulo, ne cras pluat. Optares tibi præ hoc capite ominoso Cyri gallum aureum haste affixum, de quo H. Spelmannus p. 6. Pari consequentiâ sibi illudat Dn. Aubery Advocatus Parisiensis, & Consiliarius Regius libello sed sua fata experto, *Des justes prétensions du Roy sur L' Empire. A Paris chez Antoine Bertier M. DC. LXVII. Avec privilege du Roy.* Ubi capite 3. Axiom. 35. adulatur: Delphino Francia ex matrimonio Regis Ludovici XIV. & Regina Maria Teresia nato, promittunt omnes rerum circumstantiæ INFALLIBILITER futurum imperium totius maris & totius terræ, & consequenter MONARCHIAM UNIVERSALEM. Scilicet

Quando Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim!

Deceptus largo promissor hiatu parasitorum Astrologastorum somniis, ut pro vero habeat futura, de quibus veritas nõ determinata. Parisiis ait And. Argolus, *culminat latus fulgens Persei, natura Saturni, & Iovis, multumq; conferet ad stabilienda & amplificanda.* In Pandosio Sphær. c. 63. Haud absumili credulitate seductus Iac. Howel. Anglus concludit: *Necessario oportere ut Gallia sit animosa & bellicosa, eò quod Mars (Planeta) sit ascendens Gallia ut Astronomi asserunt.*

In

la Proëdria C
 anni 1664.
 Germanice,
 fuit Erodius
 Ludovicus
 contra Ba
 Equitum è
 torques er
 æqualibus
 TE: Spes
 SPES
 not
 cia
 all
 M
 Ab im
 fuit relin
 bolum, ur
 gulli, F
 Deam, L
 SPE
 Spes adhi
 FIRMA
 hri alior
 ait Aub
 aliud cor
 que Rea
 menti ac
 ne, quon
 2. S. 13.
 Forcatul
 Tri
 que contr
 tur, non

In Proëdria s. Præcedentia Regum p. 169. Londini 1664. Præensionibus verò *Auberianis* Germanicè, hoc est, masculè & feliciter se opposuit Eruditiss. *Kippingus* l. edito Bremæ 1668. *Ludovicus* II. Dux Borbonius ex Africa, in quam contra Barbaros exercitum duxerat, reversus, Equitum è carduo Mariæ ordinem instituit cui torques erat aureus è liliis contextus, interstinctus æqualibus intervallis Cardui foliis, cum LEMMA-TE: Spes! apud *Causinum* in Polyhist. l. 10. §. 47.

SPES *Auberio*, idealem & Utopicam olim nascituram Monarchiam: Spes & fiducia *Germanorum*, Romanum imperium, asserente sacra pagina, secundum Deum, Monarchiam esse ultimam.

Ab imperatoribus Romanis mutuata, iisdem sunt relinquenda. *Lilium* enim SPES fuit symbolum, unde inscriptiones *Alexandri*, *Pii*, *Augusti*, *Emilii*, *Claudii*, in quibus cernere licet Deam, *Lilium* dextrâ tenentem, cum *Epi-graphè*: SPES. PUBLICA. SPES. AUGUSTA.

Spes adhuc dum per Dei gratiam *Germanorum FIRMA* & inconcussa, irritam fore spem *Auberii* aliorumque adulatorum. *Quemadmodum*, ait *Aubery*, sigillum Regis Francia non debet aliud continere insigne quam tria Lilia; Sic neque Rex Francia in solemnibus & magni momenti actibus NON DEBET alia uti inscriptione, quam sola Regis FRANCIAE. Præens. c. 2. §. 13. Ita illum docuit lepidum caput *Steph. Forcatulus* l. 6. de Gall. Imperio.

Tria Liliorum mysteria pandit *Chassaneus*, quæ contrahenda. Tria inquit, lilia usurpantur, non majore nec minore numero; quia continet

tinet principium, medium, finem. (2.) Trinitatem. (3.) Tres Christi natiuitates, aternam, temporalem & spiritualem. (4.) Tres anime rationalis potentias. (5.) Tres angelorum hierarchias. (6.) Tres virtutes, fidem spem charitatem. (7.) Tres unitates, unum Dominum, unam fidem, unum baptisma, Eph. IV. (8.) Trias opera pœnitentiæ Confid. 31. p. 284. 249. Omnino Gallia necessaria, quibus adde pro triplici ternario, concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vite antiquandam, quia non ex Patre sed ex mundo, & mundus transit & concupiscentia eius 1. Joh. II. 16. 17. & flaccesit tandem decus liliorum, 1. Petr. 1. 24. Ef. XL. 6. Jac. I. 9. & 11. Sed annon etiam cum Præceptore suo *Auberius*, qui imperare & præscribere audet Regi suo Monarchico NON DEBERE aliâ uti inscriptione, quam sola Regis FRANCIAE, quæ vox Germanorum tinnit Originem, quam inuitus agnoscit culpandus est. Quid si Rex vellet aliâ? quo se nec *Fercatuli* nec *Auberii* papyraceo edicto Rex non adstrictum ostenderet. Sciat interim IMPERATOREM ROMANUM non aliâ appellatione salutari debere, quam CAPUT & REGEM REGUM Christianorum, & hodie contra insultus malevolorum Virtute Dei *Inuictissimum* IMPERATOREM LEOPOLDUM I.

Qui Cælo virtute LEO, Qui POLDUS
odore;

Hic LEO, tùm POLDUS, Hic LEOPOLDUS
ovât!

Hic

Hic Ma

R

Joh. Garth

rinus refer

sub conste

menum in

tum, dexte

lii, ad que

ba persequ

Buffero L

cari geren

apam Bar

mittur, a

Per colun

columbar

eberti Ob

sub Liliis

væ.) Syffe

solens ho

malè sper

Eques ca

campo L

licior, q

futuram

bas, D E

terribien

adornatur

aliquem p

Adhuc D

est, creux

ferus sicu

Hic Marcellus erit, manibus, date LILIA
plenis:

Rex AQVILA est volucrum; LILIA
tundit OVANS!

Joh. Garibus Philosophus & Astrologus celeberrimus refert, Anno 1646. 16. Maij horâ 6. noctis sub constellatione Sagittarii visum esse Phænomenum in sublimi representans equitē armatum, dextra, clava ferrata: præterea florem Liliæ, ad quem volabant examen apum, quæ columba persequabatur. In judicio sinuit ex *Leon. Buffero* Lovaniensi, per equitem armatum significari gerenda bella per Germaniam. Per examen apum Barbarinos, in quorum stemmate apes cernuntur, ad Liliorum protectionem se recipientes. Per columbam Pontificem, qui in Insigni gerit columbam, putâ Innocentium X. qui (ut in *Kircheri* Obel. Pamph. videre est, in armis ostendit sub Liliis tribus columbam cum ramo pacacis olivæ.) System. 6. p. 21. Venet. 1651. Non insolens hoc multis hoc perverlo ævo, nec tamen malè sperare jubet ostentum illud Germanos, quia Eques cataphractus cum clavâ ferratâ libero in campo Lilia post se relinquens, conspicitur; eò felicior, quia omni columbâ candidior *Concordia* susurrantium apum examen junctis Viris & viribus, DEO auspice dissipabit. Adhuc est Equus terribilem habens sessorem optimis operimentis adornatum, qui cum impetu HELIODORUM aliquem pedibus prosteruat 2. Macc. III. 25. Adhuc Dominus VIR PUGNATOR Adjutor est, circumdederunt Germaniam apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. At dextra Domini exal-

exaltata est, dextra Domini fecit virtutem! Pf. CXVIII. 7. 12. 16. IPSE FACIET!

NOT. 51.

Pag. 76. S. 1. cap. 5. *De figuris Talismannicis.*

De figuris Talismannicis Gaffarellus noster dicturus præmittit sententiam de *figuris* in lapidibus, in plantis in animalibus &c. Reperiri diffidendum non est; at isto sensu, quem Autor fingit, disputatur vid. Cl. *Pickartii* de Luf. Nat. Disertatio; Adjunge *Theophrasti* libellum de Gemmis. De generatione Lapidum. *Alberti M.* Tract. de Herb. Lap. Anim. vid. *Lambert. Danaus* T. 3 Phys. Christ. c. 34. p. 311. *Casp. Bartholinus* Syst. Phys. part. 4. c. 11. 12. 13. *I. Th. Frengius* l. 26. qv. Phys. p. 745. legq. *Ioh. Guindius* Volateranus de Mineral. l. 6. Tit. 6. *Fr. Rueus* de Gemm. l. 1. c. 1. Illa omnino est à spiritu lapidifico. Figura illarum pro operosa naturæ solertiâ mirifica; quia arborum, montium, nubium, florum, Narcissorum, Hyacinthorum, Pæoniarum, Tulipantorum; Anatum, Ciconiarum, Equorum, Felium, Piscium &c. similitudinem referunt, de quibus vid. *Ath. Kircherus* de Mundo subterr. l. 8. f. 1. c. 9. *H. Cardanus* l. 7. de subtil. p. 383. *R. Goelenius* Tr. de Ungv. Arol. de signaturis. De *Turcoide* recenset *Ioh. de Laet*, quòd inventa quædam, in qua Cæsaris cujusdam imago insculpta, gerens in pectore faciem, in capite pellem leoninam, haud dubiè pro amuleto olim usurpatam, l. 1. de Gemm. c. 25. p. 88. Lugdun. 1647. De hac Illustr. *Scaligeri*

Veram

Veram poss
ardum cer
ad lucem
tet, Exer
digna, que
Intulatum
habuerit in
stare.
Torcois F
enim obse
continuo r
dit. Dum
ra & vitis
redemit.
lorem fiat
Idem velle
tia. Sal
det aq
simile, Sy
dere nos
sientibus.
cet, Domit
habuisse h
naturæ nu
statis tem
prolem er
rei *Rueus*
bostenaci
cunfufam
stantiam,
travit, tra
fui lapide
le propius
gemmam q
99 d. Par

Veram posse explorari coloris mutationem interdum caruleam esse oportere, in nocte viridem ad lucem: minus probari, que colorem non mutat, Exercit. contra Cardanum 115. Lectu digna, quæ Fr. Ruus. l. 1. c. 18. refert, Novisse Insulanum quendam, qui dum viveret Torcoidem habuerit in delitiis, annuloque aureo inclusum gestarit. Cùm ægrotaret, fatisque concederet, Torcois Heri sui obitum lugere, quasi visa; Non enim obscurior tantùm apparuit, verùm etiam continuo rimam per medium porraceam ostendit. Dum in auctione veni exponeretur, litura & vitii conspersam Civis quidam vili precio redemit. Et quod mireris, mutato Domino colorem statim mutavit, pro fidæ Amicitia indicio. Idem velle, idem nolle ea demum firma est amicitia. Salustius in Catalin. Natura quippe gaudet equalibus, & familiare sibi est omne, quod simile, Symmach. l. 1. Epist. 37. Apostolus gaudere nos jubet cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Rom. XII. 15. Laudatus Bootius docet, Dominam Heverensem de Luxemburg duos habuisse hæreditarios adamantes, qui alios insigni naturæ miraculo produxerint, ut eos, quicumque statis temporibus intuerentur, congenerem sibi prolem eniti, palàm judicarent. Causam hujus rei Ruus putat esse, quod vis illa cælestis parentibus tenaciter insinuata & adamantifica aërem circumfusum in aquam primùm congruamque substantiam, demùm in Adamantem gemmam, duraverit, transformaveritque l. 1. c. 1. De Buffons lapide Joh. de Laar narrat, si ardentem candela propiùs objiciatur, sensim ignem extingui, at gemmam quoq; currumpi & rugas contrahere, p. 99. d. 1. Par obitus!

Sed

Sed unde mira ista lapidum ac gemmarum virtus? Certè, non nisi primariò à Deo, secundariò ab Astrorum influxu. Cauta namq; alia occultarum qualitatum reddi non potest; ait *Sim. Majolus* Episcopus Vulturienfis part. 2. coll. 4. p. 376. Major tamen nec astris, nec gemmis efficacia assignari non debet, quàm fas est, ut mentem possint movere: quod nec *Pasch. Baldo* in Epist. verisimile; nec mihi quispiam facile persuaserit. Figura gemmarum verè non operatur: non ratione *quantitatis*, quia quantitas ut quantitas vim agendi non habet; alioquin omne quantum potest operari: Nec *materia*; sic eadem in eadem foret operatio: Non *temporis*; hoc enim ut non Ens nihil potest producere, & cæli aspectus, qui ad certum temporis punctissimum concurrere creditur, in controversiam venit, & in artificialem figuram agere Naturæ repugnat. A *Morphistis* verò naturales signaturæ confunduntur, cum artificialibus. Si *significationis* ratione aliquam efficiendi *Divæ* figura sortita est, intentionalis est: quia objecta figura intellectui, movet voluntatem, appetitum, sensum. Nam si signum *horribile* visui occurrunt, horrorem vel indignationem, si *gratum*, amorem, si *obscænum* lasciviam excitabit, vid. *Scaliger* Exercit. 112. *Ansel. Bootius* l. 1. c. ult. *Majolus* Colloq. 3. part. 1. p. 275. *Ruesi* l. 1. c. 1. *Casp. à Reyes* qv. 6. Et quid quæso circuli, characteres & figuræ, sive schemata tetragona, pentagona, sexagona, planeta, stellæ, Elemento aut genio dicata, quamcunque etiam speciem referant, vel hominis, vel bestię, per se efficient, nisi per tacitam Dæmonis operationem, qui superstitiosis illudit, quam *Symphiam*

pathiam ar
corporibus
Artifici
tauri, g
Astronom
Astronom
quod ar
Que ve
niti qua
rotis ce
pellatur
nisi pro c
crælius I
l. de cæli
1676.
Plurimis
runt, ut
in *Syma*
dom est
lerentia
sonato p
qui cælest
in eo non
vel si ho
de Rep
nus sym
orbem r
xerit,
In *Scal*
in se pu
ge prest
Amphit
à Exercit

pathiam arte facta *μορφωματα* haberent cum corporibus cælestibus omni figura carentibus: *Artificialis* enim & Mnemonica est illa arietis, tauri, geminorum &c. figura, quam nobis Astronomorum finxit libido. Possunt enim ab Astronomiæ peritis aliter appellari, unde sidus, quod *ursam* appellamus, aliis *curru* dicitur. Quæ verò urse cum curru est convenientia, nisi quatuor urse pedes, cum quatuor curru rotis comparare volueris. Sic *Lyra* appellatur *vultur cadens*, quæ heic conformitas? nisi pro chordis, pennas acceperis v. Cl. Joh. Micrælius Lex. Philos. p. 1028. vid. Gvil. Postellus l. de cælest. *signorion* vera *configuratione*. Lugd. 1636. vid. *Macrobius Somn. Scipion.* l. 1. c. 18. Plurimis monstris Mathematici cælum deformarunt, ut loquacem delassare queant Fabium; & si in *sykva* nobis *vicinâ* hospitarentur, *conspirandum* esset ab *agrestibus*, ut ea ferro & igni *pel-lerent*, ut loquitur *Maxim. Sandeus* in *Mundo Personato* p. 18. Consideranda hæc erant Nobili, qui cælum superis relinquere volebat, quod venari in eo non liceret, dignus qui in canem venaticum, vel si hoc vile est, in leonem transisset, P. Tholof. de Rep. l. 12. c. 17. n. 7. p. 369. & Clariss. *Ursinus* symb. Th. p. 53. sed & monstris signataris orbem repleverunt Morphistæ, de quibus seriò dixerit, J. C. *Vaninus*, cum nondum insaniret: *In Scaligeri concessi sententiam, ut plus virtutis inesse putem uni pulci, quam omnibus in, qui vulgo pretiosi habentur, lapidibus,* (lapidum figuris.) Amphitheatri æternæ Providentiæ divino-Magici Exercit, 6. p. 40. Lugdun. 1615.

NOT. 52.

Pag. 85. S. 5. De signaturis Herbarum.

In signaturis plantarum & Herbarum asserendis & demonstrandis opere maximo desudat Paracelsista *Oswald Crollius* l. de signatur. Intern. Rerum in forma quartâ ut loquuntur Francof. 1608. & octavâ Francof. 1620. edito, quem sapienter refutat *Libavius*. Laudabilem in signaturis astruendis operam navavit *Aug. Etzlerus* Philosophus & Medicus in Isagoge Physico - Magico-Medica, Argentinæ 1631. Ubi herbas, animalia, homines, loca, metalla sub certis planetis collocat, sub Saturno c. 1. p. 5. sub Iove c. 2. p. 54. sub Marte c. 3. p. 74. sub Sole c. 4. p. 84. sub Venere c. 5. p. 111. sub Mercurio c. 6. p. 126. & denique sub Luna c. 7. p. 149. vid. Exc. *Erasm. Bartholini* de Nat. Mirab. qv. 1. Non à scopo alienum, quod Doctiss. docet *Ivo Parisinus*: sub his generibus innumera sunt species singulae suis dotatae potentiis, ad proprias actiones elicendas. Vegetant omnes Plantae, sed earum singulae species propriis præditæ sunt viribus, quas æstimat Medicina ratione mixtionis primarum qualitatum etiam occultarum, quæ totius substantiæ familiaritate nos alunt, vel dissidio, vel mimicitia naturam nostram depeculantia. Inde constat Medicamentorum vis specifica, quod Rheubarbarum bilem educat, Helleborum Melancholiam, agaricus pituitam, quod capiti conferat betonica, rosa, viola, mastiche; pulmoni glycerhryza, amygdala, polypodium: cordi cardiophyllum, Cinnamomum: jecori absinthium: sic de cæteris apud Medicos. Jur. Nat. l. 7. c. 7.

& p.

& p. 235.
si gemmas
tudo, & si
lut præ
cellitas,
incentivo
22. c. 2.
gypt. pat
teqv. n.

Pa
lite, m
Su
& hoc p
pro Na
heticis
quam o
sentent
l. 1. c.
lim, Gr
zomum
Non ho
lurium
compar
ex Sam
V
Or
Eximio
doct.

cap. 8. p. 61. vi veritatis constrictus, Non nego, ait, illis temporibus quosdam prodigiosa molis corporea extitisse.

Dicit scriptura, dari (1.) *Nephilim* Gen. VI. 3. 4. Num. XIII. 34. נפלים cadentes à שמים cadere, unde Græcum: βάρβαροι, Latinum: *folium, palea*, Germanicum: *fallen*. Non tamen *Dæmones* sive *Incubos*, ut vult *Paulus Burgensis* Addit. 1. apud *Lyr.* in *Genes.* p. 52. Multi per filios Dei cum mulieribus congressos angelos intelligunt, qui sequuntur *Philonem* l. de Gigant. & *Iosephum* l. 1. A. J. c. 4. *Lactantium* l. 2. c. 15. *Clem. Alexandr.* l. 3. & 5. *Istromat. Sulpit. Severum* l. 1. *Histor.* ab init. quæ opinio absurda & dicto Christi *Matth.* XXII. 30. è diametro contraria. Filii isti Dei fuere filii potentum, eâ tempestate filii Patriarcharum, Cives veræ Ecclesiæ, *Chrysost.* *Homil.* 22. in *Genes.* vid. *Sixtin.* ab *Amama* *Anti-Barb. Bibl.* l. 2. c. 2. Fuerunt igitur *Nephilim* validi Oppressores, mali, impii, confer. *B. Lutherus* in *Genes.* & *D. Chytræus* *Comm.* in h. l. *Calvin.* in *Genes.* *Rivetus* *Exercit.* 50. p. 255. *Macrobius*: *Gigantes* ait, quid aliud fuisse credendum est, quam hominum quandam impiam gentem, Deos negantem; & ideo existimata Deos pellere de cælesti sede voluisse? Horum pedes in Draconum volumina desinebant, quod significat nihil eos rectum, nihil superum cogitasse, totius vite eorum gressu atq; processu in inferna mergente. *Saturnal.* l. 1. c. 2. p. m. 362. Id quoque concedit *Berosus* *supposititius Aniani Viterbiensis* p. 7. de *Temp. Antediluv.* qui gigantes appellat homines vastos corpore, famosos Deorum contemptores, hominum oppresso-

res, sceleribus infames. Inter hos tamen dicit unum fuisse Deorum veneratiorem & prudentiorem cunctis ex probis in Syria reliquum, huic Nomen Noach cum tribus filiis Samo, Iapheto, Chem, & uxoribus Tyra magna, Pandora, Nala & Nagla &c. t. 8. Witteb. 1612. Selneccerus in Genes. Etsi sunt qui gigantes &c. non excessisse aliorum hominum iustam staturam, corporis sui magnitudine existimant, sed omnia, quæ de vastitate illorum commemorantur, tantum ad animi ferocitiam referunt, quæ plerumque aliis potentiores notantur; tamen non improbat horum sententia &c. nostram quoque sententiam nobis relinqui volumus, qui gigantes corporibus proceros, animis feroces, spiritibus tumidos, robore validos, fuisse statuimus &c. Cùm videamus hodie sæpe alios ab aliis superari statura prægrandi. Enarr. in Gen. VI. p. 306. Lipsiæ 1579. Et probe observandum, Exploratores de vastæ staturæ hominibus loquentes eos bis vocare Nephilim Num. XIII. 34. LXX. Ἐώρακαμεν τὰς γίγαντας, vidimus gigantes: Derivatio γίγαντες quasi γίγαντες terræ natus vid. Lorinus T. 1. in Psal. XIX. 1. p. 264. in Num. XIII. 34. in Sapient. VIII. 8. in Act. II. 19. Lal. Biscola T. 1. l. 19. c. 13. Gasp. à Reyes C. E. qv. 25. p. 167. Claud. Deodatus Panth. Hygiast. l. 1. c. 6. p. 51. seqq. Bruntruthi 1628. Majorius T. 1. coll. 2. p. 64. seqq. Mogunt. 1607. Arngrimus in Relat. Island. l. 1. c. 3. J. H. Hæddeggerus H. P. T. 1. Exercit. 11. p. 280. G. Sengelius de Jud. Div. T. 2. c. 50. p. 8. Joh. Cas. Sio in libro de Gigant. & Kornmannus de Mirac.

V. & M. c. 7. seqq. p. 9. J. *Camerarius* C. 1. c. 82. p. 378. & Cl. J. C. *Dietericus* A. Bibl. part. 3. c. 3. p. 10.

(2.) *Enakim* Num. XIII. 34. Non ab urbe Enos, sed ab Enak, qui Patrem habuit *Arba* Jos. XV. 13. Unde *Ciriath Arba* עיר ארבה quadratum significat, & dictum volunt vel à quatuor Patriarchis ibi sepultis, Adam (quem Gigantem fuisse nonnulli cum *Mose Bar-Cepha* de Paradiso nugantur, qui tamen animo & corpore rectus & perfectus à Deo fuit conditus) Abraham, Isaac, Jacob. Vel à quatuor *Matronis*, Evà, Sara, Rebecca, & Lea; Item à quatuor ibi habitantibus Ancr, Eskol, Mamre, Abraham; vel à quatuor Regibus ibi percussis Gen. XIV.

Pausanias in Atticis meminit, in Insula Asterii ante Milesiorum urbem sita, Asterii cadaver repertum esse 10. cubitorum, & fuisse existimant filium ANACTIS, qui ex terrâ natus sit. *Anak* idem volunt esse quod Torquatum, quo nomine insignitur Titus Manlius Romanus Torquatus, qui Gallo torquem de collo in conflictu detraxit. *Livius* l. 1. Dec. 7. *Quintilian.* l. 6. c. 4. Sedes *Enakim* locatur circa Carthaginem, quem locum occuparunt pulsi à Calebo, qui tres filios Enak, *Sesai*, & *Ahimam* & *Tholmai* delevit Jos. XV. 4. vid. Doct. *Masius* in h. l. & Sam. Petitus Miscell. l. 2. c. 2. de *Kadraneach* p. 75. & 76.

(3.) *Rephaim*, à רפא *remissum* esse, quod qui aspiceret mente manuque foret remissione ob tremendam corporis molem, & à רר *concutere*, ut Job. XXVI. 11. vid. Matt. XXIV. 29. ad quorum conspectum spectatorum animi quasi concu-

concutitur
 ubi reperit
 cum a f
 cont hulle
 ne in Rap
 XIV. 5.
 sint sani, v
 dice que
 LXXXVI
 terre cave
 tur Ef. XX
 erum, V
 rnam.
 Hic Para
 brasie
 tuos, sed
 in terram
 teligant
 gloria,
 NESRE
 XII. 2. A
 Alvarer
 Forster
 Sam. X
 informat
 mors (c
 fortis il
 441. W
 XXVI. 5.
 qui habu
 nulli expo
 de Galeni
 de Tyrann
 Giganti

concutiuntur vid. 2. Sam. XXI. 16. 18. 20. 21. 22.
 Ubi reperitur cum ה finali & ו. Paral. XX. 6.
 cum ם finali. Talmudici Matrem Gollathi di-
 cunt fuisse *Orpham*, Ruth. I. 4. conuerso nomi-
 ne in *Rapham*, ut sit filius ררפא sed vid. Genes.
 XIV. 5. Quidam deducunt à רפא *sanare*, quòd
 sint sani, validi robusti. Alia significatio in I. Co-
 dice quæ mortuos & damaatos significat Psal.
 LXXXVIII. 2. Es. XIV. 9. quasi in sepulcri &
 terræ cavernis delitescant, & sic *Rephaim* accipit-
 ur Es. XXVI. 19. LXX. ה דע הן רפא אעפסוון מ-
 סעוון. *Vulgat. Terram gigantium detrahes in
 ruinam. Vatablus: Terra mortuos projiciet.*
 Hic *Vatablus* addit in Notis: *Doctus inter Ho-
 bræos sic exponit: Tu Deus vivificabis mortuos
 tuos, sed impios, qui sunt gigantes, cadere facies
 in terram, quia non vivificabis eos, quod recte in-
 telligendum est: quia non vivificabit eos vita
 gloria. Nam quantum, ad corpus spectat, OM-
 NIES RESURGEMUS. 1. Cor. XV. 51. vid. Dan.
 XII. 2. Matt. XXV. 26. Joh. v. 29. vid. *Gabr.*
Alvaretz in h. l. p. 1178. Lugdun. 1623. B.
Forsterus. Non tantum in genere de Gigantibus 2.
 Sam. XXI. 16. 18. sed etiam in specie de gigantibus
 infernalibus Ps. LXXXVIII. n. quales sunt proprie
 mors (cum aculeo) 1. Cor. XV. & Diabolus
 fortis ille armatus Luc. XI. illud accipit. h. l. p.
 441. Witteb. 1620. Et quid est illud Job.
 XXVI. 5. ? *Ecce gigantes gemunt sub aquis &
 qui habitant cum eis.* De seminibus sub aquâ non-
 nulli exponunt item de *Margaritis* & *coralliis*
 de *balenis* prodigiosæ magnitudinis B. *Lutberus*
 de *Tyrannis* intelligit. Sed ut est apud *Pinedans*
 de Gigantibus aquarum diluvio suffocatis tuto in-*

telligitur, & hinc *Seb. Castalio*, vertit *quem manes* (impiorum) eorumque *contermini sub aquis contremiscunt*, Confer *Baruch* 111. 26. *Sap.* XVI. 6. Ita quod de propudiosa muliere dicitur *Prov.* 11. 8. *semita ipsius ad gigantes* h. e. ad mortuos, ad inferos; hoc de quovis impio animo asseveratur. Nam qui erraverit à via doctrine in *cetu Rephaim* commorabitur, *Prov.* XXI. 18. Vere igitur *Theodoretus*: Ego vero, inquit, cum audio scripturam dicentem de *Og*. (*Dent.* 111. 11.) quod a gigantibus oriundus erat & quod cubile ipsius ferreum habens longitudinem 9. cubitorum: cum audio exploratores narrantes, quod in conspectu gigantum quasi locusta (*Num.* XIII. 33. 34.) & de *Goliath*, quod longitudinem habeat 6 cubitorum & palmi: (1. *Sam.* XVII. 4. 5.) arbitror fuisse quosdam pregrandes homines. in h. l. quæst. 48. vid. *Augustin.* l. 15. de C. D. c. 23. Quis jam dubitabit, inventa esse gigantum ossa? Utique lapis effossa, ex quorum proportionem apparuit, aliquibus corpus fuisse 7. 9. 13. 46. cubitorum, *Plinius* l. 7. N. H. c. 16. De Regis in *Basan Og* *Pfal.* CXXXV. 11. staturosa magnitudine vid. *Rabbinorum* nugamentum, quo produnt ab aquis diluvii non submersum eò, quod *Dent.* 111. 11. reliquus dicatur de stirpe gigantum, nec addunt 800. annos à diluvio ad ingressum terræ *Canaan* effluxisse, sed quingentorum cubitorum giganteorum mensuram admetiuntur, an mentiuntur? Ajunt enim cervum in mortui Regis *Og* tibiam ingressum, per medium diem in eâ oberrasse, cum illum insecutus esset venator. Poterat hic os impudentissimum ossis labyrinthi nuncium ab indignante veritate simul se occultare, vid.

vid. *Gali-*
te *gigantis*
Curio l. 1.
Hist. C.
Gassarellu
dari posse
Epist. ad N.
petre factis

Pag. 8.
phosi rep
Hæc A
men dirig
vid. Cl. Sa
culiari en
Phyl. cent
9. 8. 6

Pag. 9.
rel contr
& figura
Parac
burplant
men dubi
locum ha
hec, cum
tut, quam
vera, sed c
tutit ciner
Jordanus

NOTÆ.

249

vid. *Gali-Ratzia* J. C. *Ottonis* l. 3. c. 8. de den-
te gigantis vid. *Majolus* T. 1. coll. 2. Remitto
Curiosum Lectorem ad Cl. Th. *Bartholin*. Anat.
Hist. Cent. 1. hist. 98. ubi demonstrantur contra
Gaffarellum Gigantum ossa. conceditur tamen
dari posse petrefacta, consul. Dn. J. D. *Majolus*
Epist. ad Nobil. Sachs à Lewenheimb de Cancris
petrefactis Jenæ 1664.

NOT. 54.

Pag. 83. S. 9. *Stupenda quadam Metamor-
phosi repente in Saxa riguit.*

Hæc Autor pro fabulosis æstimat. In Saxa ta-
men diriguisse homines, animalia, lapides &c.
vid. Cl. *Sauberus* de statuâ salis Dissertatione pec-
culiari eruditissima, & Dn. G. *Voigtius* Quæst.
Phyl. cent. 1. c. G. *Stengelius* de Monstris cap.
9. S. 6.

NOT. 55.

Pag. 97. S. 9. *Plantas quamquam concisas,
vel contritas, in modo combustas, priorem formam
& figuram retinere.*

Paracelsi *Opus* est ex ligni combusti cineri-
bus plantam excitari posse etsi difficulter, non ta-
men dubitanter. l. 6. de N. R. Ibi tamen magis
locum habet generatio, quia in oleositate plantæ
&c. cum cinere miscendo anima plantæ latere po-
test, quàm *resuscitatio*, nec ea est, quæ in cinerem
versa, sed cujus anima beneficio olei communica-
ta fuit cineri. Insignis Naturæ Mystra *Athl*
Kircherus docet: *In cinere salem, in sale ran-*

quam in centro latere cujuscunque rei vegetabilis virtutem seminalem, & fieri posse ut sal ex plantis arte non omnibus notâ extractus, nisi spermaticâ virtute herba pollet, & inseparabili eadem nodo comexus, dum plasmatica facultas calore tenui & leni in sale vi seminali excitatur; ex innato quodam appetitum ad id formandum feratur, ad quod à natura destinatus fuit in salinis corpusculis, in quibus plastica vis latet, in illam formam, quam semen postulat, consuetibus atque adeo plantam exhibeat sub ea formâ, quam planta, ex qua sal extractus fuit, suâ naturâ requirit, ut lixiviana plantarum hybernis Mensibus ad congelandum exposita in glaciali crusta eius plantæ formæ exhibeant, ex quarum cineribus lixivium factum fuerat. Aflerit celeberr. Kircherus semodum invenisse, quo planta intra phialam oblongi colli hermetice clausam, ex suis excitaverit cineribus, in Museo decennium ferè ab advenis spectatam, donec Regina Sueciæ *Christina* Anno 1657. exhibita, & extra fenestram posita, vehementiori frigore Mense Februario fuerit rupta, suoque chaos relicta. Modum conficiendi subjungit *Mundo subterr.* l. 12. l. 4. c. 5. Cl. D. Major caltham sive umbelicum aut capillum veneris fuisse refert l. alleg. §. 38. Sed ad Medicum illum Polonum, cujus Author meminit, quod attinet, scire lubido sit, laudari à *Querocetano*. Accensam Polonus ille candelam detenta in aère phialæ, quâ Rosæ cineres asservabantur, certa distantia supposuit & corpuscula cineris leviter concussit: post horæ spatium totius pulveris collecto calore, in mediam phialæ aræa motu facto in rosam perfectissimam cinis abiit, cui nec in foliis ordo,

nec

oc color, m
allium, sed
fundum ar
23. Fre
sa refert.
quod ajun
Polonus.
&c. Sed
michi ex a
cum effect
harum ag
lim vel vo
Si tale qu
tingit? C
Cur urtica
importa do
cuernibus
lore statu
Stillima
Corp. g
prezella.
spexit plat
quam Da.
dico Non
tur. 4. ob
J.
derici f. n
boratorio
Langelot
varia que
alioque fer
tato, quod
tum, l. de C
4. Offer
congrata

nec color, nec crococeum videbatur deesse medullium, sed remotâ candelâ defuit, recidentibus ad fundum atomis. In Defens. contra Anorigm. c. 23. *Freitagius* in Noct. Medic. hæc inter fabulosa refert. *Cl. Henr. Meibomius* rem non acn, quod ajunt, sed stylo tangit. *Poffem*, inquit, *Polonum* apud *Querserianum* *Magia* accusare &c. Sed non placent ista arma &c. Multa mihi ex allatis licuit experiri, sed nunquam tali cum effectu. *Miscui cineres, miscui sales, herbarum aqua glaciande; sed nunquam figura illius vel volam vel vestigium observare licuit &c.* Si tale quid reverâ contingit, cur non semper contingit? Cur non omnibus hoc commune est? Cur *urtica* & *absynthium* hic prevalent? Non injuriâ docti suspicantur, dolosam fuisse illam ex cineribus productam plantam, cum illa remoto calore statim evanuerit. vid. *Dn. Meibomii* doctissima Epistola egregio operi de Consider. Corp. gloriosi celeberrimi *Theoph. Spizelii* præmissa. *Noriberg.* 1662. *P. Borelius* conspexit plantam instar *Juniperi* in phiala productam, quam *Dn. Barlet* dono dedit *Dn. de la Nove* Medico *Mompeliensi* Cent. 3. Observ. 71. & Centur. 4. observ. 61.

J. Tackius in Aulâ *Gottorpiensi* Ducis *Friederici* f. m. suavissimum vidit spectaculum, in laboratorio, cui meo tempore *Excell. Dn. D. Joël Langelottius* præerat, ex *Tartaro* productas uvas, variâ què magnitudinis botros, non peregrino, alioque fermento, sed illo ipso, quod erat ex tartaro, quod sæpius felicissimo cum successu tentatum, l. de *Consangu. Auri, sacchari & Vini*, p. 43. Offerunt læse in *Natura & Artis* conjugio non ingrata spectacula. In

In fossis urbis Vinariensis figuras instar hor-
torum floribus decoratorum, in glacie repertas
docet *Borellus* Cent. 2. Observ. 21. In rore conge-
lato, fracta glacie, arborem cum foliis, fructibus,
ramis, radicibusque ad nucis figuram conspectam
idem tradit Cent. 3. Obs. 71. In clystere con-
gelato folia multarum plantarum idem observa-
vit Cent. 4. Observ. 62. E. lixivii absynthii ef-
floreſcere imagines similes abrotono, levi manu
in germina, brancam ursam mentientia, mutan-
das refert J. Tob. *Major* l. supra all. p. 31. *Bras-
sica* de coctæ aquam congelatam brassicam spiriti-
bus vegetabilibus à frigore concentratis repræsen-
tare dicit Cl. Th. *Bartholinus* Tr. de Nivis Usu c.
8. Ex spumâ canis rabidi vestibis in hærente, a-
nimalcula quædam catenis similia generata fuisse
testatur Amplissimæ famæ *Dan. Sennertus* l. 2.
Inst. Med. part. 3. sect. 2. c. 4. Idem refert per
urinam ab araneis læsorum simile quod excerni,
Tr. de Morb. Occult. Cancros & pisces, mira
palingenesei reverberio calcinatos, restitui posse
asserunt Viri clarissimi, si sal ex iis extrahatur, qui
filtratur & omnis ei humiditas evaporando subtra-
hatur, & in salem in fundo remanentem certus li-
quor (ex. gr. si cancer sanguine bovino irroretur,
in simili reverberatorio) in locum humidum, ut
putrescat, effundatur, hæc facie, atque hoc omine
intra paucos dies vel animalcula, vel cancos, pro-
dure docet Illustriss. Comes *Kennelmus Digby*
Dissert. de Veget. Plant. Londini 1660. habitâ
& Nobil. P. I. *Saahs* à *Lewenheim* *Gammarol*.
c. 13. §. 6. si dicendum, quod res est; resuscitata
illâ idææ speciem præbere possunt plantarum &
animalculorum; sed formam saltim accidentariam
ubi

ni naturam
Siegismundus
illam resuscitavit
asserit habere
Chym. c.
Kirshenius
pera quædam
coritates
Programm
quim Com

Pag. 99
que circa

Hoy
gnam habe
sententia l.

17. p. 30
minis effi

serere and
pareat, nil

fluvio patre
aere nocturno

phantasma
illudere D

culibus
stibus, at

larvis, colo
dentur, qui

tri, facibus,
mentis aut fa

terentis matre
R. V. l. c. 8

ubi naturam Ars chymica potuit juvare, cl. G. Voigtius Cur. Phys. c. 2. Celebert. D. Rolfinckius illam resuscitationem plantarum non sine causa, asserit haberi pro non Ente Chymico l. 6. Art. Chym. c. 3. Optime, ut solet, Exc. D. M. Kirstenius ait *ingere, longe facilius est natura opera quam vera diligenter observare. Neq̄ auctoritates defenderint fabulosum* (simulacrum) Programm. de Phœnice. vid. Doct. Adrian Cocquius Contempl. Sacror. l. 4. c. 2. sect. 6.

NOT. 56.

Pag. 99. §. 10. *Ex his inferri potest, umbras, quæ circa cœmeteria apparent naturales esse.*

Hujusmodi singularitas opinionis, quæ magnam habet convenientiam cum Cardani hæc de re sententiâ l. 16. c. 93. f. 645. Petri Tholosani l. 12. c. 17. p. 369. Gaffarello condonanda est, qui hominis effigiem naturaliter restaurari posse solus asserere aude; Hinc, quæ in Cæmeteriis spectra apparent, nil nisi figuras corporum compactas ex effluvio putrefactorum cadaverum elevato, quæ in aère nocturno crassiore hæreant, esse autumat. Sed phantasma illud conjecturæ abigendum est. Novit illudere Diabolus præstigiis & apparitionibus tam visibilibus, quàm audibilibus, odorabilibus & tactilibus, atque etiam intentionalibus, apparentibus larvis, coloribus & simulacris. Imitari idem videntur, qui voce, vestitu, gestu, habitu, ligno putri, facibus, aliisque *μορμολοχέοις* sive terriculamentis aut fallaciis simplicioribus nocte, erroris ac terroris matre illudere conantur, vid. Cardan. de R. V. l. 15. c. 86.

Esse

Esse aliquid manes Letho non omnia tolli,
 Gentiles dixerunt & statuerunt. *Xenophon* testis
 est. Cum *Cyrus* dormiret, in requie visus est illi ac-
 cessisse præstantior quidem & major quam ferret
 natura humana, eique dixisse: Parate ò *Cyre* jam
 iam enim abibus ad *Deos*. *Instit.* l. 8. *Herodotus* au-
 tor est, *Xerxi* bis spectrum in somno apparuisse, &
 minis ut bellum Græciæ inferret, compulisse, cum
Patruus Artabanus eas sperneret & dissuaderet,
 cum candentibus ferramentis, ne fatale bellum im-
 pediret, impotuisse, l. 17. *Tacitus* de *Quinto Rufe*:
 Cùm in Africa degeret, oblata ei species muliebris
 ultra modum humana, & audita vox: *Tues Rufe,*
qui in hanc provinciam pro Consule venies. l. 11.
Annal. Confer *Alex.* ab *Alex.* l. 2. G. D. cap. 9.
Ann. *Marcellin.* de *Iuliano* cùm *Cæsar* declaratus
 esset, scribit: *Precedente declarationis nocte*
spectrum oburgavit Cæsarem, olim aut, vestibulum
inuarum adium observavi latenter, augere tuam
gestiens dignitatem, & aliquoties tanquam repu-
datus abcessi; sed retinet in corde, fore, ut te-
cum diutius non habitem! l. 20. Sub *Trajano* u-
 nus spirituum cornicis formam gerens Græca hæc
 proferebat: *Ἐσται πάντῃ καλῶς*: Omnia bene ha-
 bent. *Strozz Cicognal.* 3. c. 6. p. 343. vid. *P. Thy-*
rens de *Apparit.* l. 1. c. 14. p. 49. l. 2. c. 24. p. 132.
Colon. 1594. *Delrio* *Disqv. Mag.* l. 2. qu. 27. sect.
 2. *Joh. Wierum* de *Præst. Dæm.* l. 1. c. 15. & 16. seqq.
Basil. 1577. *Mich. Rosardus* *Cruc. Saulit.* qu. 1.
Francof. 1615. *Scheritzerus* l. de *Spectris* c. 104.
Gisb. Voëtius T. 1. *Disq.* p. 985. *Joh. von Münster*
 de *Spectris* *Basil.* 1591. *Lud. Lavaterus* de *Spe-*
ctris *Lugd. Batav.* 1659. *Cl. Camerarius* *Cent.* 1.
 c. 78.

278. cent. 2.
 Cardano con-
 citata l. 196.
 Monstr.
 p. 392. seqq.

Pag. 1
 phuar!

Causa

est. Sum

cont, ubi se

ant virtute

stare, t

rito calido

licet rami

vult genera

men in terr

spirituosis

9. 7. Se

rum memi

talica Dic

quorum ant

bat, polle

no humido

Sed hoc li

ger: Ne

gymnusi i

rum & tan

tatam videri

162 5. restat

ari. c. 6. ar

gus aqz

c. 78. cent. 2. c. 17. vid. *Cardanus* de Patre *Facio*
Cardano contra seipsum, & quæ initio hujus notæ
 citata l. 19. de subtil. p. 263. *Georg. Stengelius* de
 Monstr. cap. 1. 2. p. 384. *Stroz. Cicogna* l. 3c. 9.
 p. 392. seqq.

NOT. 57.

Pag. 100. §. II. *Cur interdum ranunculæ
 pluat!*

Causa pluvie prodigiosa non omnibus eadem
 est. Sunt, qui in aëre & nubibus generari di-
 cunt, ubi semina mixtorum. quæ cum in se habe-
 ant virtutem formatricem, animalcula possunt con-
 stituere, ut ex putredine materię, accidente spi-
 ritu calido motuque, producantur; è semine sci-
 licet ranifico. *Casp. Schottus* non in nubibus
 vult generari, sed cum pluvia decidere: nasci ta-
 men in terrâ ex aquis pluvialibus fecundis, ex
 spirituosis fecundata, *Phys. Cur.* l. 12. c. 27.
 §. 7. Sed prior opinio potior. *pluvia Rana-
 rum* meminit *Ælianus*, dum in itinere ex Neapoli
 Italica Diccearchiam versus RANIS pluisse vidi
 quarum anterior pars binis innixa pedibus repe-
 bat, posterior adhuc informis & tanquam è cæ-
 no humido coalita, trahebatur. l. 2. c. 56. p. 132
 Sed hoc sæpius alibi contingit. *Illustr. Scali-
 ger*: Nos compluram terram sola aqua sine ranu-
 gyrinulis i. e. ranunculis imperfectis, oculis tan-
 tum & cauda insignibus post semihoram scaterere,
 totam vidimus *Exerc.* 119. Idem *Tornasi Anno*
 1625. testatur accidisse, *Lib. Fromundus Mete-
 orol.* c. 6. art. 7. *G. Fallopius* vidisse se asserit,
 guttas aquæ magnas decidisse in pulverem & Ita-

tim obortas esse ranas, de Fossil. c. 9. *Pluisse Muribus* testis *Alianus* d. l. In Norwagiâ A. 1658. durante inter Regem FRIDERICUM III. gl. m. & *Carolum* Regem Sveciæ pugnâ, mures in pluvîa decidisse, relatum est, non vi ventorum dejectos, sed ex materia dispositâ & horum animalium semine prægnante natos, ut loquitur clariss. *Olaus Wormius* Mus. l. 3. c. 73. vid. *Scaliger* Exercit. 192. §. 3. *Th. Bartholinus* cent. 2. Hist. 73. p. 302. *Pluisse vermibus* & è nive generari posse, unde pilosi apparent, Autor *Aristoteles* l. 5. Hist. An. c. 19. *Plinius* l. 2. c. 35. *Ol. Magnus* l. 22. Hist. Septentr. c. 7. *Cardanus* l. 7. de V. R. c. 28. *Ad. Olearius* refert, in Persiæ summis montium cacuminibus inventi vermiculos *Sulæ* dictos, digiti longitudine & crassitie, ex quibus compressis limpidißima aqua effluat, in Not. ad Schich-fadi Pers. Poët. l. 1. c. 42. *Pluisse lacte*, scribit *Job. Garzeus* Meteorol. c. 25. f. 95. *C. Bartholin.* l. Meteor. 2. c. 5. p. 178. *Creta*, *Garzeus* & *Bartholini*, d. l. Lapidibus ovorum gallinaciorum magnitudine, in quibus hominum vultus & diademata sunt visa, *Ionstonius* Thaum. p. 127. Sic grandines A. 1676. Mense Julio in vicinia nostrâ deciderunt, ut à fide dignis relatum, in quibus oculi, & in quibus facies humana, amputatis quasi brachiis cum rubicundis in pectore maculis forma quadrata apparuit. *Pluisse sanguine* testis *historia* Romana, vid. *Garzeus* l. cit. & Excell. Theologus Dn. *T. Wagnerus* de pluvia sanguinea An. 1652. 15 Nove abr. 15. Conc. calualib. sect. 2. p. 118. & ibidem *Peireschii* apud *Doctis. P. Gassendum* super hæc re, Judicium Carne pluisse memorat *Plinius* l. 1. c. 16.

Fer.

Ferro, Ga
c. 47. S. 6.
mat. c.
num buj

Pa
charac
Q
ham Lect

Pa
Sopha m
es rubra
ali can

H
tate esse
liis for
lorâs su
deorum
maniam
guras T
aut arti

(1
nullis
tur imag
qui ab H
& vov se
ficiantur
lego, qua
Gr. 1. 8.

Ferro, Gazens & Stengelius de Jad. Div. T. 2. c. 47. §. 6. Auro in Insula Peligni, Ionston. Thaummat. c. 8. p. 127. Sed causæ supremæ potissimum hujusmodi pluviae sunt adscribendæ.

NOT. 58.

Pag. 112. *In piscibus interdum notantur characteres.*

Quia de his Not. 5. mentio facta, benevolam Lectorem meum illac remitto.

NOT. 59.

De Figuris Talismanicis.

Pag. 104. cap. 6. §. 2. *Nihil in totâ Philosophiâ mentem recentiorum Philosophorum magis turbavit, quàm proposita de Imaginibus certâ tali constitutione confectis, doctrina.*

Hæc Autoris confessio, quæ ideò cum veritate est conjuncta, quia multas dedit turbas. Melius fortean famæ suæ consuluisse, si ethnicas fordes suis reliquisset tenebris, & non tantum Judæorum *Theraphim*, sed & Samariticam *Idolomaniam*, ac Perlarum *Magiam* atque Arabum figuras *Talismanicas* incrustasset, aliquo scientiæ aut artificii colore.

(1.) *Talisman* seu proprie *Tilséma*, nonnullis טלסמא *Tilsemat*. à טלסם *Tilsan* dicuntur imagines ad influxum stellarum factæ. Sunt qui ab Hebræo טל, quod *Ariesem* significat, & שמש *solem* deducant, quòd imagines tales conficiantur sole existente in *Ariete*, primo Zodiaci signo, quæ *Cl. Hottingeri* est origiatio, l. 1. H. Or. c. 8.

(2.) A

(2.) A Græco *πέλομα* deducunt eum *Salmasio*, quem Autor citat. Dicuntur etiam *σοχηα*, *Seldenus Synt.* 1. c. 2. p. 103. Appellantur etiam *δοπιπέλομα* sive effectus stellarum, ad Arabicam profapiam qui vocem referunt, à vero abire non videntur, *Emund. Figrellius de statutis J. V. c. 3. Doct. Voëtius Disput. de Magiâ S. 7. & Ios. Scaliger in Epist. p. 553.*

(3.) Est verò *Tilsema* statua sub certa constellatione facta, in quam superiores mundi virtutes, ut vis agendi illi ex influxu insit, derivantur; quæ spontè ad interrogata responsa dare, & divinationi ad Ambletorum vicem inservire dicitur, vid. *Doct. Sim. de Myes Vat. Sacr. in Ex. 32. P. 45.*

Si *Judeorum, Arabum, Persarum, Græcorum, Indorum, Hæresicorum Gnosticorum & Colobarsi* superstitiones hæc in parte conferamus, comperiemus *Tilsema* significare in genere quemlibet lapidem, gemmam, anulum, laminam, aut quodcumq; sub certo siderum positu, literis, signis, characteribus, ac verbis incisum, vid. *Macarius in Abraxas.*

(4.) Fiebant isthæc simulacra ex omni quidem, sed potissimum vili materia, limo, luto, argilla, lanâ, cerâ, ligno. *Figrellius d. l. p. 14.* quin etiam ut *Figrellio* notum erit, è nobiliori materie. *Schola Parisiensis* imagines, quas tamen meritò damnat, ex metallo, vel cerâ, vel alia materiâ ad certas constellationes confici memorat, art. 21. apud *Cicognam.* *Aurea* faciebant vetustissimi Arabum & Græcorum aut Ægyptiorum. Etiam *Argentæa Selden. Synt.* 1. c. 2. p. 103.

Alclepia-

Alclepia-
Dez caelestis
que ibat
l. 22. In
num literis
eclypa in g
ma, ea nem
& frustra
vid. *Selden*
pian *Mor*
metallum a
tum, *Satur*
que, *Mari*
bum album
in Gemmis
Materia
Carbunculu
tem & Cr
vychem;
Jaspidem
Sardim,
Hinc figur
in lapidib
rum erant,
p. 45.
(5.)
bum super
vero famo
templu Jo
Thano, de
rille, an
Etrios pro
Alexander
in demer

Asclepiadis Philosophi simulacrum, quæ Deæ cælestis argenteam breve figmentum quacunque ibat secum afferre solebat, *Amm. Marcell.* l. 22. In *Gemmis Illustr. Scaliger* ad Casaubonum literis: Nihil tam frequens est, quam hæc ætropa in gemmis inclusa, videre etiam vetustissima, ea nemo intelligit, nisi qui facienda curavit, & frustra illis interpretandis opera impenditur, vid. *Selden.* p. 117. Sed ut eò audaciùs decipiant *Morphistæ*; unicuique Planetarum certum metallum assignarunt, *Soli* aurum, *Luna* argentum, *Saturno* plumbum nigrum, *Iovi* æs utrumque, *Marti* ferrum aut chalybem, *Veneri* plumbum album, *Mercurio* electrum. Pari ratione in *Gemmis* & lapidibus pretiosis procedunt, ut *Materia* inserviant *Tisfemarum*, *Soli* tribuunt Carbunculum vel Hyacinthum; *Luna* Adamantem & Crystallum; *Saturno* chrysolitum & Onychem; *Iovi* Saphirum & Amethystum; *Marti* Jaspidem & Magnetem; *Veneri* Smaragdum & Sardum, *Mercurio* Achatem & Topazum. Hinc figuras Talismanicas efformaturi easdem iis lapidibus ac metallis, quæ signorum illorum erant, incidebant, *Siroz* z. *Cicognal.* 4. c. 1. p. 455.

(5.) *Profapia*, *Tisfemarum Sabæis* Arabum superstitiosissimis transcribitur; potissimum verò famoso illi apud oppidum Thyana prope templum Jovis in Cappadocia nato, *Apollonio Thyaneo*, de quo *Amm. Marcellin.* l. 23. Floruit ille, an insanivit? sub Domitiano, & apud Ephesios pro Deo habitus, *Baronius* ad A. C. 68. *Alexander Severus* usque adeò illius credo fasci-
no fuit dementatus, ut Larario suo juxta Christi-

imaginem *Apollonii* iconem, sicuti olim juxta *Dagonem* arcam *Philistæi* imponeret. Hic nequam, ut orbi illuderet, figuras suas divulgavit. Ab illo docti, vel si mavis seducti, *Ibn Vahschiah*, *Aben Pharagi*, *Maroccianus*, Scriptor *Nubianus*, *Zain*, *Abudad* & alii nugivenduli, quos recenset, *Ath. Kircherus* cl. 5. Caball. Saracen. T. 2. p. 1. c. 5.

Apud *Hottingerum* occasio fabricandæ *Tilsemæ* nata fuit ex conjugio filix cujusdam Regis *Andalusorum*. Ambibant eam ob corporis elegantiam aliquot Reguli Arabes Barbari. Pater intra sacrum & saxum hærens, dubiusque quò se verteret, filiam accersit, eique negotium committit. Illa Parentem incestum bono jubet esse animo, promittit sese id effecturam, ut aliquid fiat citra infamie notam aut gratiæ apud procos jacturam. *Concepti*, inquit, *illa animo, nulli nubere, nisi sapientia laudè insignito*. His auditis omnes proci duobus exceptis spem matrimonii abjiciunt. Duobus verò illis pro sapientibus habitis, singulare quidpiam injungit. *Alteri* ut *molam* excogitaret, quæ circumvolvatur aquâ dulci, quæ aliorum defluat ex *Insula*, in gyrum se torquente: *Alteri* imponit, inveniendam *Tilsemam*, quæ *Andalusiâ* ab irruptione Barbarorum indemnem præstet. Placuit Patri conditio, qui Regulis mentem Filix aperuit. Acquiescunt isti, præstant juramentum, & uterque opus suum festinanter cogitat absolvere. Autor *molæ* rudera ossium quæfivit, in antris ac fossis reperta, alia aliis superstruens in mari falso (quod est inter *Insulam Andalusiam* & desertum magnum in loco, cui nomen & *Zekahsobra* & *Saldalpengh*, sive *Aqua* inter foveas, antra & terram lapidosam deserti) ad *Insulam*.

solam. Rudera in hunc usque diem supersunt. *Andalusii* credunt esse rudera portus *Alexandri*, quem fecerat, ut per illum transiret ad Insulam. Lapidibus sic dispositis derivabatur ad *Andalusios* aqua dulcis, ex loco elato in montem deserti, quem coercuit in rivulum artificiosè constructum; sic *molam* in Insula *Andalusia* super fluvium erexit. *Alter* ille *Procus*, quia tempus & *Rivalis* successum observare debuit, opus *Tilsema* intermittere coactus fuit; absolvit tamen postea & firmavit exstructo opere quadrato ex lapidibus albis ad littus maris & in arenâ fodit fundamentum, ut structura esset firmior. *Tilsema* verò fuit vir Barbarus, barba & pilis Maurorum more nigris, & crispis; in aère eminebat longitudo ejus 70. circiter cubitorum. Artificiofissima omnia erant, id cum primis, quòd dextra ejus fuit extensa eum clavi seræ, quam ille tenebat, notique quasi in mari vergens significabat: *Nemo hic transeat*. Sunt hujus *Tilsema*, ut ait Auctor quædam reliquæ in mari, neque ulla unquam accessit navis Barb. quin de manu ejus ceciderit *clavis*. Et quid tandem? Duo isti Reguli studebant se antevertere. Nam qui operi finem primus imposuisset, conjugium merebatur. Auctor *mola* opus finivit, at celavit id *Tilsema* Fabrum, & cum perciperet diem, quo *Tilsema* Auctor ultimam manum vellet admovere, fluere fecit aquam in Insula: Inde à principio ejus *molam* circumvolvitur, quod cum percubisset, & ad *Tilsema* structorem pervenisset fama, qui dum fuit in fastigio, vultum *Tilsema*, quæ inaurata erat, expoliens, & se præventum cerneret, animi deliquium passus, de fastigio ædificii decidit atque expiravit; Et sic mulier obtrivit

nuit Autorem molæ & Tilssemæ. Pluribus hæc *Hottingerus* Hist. Or. l. 1. c. 8. ex *Ibn Chalikān* Arabico scriptore recenset.

A *Sabæis* ad Ægyptios pervenerunt, ab his ad alios. Ut enim unda undam, clavus clavum; sic error errorem protrudit. Atque idè promiscuè gentiles annulorum palis, scutis, armis, suisque Amuletis exhibuerunt

*Faunos, Priapos, fistularum præsides;
Nymphas natantes, incolisq; aquatiles,
Suis sub ipso more Ranarum lacu.*

Prudentius Peristeph. Hymn. 10.

(6.) Sunt in ea hæresi *Talumanticarum* figurarum Assertores, si fabricam attendas, quæ ut referatur digna non est; H. C. *Agrippa* l. 15. de O. P. c. 22. Quod si imago solis in gradu aliquo orbis existente ad similitudinem imaginis, quæ illi gradui adscribitur, conficiatur, resultant ex illa imagine virtutes & effectus, quæ figuræ illi attribuuntur, eâ de causâ *Talismam* supplices venerantur & adorant eâ horâ, quâ sol in isto gradu existit. Summè igitur necessarium est istiusmodi iniquitatis operariis, siderum observare aspectum, ut operi sit conveniens, *Doctis* *Iob. Chislerius* in Macar. *Abraxas*. *Edificarunt palatia*, inquit *Moses* Ægyptius, & posuerunt in illis imagines, & dixerunt, quod splendor potentiarum, stellarum diffundatur super illas imagines, ut loquantur cum hominibus, & annuntient eis utilia, (futilia) *Morre Nebochim* l. 3. c. 30. *Selden* p. 103.

(7) De figurâ dispiciendum. Major & minor illa refertur, & varia, similis illis, quibus benè vel malè *Morphista* cupiunt; sæpius ad horrorem

rem pro
atione boni
quod quæritur
quaternum
arbitrari: E
parallelogra
lta ad figur
Exc. Gener
charactere
ptizæ, ex
cratæ sunt
Parisiensis
verius port
Magi Dili
factum ad
in figura
omnia, quæ
sunt, hæc
De
Usque ad
merarius
dicenda.
inquam hæ
amorphi.

Sed et
Ut cit
Nam m
Nunc v
Angu
Sæpe L

rorem

rorem prout horrendæ arti competit, efficta, pro
 ratione boni, quod desideratur, & modo mali,
 quod queritur. Mundum veteres ex ternario,
 quaternario, & septenario & novenario constare
 arbitrati: Effinxerunt circulorum triangulorum
 parallelogrammorum, hexagenorum simulacra.
 Ista ad figuras suas pertraxerunt superstitioni,
 Exc. Geierus Diss. de superstit. c. 3. §. 41. Certo
 caractere aut figurâ efformatæ (*Talisma*) ba-
 ptizatæ, exorcizatæ & consecratæ, seu potius exe-
 cratæ sunt istæ sub certis diebus, ut habet *schola*
Parisienfis art. 21. Phantasmata illa mysteria,
 verius portenta fuerunt Gnosticorum, *Simonis*
Magi Discipulorum, quem in imagine habebant
 factum ad figuram *Iovis* & *Selenam* prostibulum
 in figurâ *Minervæ*, *Irenæus* l. 1. c. 20. Obscura
 omnia, quæ non omnes capiunt, nec capere pos-
 sunt, *luso*

De meliore, quibus finxit præcordia Christus,
 Usque adeo ut Pater *Proteus* sit, de quo *Cl. Ca-*
merarius Dec. 10. probl. 3. & Mater *Circe*
 dicenda. Ex his renata est figura *Talismanica*,
 in quam haud injuria *Sulmonensis Vates* l. 8. *Me-*
tamorph. stylum stringat:

Sed quibus in plures iussit transire figuras
 Ut tibi complexi terram maris Incola Proteus:
 Nam modò te *Iuvenem*, modò te videre *Leo-*
nem,

Nunc violentus *Aper*, nunc quem tetigisse ti-
 merent

Anguis eras: Modò te faciebant cornua *Taa-*
rium.

Sæpe *Lapis* poteras, *Arbor* quoq; sæpe videri,
 Inter-

Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras: Interdum *undis* contrarius *ignis*.
 Exemplum huiusmodi figurarum credas fuisse
 Ἐφέσια γραμματά, quæ symbolorum erant
 loco, ab *Apollonio* haud dubiè Ephesi. Idolola-
 triæ Acropoli inventa, *Clem. Alexandr. l. 1. r.*
Strom. Literæ ipsæ Ephesiæ ignorabiles habebant
 apices, notulas, vocesque Magicas, quibus uten-
 tes in omni certamine victores se evaluos spera-
 bant. *Milesius* quidam in iudis Olympiacis cum
Epheso commissus, nihil potuit in conflictu, eò
 quòd Ephesius in talo characteres haberet, è *Dia-*
næ Ephesiæ pedibus, cingulo & coronâ, quibus
 instar ænigmatis insculpti erant, quod simul ac
 animadversum esset, triginta literis solutis ac no-
 tis ademptis *Ephesius* concidit, *Suidas* in hæc vo-
 ce T. 1. p. 1106. Genev. 1619.

His literis usum in rogo *Crasum* memorat *A-*
thenaus & in consutilibus pelliculis gestatas lib. 12
 Dipnos. Erant verò prisca voces scribi & pro-
 nunciari solitæ à superstitionis, apud *Hesychium*,
 ἄσκι, κατὰσκι, αἰξ, δαμναμενεύς, αἰσιον
 quod quidam Doctus Cascarum vocum collecto-
 ri ad literas reponebat; Idem hæc referres:

Rebare, te fari scio, fabare nescio. Sen-
 sus tamen est Græcarum vocum: Tenebræ, lumen,
 ipse sol, verum, vid *Erasmus* Roterodamus chil.
 2. Adag. cent. 8. n. 49. & *Clem. Alexandr. l. 5.*
Strom. p. 568. *Ambrocides* Pythagoricus Ephe-
 sias literas putat locum tenere symbolorum, & si-
 gnificare αἰσιον tenebras, non habere umbras,
 κατὰσκιον lucem quoniam umbras illustrat, αἰξ
 prisca appellatione est terra, δαμναμενεύς
 sol

sol qui domat, ἄστρον vox vera vid. B. Dn. *Qui-
storpins Senior; Bald. Walaw, Lorinus, Cor-
nelius & Joh. Malcolmus Scotus in Act. XIX.
19.* De his *Talismanicarum* figurarum Amato-
ribus eorumque sociis *Marcofisianis* disertè sed ve-
rè olim *Tertullianus; Percurrunt isti, ait, αΨΦΧ
V.T. totum usq. ad alphabetum, computant octoa-
das & decadas, ita ut efferre illorum omnes vani-
tates ineptum sit, & otiosum, quod tamen non
tantum jam vanum sed & periculosum sit, l. de
Præscript. c. 5. sub finem p. m. 116.* Sed bene
monuit antea: *Nobis curiositate opus non est post
Christum IESUM, nec inquisitione post Evan-
gelium, cum credimus & nihil desideramus ultra
credere p. 98.*

(8) Communicare cum Opt. Lectore volui
aliquot *Tissemas*, inter has, ut reliquas silenti
peplo involvamus, exclusis *Automatis &
Neurospastis*, legitime & artificiosè con-
fectis, referatur. (1) *Aceruus Mercurii* vide
Figuram Lit. E. F. Viarum & Viatorum, Num.
13. *Mercatura & Mercatorum & somnii
Præsidis lapide honorati. Inst. Lipsius: Via-
rum, inquit, Præses & Græcis verbis, ὀδι⊙,
ἐνὸδι⊙, ὀδὴνός, in brevibus aut trivibus effingebatur
trunco habitu, & in lapidem rudem, quadra-
tum, quos Hermas Græci vocabant. Ii signum
erant & indicina via: atque ubi non illi moris, ut
lapides aliquot, acervarentur, qui vicem eorum
& usum supplerent. Itaque pauci illi conjecti
aut dispositi augebantur pietate an superstitione
transcuntium. Cent. 5. epist. 5. p. m. 859.
Francof. 1626. Hinc *Aloisius Emblem. 8.**

*In trivio mons est lapidum, supereminet illi
Trunca Dei effigies pectore facta tenuis.
Mercurii est igitur iunulus. Suspende Vi-
ator!*

Certa Deo rectum qui tibi monstrat iter.

Æquaxēs seu *Hermula* statuae *Mercurii* vel *solitariae* fuerunt, vel *Sociales*. *Solitariae* quidem in delubris ac vestibulis quadrangulari formâ ex lapide potissimum sive ex ligno, neque enim ex quovis ligno fiebat *Mercurius*, atque ibi præter caput nihil spectabatur, nam brachia, manus, pedes, corpus, deerant, ut sic hujuscemodi statuâ *montem* efformarent, vid. *Macrobius* l. 2. *Saturn.* c. 9. *Sociales* ita Formatae erant, ut in unâ earum basi *Pallas* quæ *Hermathena*, aut *Herculis*, quæ *Hemeraclæ* dicebantur, & propriè erant *Gymnasionum*, vid. *E. Figrellius* c. 24 p. 210. seqq. ubi rem pluribus persequitur, *Ferd. Salazar* T. 2. in *Prov.* XXVI. 7. p. 734. *Colon.* 1612. *Corn. à Lapide* h. l. p. 718. *Martin. Delrio* *Adag.* part. 2 p. 268. *Lugdun.* 1614. & *Theod. Petianus & Martin. de Roa* h. l. p. 372. *Antwerp.* 1606. & è nostris *J. C. Dietericus* A. B. part. 3. p. 21. His cultum deferebant, ab his responsa exspectabant. De simulacro *Mercurii* in aquâ res certa est apud *Apuleium*. Scribit enim, *Tralibus de eventu Mithridatici belli Magica percontatione consulentibus, puerum in aquâ simulacrum Mercurii contemplantem, quâ futura erant 60. versibus cecinisse.* in *Apolog.*

(2.) *Annuli Talismannici*, quibus etiam usi *Basilides* & *Gnosticorum* colluvies, signati illi erant prodigiosa voce *ABRAXAS*, quâ solem denotare

notare volebant, efficit vox ista numerum 365. *Abraxas* enim Græcicæ est terminationis; *Abraxas* Ægypticæ juxta *Salmasium* l. de Annis Climact. vid. *Elias Schedius* de Dis German. Syngr. 1. c. 4. p. 101. Ante omnes *Ioh. Maccaru Abraxas*, Antw. 1657. Et in ejusdem Gemmas Abraxæas *Ioh. Chifetius* c. 1. seqq. Ubi portentoso sono vox reboans *Abrakadabra* pro Amuleto chartæ, contra morbum Hemitritæum inscribi solita, explicatur, p. 64. seqq. Multum istis tribuebant. Inde apud *Lucianum* in Navigio: *Velim MERCURIUM dare mihi tales annulos: unum ista virtute, ut semper corpore benè haberem & invulnerabilis essem; alterum, ut invisibilis cujus sunt annuli Gygis.*

Plinius l. 1. N. H. c. 7. l. 10. c. 60. l. 28. c. 19. l. 30. c. 2. *Ioh. Wierius* de Pr. D. l. 5. c. 9. In *Adriani* annulo argenteo Caduceus & pileus cum imagine *Mercurii* conspiciantur. Vim Magicam tribuebant annulis, in quibus *Cynecephali* & *Harpocrati* imago insculpta erat, *Plinius* l. 33. c. 3. Verisimile est Diabolum *Talimanni* perituisse, ut in annulis Deastrorum simulacrum insculperent, sic homines ad idolorum cultum alliciens, quasi eorum imagines annulo gestatæ, forent salutare, apud *Doctiss. Licetum* de Annul. c. 22. p. 116. & p. 121. Ibidem & apud *Chifetium* in Gemm. Abraxæis c. 9. p. 106. reperies annulum *superstitiosum*, cui inscripti characteres, quos apud *Aurorem* nostrum c. 6. §. 18. p. 130. intueri poteris, qui sunt L. i. e. *Lugenda MØRIA*, id est *pueritia* sive stultitia, quam merito mundi stultitiæ inserere poterat *Phil. Hænotus*, quem vide p. 229. Col. 1643. Lectu digna sunt

sunt, quæ de *Caroli M.* annulo ex *Paschasio* annotavit *Optimus Præceptor J. Kirchmannus* aureo de *Annulis Tract. c. 21.* vid. *Gasp. à Reyes E. G. qv. 6. n. 7. p. 53.*

(3.) *Aper Calidonius* ex ære fufus (*Herculis* erat statua à *Lyfimacho* sculpta) quò *Alexis Angeli* Imperatoris conjux *Euphrosina* Magiæ dedita, utebatur, atque aliis statuis, quibus membra jussit decuti, *S. Cicognal. 4. c. 1. p. 451.*

(4.) *Avis* in monte *Garizim*, quam æneam in montis vertice *Romani* collocarunt, quæ cum sole ipso circumferebatur. Quod si *Samaritanus* ascenderet, clamavit avis: *Hebræus!* Unde collegerunt, in montem *Samaritanum* ascendisse, quem egressi occiderunt, *Hotsingerus* ex *Autore Chronol. Samarit. c. 46. l. alleg.* Hujus generis æstima *Iyngas* *Chaldæorum* *εποφάλης ενάλυδς* seu motacillas *Babyloniorum*. Apud illos enim porticus erat in cæli effigiem exstructa & *Sapphiro*, quæ cælestis coloris gemma est, incrustata, siderum instar aureæ *Deorum* *Babyloniorum* imagines ex testudine pendebant, *Iynges* scil. quæ *Deorum* *Lingua* dicebantur, vid. *Ath. Kircherus T. 3. Oed. Egypt. Cl. 12. p. 517. & B. Dn. Orsinus Symb. Theol. c. 111. Seldenus Syntagm. 1. c. 2. p. 113.*

(5.) *Bruchus* *Africanorum* miris characteribus insignitus, certo què loco contra erucas, locustas & bruchos propellendos locatus, apud *Ath. Kircherum T. 2. part. 1. Oed. Cl. 5. c. 9.*

(6.) *Canis*. Fluvius *Phænicia* à fabula *Adonis* ita nuncupatus, hodie dicitur fluvius *Canis*, quandoquidem regionis habitatores sibi persuadent, in quodam monte alto, vicinoque illi fluvio

canena

tatem ex me
& cum hosti
curreret. i
nefacti con
arma arrip
Chorograph
ingerum H
(7.)
fides, quod
minere. C
Sylvestri II.
Gereberis d
æ Rogerum
excutare an
E. Schedm
Malmerbor
refert, fide
siderum, q
sed verum
ret, u. pr.
Ero Apof
Mortar an
Nim. Plest
post Mar
refert, qu
Necroma
in Hyspan
& homin
per quod I
clavi habu
illet, confu
verit, quan
que profec
te, longa

tanem ex metallo arte Magicâ conflatum fuisse, & cum hostium piratarum naves mirè illud percurrerent, latrâsse, cujus latratu omnes commonefacti confestim convenerint ad defensionem arma arripientes. *Jacob Iustus* Judæus in Explic. Chorograph. Terr. S. n. 908. apud Clarisf. *Horsingerum* Hist. Or. l. 1. c. 8.

(7.) *Caput*, tale fuit *Orphei*, si *Philostrato* fides, quod *Cyros* prædixit, à muliere, necem imminere. *Cicogna* l. 4. c. 6. p. 521. Decapite *Sylvestri* II. Pontificis Romani ordinæ 147. ante *Gereberti* dicti vid. *Cl. Seldenus* qui illum æquè ac *Rogerum Baconem* Mathematicum p. 117. excusare annititur Syntagm. l. c. 2. p. 109. Et *E. Schedius* Syngr. 1. c. 31. p. 384. ex *Georg. Malmerbur.* de gestis Regum Angliæ l. 12. c. 10. refert, fudisse sibi statua caput certa inspectione siderum, quod non nisi interrogatum loqueretur, sed verum vel affirmative vel negative pronunciarer, v. gr. (Cum diceret *GEREBERTUS*: *Ero Apostolicus?* Responderet statua; *Etiã!* *Moriar antequam cantem missam in Jerusalem?* *Non.* *Plesliaci Merliani* *Dn. Philippus Mornæus* post *Martinum Polonum*, *Platinum*, & *Stellam* refert, quod *Gerebertus* sive *Sylvester* II. artem Necromanticam ex libro hauserit, quem *Hispani* in *Hispania* suffuratus fuerat, *Diabolo* inde fidem & hominum præstiterit, *CAPUT ÆNEUM*, per quod *Dæmon* consultus responderet, in conclavi habuerit, quem cum, quamdiu regnaturus esset, consuleret, non prius moriturum alleveraverit, quam in *Hierusalem* missam celebrasset. Quæ profectio, cum ab ejus mente plurimum abesset, longævam sibi vitam haud dubiè spondebat.

bat. At febre correptus, Romæ in Ecclesia S. Crucis, cui nomen *Ierusalem* dum missam in Quadragesimâ celebrat, ex strepitu Dæmonum mortem adesse sensit, & oraculi demum ambiguitatem animadvertens, & peccati gravitate commotus, quibusdam Cardinalibus rem aperuit, satisfactionisque loco mandavit, ut post mortem truncum sui corporis *laceri & disjecti*, quemadmodum merebatur, *bigæ* superimponerent, eoque loci sepelirent, quo sponte ab equis vectum foret. Equi igitur sponte ad Lateranensem Basilicam subliterunt, eoque loci Cardinalium mandata sepultus est, ejus postea sepulcrum collisione ossium & sudore emisso ab eo tempore dicitur semper Pontificum mortem prædixisse. *Myst. Iniqu. p. 209. Gorichemi 1662. vid J. Wierius de P. D. l. 6. c. 5. p. 674. 675. De Alberti M. capite, quod Thom. de Aquino, ex ignorantia confregisse dicitur suo loco relinquendum est. Non nisi Magicum est, quod Anton. Bonfinius scribit de Capite amputato & loquente. Anno circiter 3 post cladem ad Nicopolim Sigismundo Imperatore à Turcis inflitam, quo multi in eum campum descenderent, emissam inter ossa vocem subinde audiverunt, IESU Christi Salvatoris & MARIE virginis nomina intonantem; loquaxque inter cadavera CAPUT inventum, quod ubi Homines sibi adesse novit, quid tam inquit, stupidi, hic statis Viri? Christianus ego sum, in xpiatus, in confessus in hoc bello occubui, Maria Mater me æterni supplicii reum esse non patitur. Hæc me adhuc Lingue compotem servavit, ut delicta fateri & animum sacris Apostolicis lustrare queam, proinde sacerdotem, qui conf-*

ses-

ffionem ashat
versis quæ.
Sacerdote
trata erravit
sissima lustr
quærent. Hæ
hic caput sac
Jesule, Cery
caput Publi
qui corpus ut
ut longo serm
Sed summa Dei
nis simulatas v
vonditiam, ve
quam perfecta
inspice Sr. C
ne capitis lat
19.

(8) Colan
contat. perve
lo fhoras ful
ratificas, qu
Periterat. e
lombas. Dodo
mei. l. b. c.
Idolol. l. i.

(9) L
ceffis oppide
bus & peccor
ter lumen ost
que si amove
ritutum iri
qua in paver
terram ab

fessionem audiat, & me expiatum reddat, ac-
 cersitæ quaso. Quare accersito à pago proximo
 Sacerdote, confessionem vitæ transegit & impe-
 trata erratorum omnium remissione, acceptâ no-
 vissimâ lustratione repente concussit, perpetuoque
 quievit. Hac Bonfinius l. 3. Hist. Ung. Dec. 3.
 Sic caput sacerdotis cujusdam Jovialis teste Ari-
 stotele, Cercydam Homicidam indicavit. Sic
 caput Publii Ducis Romanorum relictum à lupo,
 qui corpus ut ipse prædixerat, devoraverat, ceci-
 nit longo sermone adventuram cladem Romanis.
 Sed simia Dei, *Diabolus*, permisso summi Numi-
 nis simulatas voces ptofert, ut vel pietatem, vel
 vindictam, vel futurarum rerum cognoscionem,
 quam perfectam nullam habet, mentiri videatur.
 Inspice Str. *Cicognam* p. 519. De Præparatione
 capitis sat nefandâ *Cardanum* de subtilit.
 l. 19.

(8) *Columba Dodonæa*. Erudito Lectori
 constat, *quercus*, de quib. v. d. Not. 24. Ab Oracu-
 lo sonoras fuisse, apud illas mulieres duas fuisse
 vaticinas, quarum una dicta fuit *Triston*, altera
Peristera. e. *Columba*, unde orta est fabula *Co-
 lombæ Dodonæas* fuisse loquaces, vid. *Nat. Co-
 mes*. l. 6. c. 12. *Herodot.* l. 2. c. 55. *Vossius* de
Idolol. l. 1. c. 7. sed de his supra dictum.

(9) *Lacerta*, hæc Magus in *Lausanensis* Diae-
 cesis oppido *Boltingen* ad inducendam mulieri-
 bus & pecoribus fatosis sterilitatem, usus. Sub-
 ter limen ostii domus se lacertam posuisse dixit,
 quæ si amoveretur, fecunditatem inhabitantibus
 restitutum iri. Quæsito nec invento serpente,
 quia in pulverem fortasse redactus erat, pulveres
 seu terram abstulerunt, & in eodem anno uxori &
 omnibus

omnibus jumentis domus sacunditas restituta est; *Niderus* in *Formicano*.

(10) *Malleus*. *Theophilus* Imperator hostium suorum sortem prævidit curante *Iame* Patriarcha *Mago*; Inter æreas statuas, quæ erant in euripo *Circi*, statua quædam extare ferebatur triiceps. Tres ergò MALLEOS æreos fabricari jubebat *Iannes*, eosque tradi *Viris* manu validis, qui constituta noctis horâ secum ad statuam illam accederent, iisque cum ipse mandasset, capita fortiter ferirent, dum ea veluti uno ictu atque impulsu in terram dejicerent. Gratum Imperatori fuit consilium. Patriarcha magnâ jam parte noctis exactâ, profano habitu indutus ad statuam venit, Magicoque carmine recitato, & robore, quod inerat statuæ adempto, Viros omni vi percutere capita statuæ jubet, eorum duo validissimis ictibus duo capita statuæ decusserunt; tertius remissius aliquanto feriens, inclinavit quidem, non tamen à corpore totum avellit caput. Eodem modô cum gentis ejus Ducibus actum fuit. Nam seditione coortâ, eaque impugnam intestinam evadente, duo de Ducibus ceciderunt; tertius vulnus accepit, sed non lethale, nihil ominis tamen rei gerendæ eo factô inutilli, gens ea viribus suis destituta domum rediit, ex *Cedreno* *Zonarus* *Annal.* 3.

(11) *Nodis*, *Gordio* istô, quem *Alexander* ut *Dominio* potiretur, ense dissecuit, recentiores, *Finnonum* scilicet & *Lapponum*, qui tribus nodis magica arte sacratis ventos Mercatoribus venales exhibebant, & primo horum soluto placidos, secundo vehementiores, tertio vehementissimos ventos offerebant. *Ol. Magnus* l. 3. c. 6. Sic

for.

fortasse fieti
doctus doli
qua aperta
vero eade
Mag. c. 6. p.

(12.)

que in medio
centu omnem
lis, & dicebat
mandrum ex
gento, Trebe

(13.)

in & Finnon
culla fuit in h
l. 3. & l. 5.

(14.)

fama creden
cherw Oes
idem in h

(15.)

nomina sup
lis domis, e
abigendis h
gypt. T. r.

(16.)

gen Davon
angulum
simile sexa

grammatico
purpalle a
villis, vid

hulle Antio
mæzæu

fortasse fieri potuit, quod narrat *Philostratus* de duobus dolis quæ vidit *Apollonius* apud Indos, quæ aperta, imbres & ventos emittebant, clausa vero eadem cohibebant, vid. *Ben. Pererius* de Mag. c. 6. p. 40. Lugd. 1592.

(12.) *Patera Electrica Cornelii Macri*, quæ in medio vultum *Alexandri* habuit, & in circuitu omnem historiam signis brevibus & minutis; & dicebantur juvari in omni actu suo, qui *Alexandrum* expressum vel atro gestitarent vel argento, *Trebell. Pollio* in 30. (Tyranno) Quiet.

(13.) *Rana anca*, quæ incudi à *Borniensibus* & *Fimmonibus* imposita, & malleo aliquo percussa fait in hostium detrimentum, *Olaus Magn.* l. 3. & l. 5. c. 17.

(14.) *Rota divinatoria*, cujusmodi fuit, si famæ credendum, *rota Parisiensis*, vid. *Ath. Kircherus* Oed. T. 2. part. 2. cl. 11. c. 7. p. 472. Idem in *Arithmolog.* p. 233.

(15.) *Scorpius Arabum*, cui inscribuntur nomina superstitioso ritu, *Telima* ista, in angulis domus, ubi scorpii reperiuntur, reponitur, pro abigendis scorpionibus. *Ath. Kircher.* Oed. Ægypt. T. 2. part. 1. cl. 5. c. 9.

(16.) *Scutum Davidis* seu *מגן דוד* *magen David* i. e. *clypens David*, duplex habens triangulum opposita ratione sibi implexum, non dissimile sexagono, cui inscriptum nomen *tetragrammatum*, in apicibus & *ד* abbreviatum, hoc usurpasse ajunt, *Rabbinus* Davidem in militia pro vexillis, vid. *Schickard.* in *Tharich* p. 54. Usurpasse fuisse *Antiochum Soterem* contra *Galatas* signo *מגן דוד*, cui quinque inscriptæ literæ *ד* *ו* *י* *ה* *ש*.

v. y. i. et. a. quæ sanitatem seu bonam valetudinem significat, testatur *Alexand. G. D. l. 4. c. 2. Hem. Lignaridus* Oblect. Acad. p. 50. & 378. *Ath. Kircherus* Arithmol. part. 1. c. 1. p. 217.

(17.) *Serpens aneus*. Rabbînorum nonnullis, qui miraculum omne à sanatione morborum Israëlitarum remouent, serpens æneus *Talismæst*, à *Mose* Astrologo certa constellationis horâ, sub certo influxu confecta, sic *R. Sam. Zirza*, ante 200. annos floruit in *Mekor chaim* statuit. Ei *Serpens aneus* factus fuit per sapientiam supernam certis horis, quibus sanari possunt moribus petiti. Perhibet *R. Mose Maimon*. part. 2. c. 8. *Priscos* stellas vocasse figuras, & in illis fundamentum operationis ponit. *M. Vidal*. Ita *scorpiones* obediunt figuræ *scorpionis*, quæ in globo est celestis *serpentes figuræ serpentis* (rectius *serpentarii*) in *sphæra cali* apud *Exc. Dn. Saubertum* Dis. de *Serp. æn. §. 2.* *Helmst. 1671.* At verò ut *Moses* æquè minùs *serpentem* fecit *aneum*, ac *Aaron* *visulum aureum*: sed uterque aliorum operâ usus produxit opus: *Aaron* contra *Dei* voluntatem; *Moses* ex *Iehova* Mandato; Ita non à naturali sanandi virtute, quam *Iob. Bustamantinus* ari tribuit, l. 2. de *Scr. S. Reptil.* c. 3. n. 25. p. 319. *Lugdun. 1620;* sed à virtute celesti & prorsus *hyperphysicâ* vulneratis datum remedium, *Psalm. CVI. 20. Sapient XVI. 7. B. Dn. Ursinus* Advers. *S. Typ. 7. P. 7. p. 304.* & *Cl. Moebius* Dis. 3. sub fin. de *serp. æneo* *Lipsiæ 1674.*

(18.) *Statua fatales*, ex quarum genere *Palladium* cælo, si *Dis* placet, delapsum & *Vesta* Custodibus concreditum, ut inexpugnabilem illò dotatum locum redderet censendum est, de hoc *vid. Not. 12.* Argen-

Argentea
tore ejusmodi
locata, in corp
Autore *Pho*

Certa
jussu modo cere
reconferet *Hel*
quoniam narrat
fici, qui arari
tes, cum Ma
repperit. *Par*
Clandam mal
ad Regis *Luo*
arte *Dzemoni*
ta, fabricari
Viti *Philippi*
l. 6. sect. 4.

Mosa
statua ma
gicæ, har
altera que
Sed Impera
Hungari
itarum gen
Choniates

Men
pabit, que
culla lectu
sonum ferr
schemata ejus
Cl. 8. c. 3. p.

(19.)
tum gestav

Argentæ statua sub Constantino Imperatore ejusmodi adversus Barbarorum incursions locata, in confiniis Thraciæ & Illyrii reperita sunt, Autore *Photio* Biblioth. c. 80.

Cereæ statua. Regem Scotiæ Duffum hujusmodi cereâ imagine olim divexatum pluribus recenset *Hæf. Boetius* Hist. de Reg. Scotiæ. *Gargwinus* narrat de uxore Engverrani Quæstoris Gallici, qui ærarium expilaverat, quòd ad Magicas artes, cum Maritus in carcerem esset conjectus, se receperit. *Pavlovius* enim, Magum quendam & *Claudam* mulierem adhibebat, qui cerea simulacra ad Regis *Ludovici* & *Caroli* Valesij formam, sed arte Dæmoniacâ in speciem languentium confecta, fabricarunt. At mala fors prodita fuit. In Vitâ Philippi Hattini l. 7. M. *Delrio* Disq. Mag. l. 6. sect. 4. qv. 3.

Muliebres Constantinopoli in foro stabant *statua muliebres* duæ, quæ belli fortunam præfigerent, harum altera *Hungarissa*, erecta stabat; altera quæ *Romana* dicebatur, collapsa jacebat. Sed Imperator *Manuel Comnenus* dejici jussit *Hungarissam*, erigique lapsam *Romanam*, ratus statum gentis hoc omine motatum iri. *Nicota Choniates* Annal. 5.

Memnonis statua hic quoque locum occupabit, quæ radiis solaribus tempore matutino percussa latum, at sole vergente mæstum edidisse sonum fertur, vide apud *Athan. Kircherum* schema ejus & fabricam Oed. Ægypt T. 2. part. 2. Cl. 8. c. 3. p. 323.

(19.) *Venus Armata*, quam *Iulius Cæsar* secum gestavit. Sculptam *Veneri armata* imagi-

nem gestabat, eaque tessera in rebus summis pœ-
rumque utebatur *Dionl.* 43.

(20.) *Vestis Militaris* apud Germanos in
usu fuisse legitur, quæ sine dubio ad pactum Dia-
boli implicitum pertinebat. Eâ nocte, quæ diem
Natalem Domini nostri JESU CHRISTI præ-
cedit, virgines quædam fila è certâ lanâ, invocatis
suis spiritibus, ducebant, ex iisd. mox telam per-
texebant, & ex hâc eadem nocte vestem. Deinde
oblongas confuebant interulas, pectori bina
appungebant capita, à dextris unum, alterum à
sinistris. Quod dextram partem spectabat, bar-
bâ oblongâ erat & galeâ tectum; quod lævam,
coronatum erat quidem, sed formidabili Dæmo-
nis aspectu, utrinque crebræ cruces. Hac qui in-
dutus esset veste Magica, contra omne telorum
genus quodcumque illud esset indemnem ac tutum
se fore arbitrabatur. *Stroz. Cicognal.* 4. c. 1.
p. 442.

(21.) *Vexillum.* Cùm Poloni A. C. 1140.
ad *Legniam Tartaros* commisso prælio gravi-
terurgerent, & fugientibus acriter instarent, con-
spiciebatur in extremo Tartarorum agmine inter
alia signa vexillum, in cuius pictura Litera X. in
cuspide verò figura erat tetra, nigraque capitis
humani barbati. Id vexillum cum signifer ve-
hementius quæretet, fumum atq. nebulam den-
sissimam & fœdissimam exhalabat. Incanta-
tionibus *Tartari* id effecerant, quibus juxtaque
divinationibus cæteris, tum aliâs, tum in bello u-
tuntur, de futuris eventibus, conjectari soliti.
Barbari, ubi Polonos trepidare senserant, per-
turbatis ordinibus magnam cædem ediderunt, &
sautus in prælio *intersectorum Christianorum* nu-
merus

nerus fuit, ut
gracilæ, nove
Cromero H
Tr. Magico

(8.) E
nigatores da
peiores, qui
divinitas, ne
tenderent, A

1. 15. Tali
& characteri
genali liberali
et P. S. L. u. j.

stus, testator
terrenis mar-
feris & præ-
res à celesti
apud Proles
lestibus ac

Cicognal.
rum Zodia
nam in grat
traa esse har

signorum Z
cavis lapid
erant mejo

A R
dem solini
vero in can
abecto, ip
nubatur div
cibus ac l
tius & adv

TALU

merus fuit, ut singulis *singula auricula* à Tartaris præcifæ, *novem ingentes saccos* explerint, ex *Cromero Hist. Polon. l. 8. apud M. A. Zimaram Tr. Magico c. 12.*

(8.) *Efficacia.* His nugis multum tribuunt nugatores dæmone pervasore Persis & Romanis pejores, qui simulacra rejecerunt, eò quòd nulla divinitas, nedum efficacia illis exprimi posse at- tenderent, *Plutarchus* in *Vitâ Numæ & Strabo l. 15.* Talismanistæ tamen artificialibus sigillis & characteribus, immensam potentiam pro fingendi liberalitate elargiuntur. Magicas rationes ut *Pfellus*, jure optimo optimis mentibus suspectus, testatur, deducunt à summis potestatibus & terrenis materiis. Compari ajunt, supra inferis & præsertim sublunaria. Res enim inferiores à cælestibus corporibus regi volunt, & ut est apud *Ptolomæum*, vultus inferiores vultibus cælestibus ac cælo subjectos esse arbitrantur. *Str. Cicogna l. 4. c. 1. p. 445. seqq.* Ubi sigilla signorum Zodiaci pluribus exponit verbis, quæ apponam in gratiam illorum, quibus liber ad manus fortæ esse haud poterit. Procedit ille juxta seriem signorum Zodiaci: *Hinc, ait, sigilla efformaturi erant lapidibus aut metallis, quæ signorum illorum erant incedebant.*

ARIETIS signum fiebat ex auro pro, dum sol initium illius signi ingrederetur, Luna verò in canero esset vel Leone; Libera malefico aspectu, ipsa meridiei hora. Conferre existimabatur divitiis, existimationi morbis, omnibus capitibus ac sensuum defectibus; item ad navigationes & adversus tempestates.

TAURI sigillum formabatur, dum iti-

dem sol illud signum ingrederetur, & Luna in cancro esset vel leone. a maleficis libera. Fiebat verò figura studentis hominis, & ad opus quodvis diligentem reddere credebatur.

GEMINORUM sigillum fiebat sole dum signum ingrediente, & in meridie vel ortu, quod de omnibus etiam reliquis est intelligendum: sicut & hoc, ut Luna a maleficis sit libera, sed tum sit in Leone, libra, vel cancro. Prodest hoc si Astrologis credimus morbis brachiorum atque imprimis Comitali.

Eadem ratione sole **CANCRUM** ingrediente & Luna in Libra, vel Leone constituta, sigillum Corallio aut jaspidi incidebatur, quod adversus tussim, sanguinis sputum, pleuriticidem, ulcera excedentia validum remedium credebant.

LEONIS sigillum eodem modo quando sol illud signum ingreditur, factum, nephriticis prodesse cordisque palpitationibus, febribus acutis, solis ardoribus mederi atque hominem etiam fortem & bonum, (ò superstitio?) redde- re putabat. Figura ejus Homo Triumphans.

VIRGINIS sigillum fiebat sole signum ingrediente, Luna, in Libra vel Sagittario. A- jebant conferre omnibus viscerum doloribus ac horroni ac febrium paroxyfinis.

LIBRA sigillum fiebat cum Sol signum illud ingrediebatur, Luna verò in Capricorno erat vel Aquario. Hoc qui gestabant, eos pios, misericordes, mansuetos, prudentes fieri nuga- bantur, ad conjugum etiam concordiam, ad lu- cra, ad navigationes, & contra hæmorrhoida- rum cruciatum non parùm conferre, persuasum habe-

debant. Fig-
gitabundi.

SCORPIO
pionem ingre-
Piscibus verti-
sin, velica mo-
proremedio
tinacem & in-

SAGIT-
Luna esset in
Dæmoniacis,
tribus miltis
eis placet, m-

CAPR-
re vel Tandro
nes etiam tal-

AQU-
rel Gemina
oculis, cu
prudentes,
deri.

PIS-
signum ingre-
nais exilt
contra Po
& families

His
biliora cre
majori era
erant ut si
ipsum resp
num à radi
fatori obf
picio me

habebant. Figura erat hominis sedentis & co-
gitabundi.

SCORPIONIS sigillum fiebat, Sole Scor-
pionem ingrediente, Luna verò in Aquario vel
Piscibus versante. Contra quartanam, phti-
sin, vesicæ morbos, dolores ex ictu scorpionum,
pro remedio habebatur: Hominem etiam per-
tinacem & invictum reddere putabatur.

SAGITTARII sigillum fiebat, quum
Luna esset in piscibus vel ariete: Comitialibus
Dæmoniis, insanientibus, ichiæ dolori, fe-
bribus mistis ex bile & pituita, vel sanguine, si
his placet, medebatur.

CAPRICORNI sigillum Luna in arie-
te vel Tauro: ad artuum dolorem, & contra ca-
nes etiam rabidos.

AQUARI sigillum, Luna in Tauro
vel Geminis: credebant visui prodesse atque
oculis, crurium doloribus, studiosos facere &
prudentes, atque imprimis reptilium noxis me-
deri.

PISCIIUM sigillum efformabatur, sole
signum ingrediente & Luna in Cancero aut Ge-
minis existente. Remedium erat superstitiosis
contra Podagram, mala ulcera, Elephantiasin
& similes morbos.

His PLANETARUM sigilla multo no-
biliora credebant, ad quæ effigienda quoque
majori erat opus observatione. Communia
erant ut significator sit in angulo, Luna felix
ipsum respiciens & Sol illi favens, scilicet ut pri-
mum à radiis ejus liberetur, nec malefica signi-
ficatori obstet aut super ipsum elevetur, & ut in
proprio metallo fiat vel gemmâ, pro Sole in

31 auro aut carbunculo, pro Marte in Jaspide vel
 32 ferro, pro Iove in ære, pro Saturno in plum-
 33 bo, pro Lunâ in argento aut Cryſtallo, pro Ve-
 34 nere in plumbo aut Smaragdo, pro Mercurio
 35 in electro vel Topazio.

36 SOLIS ſigillum exiſtimabatur hominem
 37 facere ſapientem, gravem, fortem, victorem
 38 hoſtium, pudicum, potentem, felicem ſed cogi-
 39 tabandum.

40 LUNA verò in itineribus, in mercatura,
 41 in divitiis acquirendis fortunatum, verſatili inge-
 42 nio, lepidum, apud mulieres gratioſum.

43 JOVIS ad honores, Magiſtratus, gra-
 44 tiam Principum, divitias, manſuetudinem, bo-
 45 nos mores, animi tranquillitatem, continentiam,
 46 amicitias, ſacerdotia, & in foro judiciario
 47 victoriam: ad hæreditates etiam conſequen-
 48 das, ſi Saturnus illi faveat.

49 MARTIS ſigillum ad victoriam, for-
 50 titudinem, ad lucrum ex ludo quoque, ſi Mercu-
 51 rium habet faventem.

52 VENERIS ad bona conſequenda, ad gra-
 53 tiam Principum, & imprimis Mulierum; ad Sa-
 54 cerdotia etiam, ſed magis ad connubia, ad ſalu-
 55 tem morborum deſparatorum, ad lætitiâ &
 56 hilaritatem, ad oblivionem curarum & mæro-
 57 ris, ad amicitias, ad comitatem atque effabili-
 58 tatem.

59 MERCURII facit ſollicitum, prom-
 60 ptum, elegante m, divitem, ſacundum, aſutum,
 61 ad diſciplinâ & artes diſcendas aptum in foro
 62 felicem.

63 SATURNI tenacem, divitiis charum,
 64 mille modis lucro inſidiantem, mulierum con-
 65 tempto-

temptorem, que hæc ſunt
 gæ nimum
 deliria, qu
 rantia credi
 triter in Nat
 rapidum eſſe
 latio aut
 ſiſt itellaru
 ſolam auro
 gram, nihil
 ceſſis habent
 liationem, qua
 non poterat

Hæc C
 Coeleſtium T
 ait, eſſe tot
 mundi, cele
 Sympart
 O Theam
 lerum me
 me mori
 de qua qui
 p. 584. d
 poterit
 meus.

A
 ſphæram
 reptant,
 liceantur
 Lindus
 Hamburg
 Athrolog
 tu diverſi

temptorem, thesauris inveniendis felicem. Atque hæc sunt veterum & recentiorum etiam Magiæ nimium tribuentium de Planetarum sigillis deliria, quæ superstitione invenit, hominum ignorantia credibilia facit. Quis enim vel mediocriter in Naturæ obscuritate versatus nescit tam rapidum esse, astrorum motum, ut tam citò nulla imago aut sigillum effingi possit, quin mutatus sit stellarum situs? nec posse figuram artificiosam auro, argento, aut alii metallo insculptam, nihil omnino commune cum stellis aut cælis habentem, novam aliquam inducere qualitatem, quæ materiæ eas addat vires, ut quod non poterat ante, efficere possit?

Hæc Cicogna d. l. Plura suppeditabit Rud. Goelenius Tr. de Magn. Cur. qui proprietatis ait, esse totius nature h. e. majoris & minoris mundi, cælestis & elementaris, quæ consistunt in Sympathismo & Magnetismo, in Antipathismo, & Theamedismo, qui uterq; perficitur per Astralismum mediante Synarthismo spiritus seu animæ mundi communissima, secretissima, Mystica, de qua quid sentiendum Cl. Voësius Tr. 3. Disp. p. 584. docebit. Legitamen contra Goelenium poterit Joh. Roberti Goelenius Heavontimormentus.

Anxii sunt Morphista; ad Solis, Lunæque sphaeram evolant, sidera omnia ac domus 12. perreptant, & quam istæ artem, fortem, Martem polliceantur, malè credulis proferunt, vid. Henr. à Lindhus Brûxellensis Phys. Jud. c. 17. p. 188. Hamburg. 1597. Sed nondum inter nobiliores Astrologos effectum, an Zodiaci vel domiciliorum divisio sit naturalis & an signa arbitraria sint

non significativa? Quam quæstionem acutè movet, atque eruditè solvit Celeb. *Joh. Keplerus* l. de Stell. Novà in pede serpentarii c. 4. & 5. Pragæ 1606. Confer. *Gv. Postellus* de signorum Cæli vera Consign. Lugd. 1636.

Delirabant *Priscillianista* seculo V. In Concilio Toletano 1. damnati & seculo VI. per canon. 9. & 10. Concilii Bracarenfis, quos multi infæcati, omnes homines fatalibus astris esse colligatos, & corpus nostrum compositum secundum 12. cæli signa.

Notabant caput ariete, cervicem tauro pedes cancro, pedes piscibus, apud August. de Hæres. Ad quod vult Deum c. 70. *Gv. Perkinsus* *Boscanol.* c. 3. sect. 2. p. 102. *J. Th. Freigius* l. 18. *Physf.* p. 389. Satis in concinæ delirant, qui arietem capiti, pisces pedibus, Mercurium pueris, Viris Jovem, tenibus Saturnum conciliant, quasi planete & cæli animati sint, ut habet *Claud. Espencans* l. de Animat. Cæli. & *Casp. Schottus* *Physf. Cur.* l. 12. c. 9. Quocumque vertant cum suis *Talismis* Morphistæ ordo regiminis, à quo dependere sigilla sua volunt, per absurdum es & rationis probabilitate destitutus, eò quòd juxta ipsorum descriptionem Ex. gr. Luna ingreditur primò signum *Arietis*, & sic dominetur in capite, si secundum signum *Tauri* in collo, & sic in aliis partibus, ut difficile sit dijudicare, quæ sigillorum cum Astris ob motum sit convenientia, vid. *Perkinsus* d. l. p. 103. Tu Christiane & Cordate Lector, facili negotio dijudicatum ibis, quæ virtus superstitiosis characteribus ac *Talismis* in esse possit? Aut quæ sympathia cum astris tot millibus paralangarum ab istis inferioribus remotis?

Non

Nob equidem
nem.

Astra
trant, ad For
Animalium,
nem, ac com
magnetem a
Luna cresce
motibus de
et eruditè di
dicus de *Pr*
Zanghem T.
la. 1. dial. 2
cogitari pot
causellum in
tit actio viti
lapidibus?
vita, ubi
fice conu
ac agrum
rari, quod
Darri, a
Schottus
re, aut v
mnes fig
totum in
fictum
ctum, na
vita dees
tralis el
Tr. Magi
fictum T
dicatur,
fios ex tal

Non equidem negari debet indistans dari actionem.

Astra enim ad intimiora terræ viscera penetrant, ad Fossilium, metallorum, vegetabilium, Animalium, Hominum, generationem, productionem, ac commoditatem; *Cynosura* allicit sibi magnetem ad determinandum quid distinctum; *Luna* crescens ac decrescens à reciprocis maris motibus de quibus Cl. vid. *Licetus*, dominatur, ut eruditè disserit Nic. *Papinianus* Blæfensis Medicus de *Puly. Symp. Diss. Rothomagi* 1650. *Zanchius* T. 3. p. 454. seqq. *Schottus* Itin. Existat. It. r. dial. 2. c. 9. p. 391. Sed quæ Actio excogitari poterit corporum naturalium siderumque cælestium in figuras Artificiales? & quæ competit actio vita carentibus. auro, argento, plumbo, lapidibus? Operatio enim ibi, ubi anima, spiritus, vita, ubi vis naturalis inest. Ut *aratum* ab artifice confici nequit, quòd sua sponte terræ glebas ac agrum possit profcindere; Nec *telum* præparari, quòd nullà manu adhibità etiamsi illi *Orion*, *Dares*, aut *Entellus*, *Draco*, vel *Leo* insculpentur, *Schottus* Physic. Curl. l. 12. 1537. Scindere, lædere, aut vulnerare queat; sic omnes *Talime*, omnes figuræ Artificiales, omnes signaturæ, adeoque totum universum *figillorum* agmen à *Morphistis* factum, factum, culum fustumque, scriptum aut pictum, naturalem effectum uspiam producet, quia vita deest, & non nisi causæ naturalis effectus, naturalis esse potest ac dari. *M. Ant. Zimara* Tr. Magic. c. 6. & 10. Si quis tamen aliquis effectus *Talismarum* nominari possit, de quo valdè dubitatur, non nisi à Dæmonis ope proficitur, qui solus ex tali figuræ aut imaginis applicatione excitatur

tatur & impellitur, ut hoc vel illo modo apud superstitiosos ac seductos suos Discipulos operetur. Veritatis gratiâ refulgent, quæ Doctus habet Freigius: Omnes figura ait, magis sunt initi occulte cum dæmonibus pacti, quam cause ad effectum naturaliter concurrentis. Sicut enim imaginibus Necromanticis Angelorum seu potius Dæmonum inscriptio & aliorum nominum ac characterum ignotorum & diversarum suffumigationum & invocationum usus, signa sunt manifesti pacti cum dæmonibus; Ita sunt sub constellatione, ut impietas & idololatria facilius occultentur, quam cum imaginum fabricâ conjuncta est. At omnis observatio & destinatio ipsissima superstitiois partus est. l. 18. p. 412. Figuratum itaque antiquitas, quæ à Sabæis, Ægyptiis, Græcisque, deduci poterit, nihil aliud probat, quam damnosa species ac fascino seductos alios seduxisse, quibus obijcias, quod olim Apostolus increpulis: Ovos amentes Galatæ, qui ἐβούλωνε fascinauit vos? Gal. III. 1. Quis vestros ô stolidi Morphiste oculos, animos & aures vertiginosus genius præstrinxit, ut exillimaretis illa Vos videre, quæ reverâ non videntur, & habere, quæ nupiam sunt, & futura esse, quæ nunquam fient? Ut nihil nisi vanitas, dedecus & conscientiæ vulnus Vobis reliqua relinquatur. Concludam, quem antea nominare debebam cum Magnifico & Consult. Dn D. Henrico Michaelis Proto-Syndico Lubecensi celeberrimo, amico vetere, Fratris loco colendissimo, cujus incluto Nomini æternaturam felicitatem apprecor; & quod de falsis instrumentis pronuntiavit; Idem Ego venerandi Corculi pace, de Tabulis, Sigillis, Amuletis, de quibus Camerar.

cent.

stat. 2. 2. c.
quæ re
rior, dubi
tare prob
tempor
fide instr
riter ac do
Hilt. & Chr

Pag.
rom Talon

Cl. P.
strat mult
etiam eos
rapim, s
pauze V.
sharestan
ad Abul
Planetis,
habebant
uerentur
rum oble
conficere
di, sigill
quæ ad
lere aut
ta simula
tem illu
eodem pe
artes m
rom, ab
victorias

cent. 2. 2. c. 76.) dixerim; *Præsumptio ex antiquitate resulsans imperfecta, minus plena, levior, dubia, in quâ relaxatur aliquid de necessitate probandi, quæ propterea non probat.* Imò temporis vetustas dat occasionem fabricandis fictis instrumentis. (Tillemis) In acutissimis pariter ac doctissimis Responsis Juris 14. de Fid. Hist. & Chronol. in Antiq. p. 107. Lubec. 1673.

NOT. 60.

Pag. 113. cap. 6. §. 7. *An in Sacris harum Talmanticarum mentio fiat?*

Cl. Hottingerus l. 1. Hist. Or. c. 8. demonstrat multiplicem apud Orientales fuisse usum, sed etiam eosdem verisimiliter Hebræorum fuisse *Thezaphim*, quorum 15. locis per contextum Scripturæ V. T. fit mentio. De Orientalibus *Alsharestan* Arabs apud Cel. D. *Pocockium* Notis ad *Abulpharaji* p. 139. Ubi dixerat, quod 7. Planetis, quos pro Intelligentiarum habitaculis habebant Arabes, sacella construxerint, ut his uterentur Mediatoribus. Infert ex prædictorum observatione quomodo *TELESMATA* conficiendi, præstigijs & incantationes exhibendi, sigilla & figuras conficiendi, aliæque ejusmodi, quæ ad mira perpetranda stellarum vi ac virtute valere autamant, fabricandi rationem tradunt. Certa simulacra igitur, juxta figuram unicuique septem illis sacellis propriam, constabant e metallo eidem peculiari, ferro, argento &c. Observantes insuper diem, horarum, graduum, minutorum, aliorumque, quas ad infusus benigniores eliciendos valere putant *Astrologi*. circumstan-

liarum momentis, & adhibitis, quæ antea diximus, sigillis, indumentis, suffitiis, orationibus incantamenti &c. cujus sibi gratiam conciliare studebant, fieri maxime gaudebant, de quibus R. Maimon. More Neboch. l. 3. c. 29. Nihil autem discriminis interesse inter *Talismas* Arabum, & *Theraphim* Hebræorum, 9. rationibus laudatus *Heringer*, sedulo Lectori ad oculum, sed non nisi summo cum prolubio demonstrat, d. l.

NOT. 61.

Pag. 113. *Serpentem aneum à Mose creatum Talisman fuisse.*

Rectè Autor Atheos illos vocat, qui omnia ad Naturæ potentiam referunt. Dolendum Naturalistarum atheistico hoc seculo plus, esse quàm olim, ut ait Comicus, *Muscarum, cum sol cales maxime.* Sed de his dictum Not. 59. in Catal. Talism. §. 17. Quapropter beatus Dn. *Ursinus*, Excell. *Saubertus*, Cl. G. *Mævius* inspicere poterunt, qui dubium omne nisu adiment facillimo.

NOT. 62.

Pag. 135. §. 21. *Num sidera etiam in Artificialibus operentur?*

Hoc assertum Autor affirmat adversante ratione & saniorum Philosophorum decreto. *Astra non possunt influere in unam partem corpori determinatam, nec materiam in dispositione adaptant.* Et quid opus solem adducere, qui imaginem Hominis ceream calefaciat, quin etiam liquefacit, sed nec hominis tantum, verum etiam rei alterius imaginem calefacit, scilicet ut ait *Maro* *Ecci. 6.*

Limm

Limm

Uno

In quem loc

26. Sed non

ancalefacit, u

partum juvare

cas ostendat.

nis radios fol

non modò in

millatenus se f

larum. N

tum, nec esse

XIX. 7. In n

spectu ardore

cem custodiens

Sol & xareus

resurgens,

Dominus q

festinavit

Itin. Exibat

Refer

non Ath.

Ravenna e

convertere

eheru M

Pii lucis F

ne Christi

Hiscant, se

tutes sequa

AMOR! e

(141) Gal

*Limus ut hic durefcit, & hic fic cereali-
quefcit*

Uno eodemq; igni

In quem locum Cf vid. Fr. Taubmannus p. 85.
86. Sed non tantum figuram verum etiam materi-
am calefacit, inque illam radios suos vibrat, ut se
parum juvare velle figuras nugasque Talisman-
cas ostendat. Neque etiam figura cereæ magi-
nis radios solares provocat, sed sol ipse emittit
non modò in ceram sed alia liquida, ut declaret,
nullatenus se Patronum esse figurarum superstitio-
sarum. Nam circuitus ejus ad extremis arena
ejus, nec est qui se abscondat à calore ejus Plal.
XIX. 7. In meridiano exuri terram & in con-
spectu ardoris ejus quis poterit sustinere? forna-
cem custodiens in operibus ardoris. Tripliciter,
Sole exurens montes, radios igneos exsufflans &
refulgens, radiis sui obcecavit oculos: Magnus
Dominus qui fecit illum, & in sermonibus eius
festinavit iter. Syr. XLIII. 3. vid. Scottus in
Itin. Exstat. c. 4. Præluf. in solem §. p. 170.

Refert ex Hier. Rubeo apud Fab. Pauli-
non Ath. Kircherus statuam à Severino Boetio
Ravennæ eâ arte esse constructam, ut cum Sole
converteretur. Arti Magneticæ allignat Kir-
cherus Magn. Plant. l. 3. part. 5. c. 5. p. 650.
Pii lucis Filii sole olim lucidiores ad Solem Justi-
tiæ Christiani se convertant, ut ab illo beatè in ca-
lescant, sed illi non ferrea sed cerea, sed ad vir-
tutes sequacia pectora exhibeant, hic sit SOLIS
AMOR! ἃ τοῦ εἰς μορφωθῆναι Χριστὸς ἐν ἡμῖν
(ἡμῖν) Gal. IV. 19. Jacob 4. 8.

NOT.

Pag 139. c. 7. S. 1. *Mos sanandi morbos carminibus & certis characteribus.*

In sententiam suam Autor pertrahere audeat *Cajetanum* pnta in summa, vide *Incantatio & Tb. de Aquino* 2. qu. 95. art. 9. At isti damnant non probant curandi per periapta ac characteres modum. Equidem *Crollius* in Præfat. designat: valde sibi placet, ut illudat aliis. Sed docti & prudentiores Medici abstinere ab istis fallaciis, easque Empyricis ignorantia nec minus nequitia turgidis relinquunt. De *Tralliano* (non *Tertulliano* p. 140. *Sicuti hæc cum multis aliis vocibus*, NB. quæ propter absentiam irreperunt, *Lectoris* benivolentia corrigetur) l. 10. cap. ult. qui circulo inscribi jubet contra Colicam: *Fuge, fuge hinc bilis, alanda quarebat.* Qui ibidem contendit, *Galenum*, si credere fas est, fidem huic rei habuisse, ubi librum de *Medico Homeri* i. e. versibus Homericis pro remedio adhibendis citat, l. 9. c. 4. qui tamen desideratur, unde *Tralliano* non adstipulandum.

Polyd. Virgilius memorat, *M. Serenium Novianum* adversus oculorum morbos gestare consuevisse Amoletum duabus literis Græcis signatum α & ρ . Alii α & π l. de Prodig. Verendum ne Medicus curæ pertæsus ægrotum suum ad π aut nodosam podagram eo relaxare voluerit. De *Eleazero* Hebræo naribus obsessi annulum coram *Vespasiano* Imperatore applicare & Dæmonem extrahere solito narrat *Iosephus* l. 8. A. J. c. 2. Hujusmodi ineptias *Ant. Mizaldus* in *Ap-*
pend.

pend. Secreta E
dit, Dialogo
"noter recti
meritum l. de
Rider gentili
nom in collo
ait, se affectu
admississet.
lib. Constanti
panium appe
medica quare
ret, ut venep
specta igitur d
ta. Effectus
suis Solertian
nus de pacto
recilli, nec N
tercedit, in
mosna quocq
boendus est
Languis Ep
c. 10. p. 2
sua non est
ser. VIII. 2
Gammarol
piè finitili

Profit n
Id

pend. Secret. Exper. aliquot dialogis orbi protrudit, Dialogo potissimum i. p. 214. quem Autor noster rectè p. 143. §. 3. damnat. Vid. Cl. Sennerius l. de Consensu Chym. cum Galen. c. 14. & 8. Ridet gentilis amicum lecto affixum, cui *Amoletum* in collo à muliere alligatum erat. Pessimè ait, *se affectum esse, quod talem stultitiam in se admisisset.* Plutarch. in Pericle. Am. Marcell. sub Constantio Imperat. prohibitum & ut delictum punitum appendere periapta testatur: *Si quis remedia quartana vel alterius doloris collo gestaret, ut veneficus reus capitis interibat.* l. 19. Suspecta igitur & rejecta sunt illa Diaboli Alphabeta. Effectus omnis qui superat naturam, aut artificis Solertiam, si nullatenus constat, quòd sit diuinus de pacto est suspectus. Dum enim nec miraculi, nec Naturæ vis, nec Artificis industria intercodit, superstitio intervenit & pacto cum Dæmone quicquid contra hisceat, noster Autor, tribuendus est. vid. Marcel. Donatus l. 2. c. 1. Langius Egist. 38. Job. Fernelius l. 2. de Abdit. c. 16. p. 273. Francof. 1593. Num quid resina non est in Galaad? aut Medicus non est ibi? Jer. VIII. 21. Optimè Nob. Sachs à Lewenheimb. Gammarol. c. 9. p. 859. seqq. de hac materiâ, & piè finit librum eruditissimum:

*Profit ut agrotis Medicam nil dedecet Artem,
Id fiat salva religione modo!*

Nunt

Num Calum liber quidam sit, & num varia stellarum combinationes scripturam quandam consciant, in qua futura digito Dei inscripta legi possint?

Respondet verbis seqq.

HEbræos & Arabes primos hujus dogmatis assertores fuisse, reperio. Cum enim calum tam miris & inusitatis fallorum Numinum imaginibus ab Ægyptiis & Græcis insignitum intuerentur, tum inconvenientiâ rer, tum lege prohibente impulsi, aliud dogma architectati sunt, ex caelestibus characteribus constitutum. Hi enim cum partim leges fatales celo descriptas opinarentur, partim antiquissimorum Autorum testimoniis illusi, minimè vanum & otiosum esse arbitrarentur, quod tam insolitis se in inferiorem mundum exerebat effectibus; in eam devenere sententiam, firmamenti expansum nihil aliud esse, quam librum quendam stellis veluti literis quibusdam insignitum, ex quorum congruâ combinatione omnium seculorum eventus, secretaque hominum Dei digito inscripta legi possint. Ut verò hoc insullum commentum scitius defendant, probant id ex sacris textibus, quos uti ad sua placita stabilienda ridiculè detorquent, ita miris modis contra rationem depravant. Allegant itaque primò illud Esâ. XXXIV. 4. *Et complicabuntur cali sicut liber.* Quod ita explicant: *Et complicabuntur cali sicut liber, omnium presentium præteritorum & futurorum eventuum ratione exhibens.* Confirmant hunc locum ex 1. Genes.

versu,

versu, que
sunt: In prim
pturam cal
pturam ca
positio, & a
lettem impe
Quis enim
ribus hanc p
colativi cali
strum sit, ex
tamen stud
ubi eadem
daicâ parap
dais in accu
igitur opin
debet: &
& literar
nihil ins
pacto ut
& erant
temerari
intantum
Innovent
chp. Ko
eorum, i
inconcin
Hi
ajunt, ca
esse velut
stellæ lire
digito De
marrant
emercat
In hpo

versu, que perperam hoc pacto interpretati sunt: *In principio creavit Deus literas, seu scripturam celi*; ubi particulam *ו* *literas* seu *scripturam celi* exponunt. Incongrua prorsus expositio, & ad superstitiosam illam scripturam cœlestem imperitis persuadendam, doloso contorta. Quis enim unquam ex S. Scripturæ Commentatoribus hanc particulam aliud, quàm articulum accusativi casus interpretatus est? quod & manifestum fit, exsequenti vocabulo: *ואיר הארץ* (quod tamen studiosè causæ suæ malè consciî subticent) ubi eadem particula repetitur; loco cujus in Chaldaicâ paraphrasi habetur *ו* *Iath*, articulus Chaldæis in accusativo formando usitatus. Juxta horum igitur opinionum primus Genesis versiculus ita legi deberet: *In principio creavit Deus literam celi, & literam terræ*; quâ quidem interpretatione nihil insulsius, nihil ineptius fingi potest. Pari pacto illum ejusdem Genesis locum *והיו לאות* *ו* *erant insignia*, ipsi legunt, *Et erunt in literas*; temerario prorsus ausu. Nec hic desistant, ut intentum suum tandem obtineant, in illo Psalmi 19. *In omnem terram exivit sonus eorum*; illi vocem *קול* *Kolam* interpretantur *קו* *Kaviam* *linea eorum*, i. e. lineæ scripturales; pessima pariter & inconcinna expositio, priori non inferior.

Hiscæ itaque verminosis fundamentis positis ajunt, cælum seu *Rakia*, illud inquam Expansum, esse veluti pellem quandam pergamenam, in qua stellæ literas, asterismi verba futurorum eventuum digito Dei insculpta exhibent, juxta illud: *Celi enarrant gloriam Dei & opera manuum ejus annunciat firmamentum.*

In hoc ajunt omnes futurarum rerum succes-

sus, mutationes regnorum, imperiorumque, uti
 & omnem privatorum hominum sortem & for-
 tunam veluti per libram quendam solis sapienti-
 bus intelligibilem, exposita esse. Atque hujus
 quidem sententiæ propagatores fuisse ajunt pri-
 mò Jochaidem, quam in Zohar exponit, *Akibam*
 Autorem libri *Ietiræ*, *Rambam*, *Abrahamum*
Dior, *Aben Ezra*, *Radak*, *Imtof*, *Ralbag*,
Aburbanel, aliosque innumeros; quos Latini
 nonnulli secuti sunt cæteris supersticiosiores suum-
 que dogma stabilire contendunt ex libro quodam
 Apocrypho, qui intitulatur *Narratio Ioseph*,
 quem Origenem citare assunt in libro, utrum
 stellæ aliquid agant; in quo habentur hæc verba:
In tabulis cæli legi, quæ contingent vobis & filiis
vestris. Hæc quoque torquent illud S. Augulli-
 ni l. 2. contr. Manich. c. 21. *Neque in illis cor-*
poribus cælestibus sic latere posse cogitationes cre-
andum est, quemadmodum in his corporibus la-
tent; sed sicut nonnulli motus animorum appa-
rent in vultu, & maxime in oculis, sic in illa
perspicuitate ac simplicitate corporum cælestium
omnes omnino motus animi latere non arbitror.
 Ubi tamen scripturæ cælestis nulla fit mentio, sed
 S. Doctor ibi solummodò comparisonem quan-
 dam cælestis faciei ad faciem humanam instituit.
 Neq; illud Orphei: *Σὴ μὲν ἐν ἀστροῖς τὰς*
ἀνακτάσεις ἐφημερῶν αἰσιν ἑρῆχται: Cer-
 tus tuis ordo immutabilibus mandatis currit in
 astris, ipsis favor: hoc enim dum huc trahunt;
 vanitatis luculenter arguuntur, cum qui *hymnis*
Orphæici contextum scrupulosius ponderaverit,
 in eo non de *scriptura cælesti*, non de literarum
 characterismis, quibus illi cælum deformant, sed
 de

de immutabilibus
 Inter cælestium
 rationem
 Paracelsus
 etibus, quæ
 staturæ Ro-
 & impre-
 aliter ex
 lineæ Gen-
 superstitiosos
 quibus ven-
 eam, et
 concessa e-
 naturas,
 ut sidera
 tates oc-
 intelligerent
 motus
 stis hujus
 verbis:
 ex hinc
 tate exp-
 constituta
 vix ulum
 est, &
 diviti
 xum con-
 possint,
 ex Arab-
 diolus era-
 drianus, i
 rem azom
 expre, f

de immutabili naturæ necessitate in cælis potissimum elucescente sermonem esse, sit inventurus. Inter cæteros tamen *Cornelius Agrippa* hanc opinionem fusè exponit in occultâ sua philosophia, *Paracelsus* in suis Archidoxis, *Robertus de Fluctibus*, qui in Apologia quadam pro defensione stature Rosæ: Crucis sic dicit: *In cælo inserti & impressi sunt hujusmodi characteres, qui non aliter ex stellarum ordinibus consentiunt, quam lineæ Geometricæ & literæ vulgares ex punctis, superficies ex lineis, & corpus ex superficiibus; quibus verò hujusmodi linguæ & scripturæ arcana, characterumq; abditorum cognitio à Deo concessa est, his etiam datum erit, veras rerum naturas, mutationes, alterationes & proprietates siderum, omnesq; aliis operationes & executiones oculis quasi illuminatis legere & legendo intelligere.* Cui subscribit *Postellus*, qui in Commentario in *Jetsira* vanè, ne dicam stolide cælestis hujusmodi scripturæ notitiam sibi arrogat his verbis: *Si dixero in cælo me vidi se in ipsis sacra linguæ characteribus ab Esda primam pulchre expositis, ea omnia quæ sunt in natura rerum constituta, ut vidi non explicabo, sed implicite, vix ullus mihi crediderit; testis autem mihi Deus est, & Christus ejus, quod non mentior.* Recte dixisti, vix ullus mihi crediderit, cum qui ingenium tuum norunt, meritò de verbis tuis dubitare possint. *Postellum* certè totam hanc notitiam ex Arabum superstitionis doctrina, cuius perstudiosus erat hausisse, ex sequentibus verbis liquet: *Ariani*, inquit, sunt demum delineati, suisq; lineis adumbrari igne divino in aquis cæli scilicet expresso, sancti characteres, & tantâ virtute in

cælis expressi, ut possit etiam futurorum veritas haberi, cujus scientia vestigium adhuc in Iericho, & multis aliis Ismaëlitariis civitatibus extant, licet sint admodum depravata, & adulterata figura sanctæ. Atque scripturam quandam cælestem stellas exhibere sentiunt paulò antè citati Authores. Jam videndum est, quibus characteribus sit exarata, & quomodo lectio ejusdem instituenda sit. Et quod ad primum quidem attinet, hanc difficultatem enodare se putat Neotericus quidam Autor *Gassarellus* nomine, in libro, quem Gallicè intitulat: *Les Curiosités Innouyes*, h. e. *Curiositates inauditæ*; concluditque, ex mente tum Rabbīnorum, tum aliorum hujus sententiæ Authorum, aliam hanc scripturam esse non posse, nisi Hebræam, tametsi Arabes non nisi suam, id est Arabicam esse velint. Litis decisorem *Postellus* agit, qui Arabum versutissimorum Hominum vanitate & præsumptione suppressâ Hebræorum causæ subscribit, quam *Gassarellus* in citato Gallico libro fusè & per varia exempla describit, ut paulò post videbitur. Alphabetum à *Gassarello* prolatum ex Grammaticâ Hebræâ *Abrahami Balmis*, quod cæleste vocat extractum, illud est quod sequitur, in quo puncta nigra stellas dicunt referre.

Hæ Alphabeti literæ utriusque hemisphærii asterismis ita inserviunt, ut singuli asterismi ex dictis literis constructi, ex literarum constructione aliquid, sive bonum, sive malum legendorum characterum perito exhibeant; cujus utrumque characteristicum hemisphærium huic loco inferendum duxi ut quot nugis humana se curiositas inutili conatu intricet, ex tam lubrici & profus arbi-

arbitrarij, nullo
 tributione vel
 Lector. Est
 nam, & est
 cultura dicit
 Astronomici
 men ne unum
 conjecturam
 ideoque tan
 namentum p
 dunt ad huj
 eam ingenti
 ratione lope
 instituenda
 non fieri de
 Nam
 rifici temp
 motabiles
 poterant,
 sunt, ac
 sum quo
 igitur que
 gno ad
 nulla ratio
 nialum qu
 portendat
 complem
 ex R. Ab
 scriptura
 notare ste
 ordinari
 lit. Ac
 cles atten
 dam paralle

arbitrarii, nulloque fundamento nixi negotii exhibitione veluti prototypo quodam cognosceret Lector. Est enim id adeo incertum, inconcinnum, & *de Galov*, ut tametsi summo studio & industria dictorum characterum eum Asterismis Astronomicis comparationem adorsus sim, tamen ne unum quidem comperire liceret, qui vel conjecturam vulgò notos asterismos referret, ideoque tanquam inutile & phanaticum machinamentum proflus respicendum duxi. Accedunt ad hujus scripturæ lectionem ritè perficiendam ingentium difficultatum scrupuli, qui nulla ratione superari posse videntur. Si enim lectio instituenda est, *quæro*, ubi primum lectionis exordium fieri debeat?

Nam præterquam quòd asterismi characteristici semper & ubique locorum iidem sint & immutabiles, singulis etiam, è quibus illi spectari poterunt, locis & Horizontibus communes existunt, ac præinde in hoc bonum, in altero malum æquo-intuitu ex iis cognoscere licet. Quis igitur æquum se iudicem & definitorem in hoc negotio adeò lubrico interponet? Cùm defini nulla ratione posset, cur huic potius bonum, aut malum quam illi regioni aut civitati, aut homini portendatur, aut quo tempore scriptura minitans complenda sit. Respondet ad hoc *Gassarellus* ex R. Abjudam. *Ad perfectam celestem huius scripturæ rationem cognoscendam, oportet exactè notare stellas alicui regno verticales, hæ enim ordinariè monstrant, quæquid illi evenire debbit.* At contra; cum stellæ alicui regioni verticales attendendæ sint, omnibus autem iis, qui eidem parallelo substant, dictæ stellæ æquè verti-

cales sint; necessario sequitur, omnes circumfistas terræ globum eundem effectum fortituras, cum nulla sit ratio, cur pericæis sub hoc potius meridiano, quàm iisdem sub aliis & aliis dictum parallelum secantibus, dictus effectus competat; cum eadem semper immobilis & immutabilis scriptura omnibus sub eodem parallelo habitantibus semel 24. horarum spatio verticalis sit.

Verùm experientia docet, magnam pericæcos effectuum varietatem habere, aliis bellorum, famis, cæterisque calamitatibus pressis, aliis verò pacis felicitate perpetua gaudenibus. Hisce argumentis absteriti hoc repperunt effugium, ut dicant, stellas quidem semper immobiles, & immutabiles esse, & hoc sensu legi minimè posse scripturam illam cælestem, sed Deum tùm per *Planetarum* ultrò citroque comitantium disparatos motus, tùm per Cometas, novaque stellarum subinde aberrantium portenta, sapientibus futurarum rerum, eventuumque secutorum veritatem manifestare; hienim dum omnes calorū semitas pervagantes, semper alicubi cum dictis asterismis conjugantur, fit ut ex hac synodo nunc in principio, paulò pòst in medio, & in fine alicujus asterismi notabilis, sensus eliciatur earum rerum, quas indicant. Exemplo rem declarat *Gaffarellus* in hac inquit Gallicæ voce AME, si ei in principio jungatur F, constitues vocem FAME, si eidem in medio jungatur R, constituet vocem ARME, & sic de cæteris. Addit, cum in asterismis diverse magnitudinis stellæ sint, majores se per modum majuscularum literarum habere, & magis significativas esse, ac proinde ad ipsas solas interdum esse attendendum. Sic (ait

(ait ipse) si in hoc verbo EMPEREUR, volo legere verbum PERE, scribo verbum EMPEREUR sic, emPEREUR; & sic solæ majusculæ significant PERE. Similiter si in voce ROYAUME, volo legere vocem ROME, scribam ROYAUME. Sed quis puerilem hanc & ineptissimam philosophandi rationem non videat? Si enim Planetæ, Cometae cæteraque nova stellarum phænomena, hanc sensus in scriptura cælesti mutationem efficiant; peto ut mihi indicent, quam literam solitaria illa sidera constituent, cum una sola stella cujuscumque literæ constituendæ incapax sit, sed plures stellæ, ut ultrò fatentur, ad figuram constituendam necessariæ sint. Forsan respondebunt, hoc fieri in magnis conjunctionibus, quibus Planetarum fit concursus. Sed potamus eos quadratum efficere, quis jam cognoscere poterit, utrum illud quadratum *Aleph*, num *Beth*, num *He*, aut *Beth*, num *Mem*, aut similem quampiam quadratæ formæ literam efficiat; cum quadratum illud, quod Planetæ cum stellis efficiunt, omnibus dictis literis convenire possit, ut in sequentibus literis apparet מררר: in quibus cum solus linearum ductus, literarum figuras tantum denominet, frustraneus & prorsus otiosus videtur stellarum in quadratum situs. Quod idem de literis linealibus, quæ duabus tantum stellis constant, uti in מרר; & in triangularibus literis, quæ tribus stellis ut plurimum efformantur, uti sunt מררר &c, dicendum est. Sed summam hujus scripturæ vanitatem non melius quam per exempla conspiciere licebit. Exempla adducit ex R. Chomer, *Gesfarelus* sequentia: primo caput *Medisæ*, cujus stellæ quinque principales & verticales, ultimam

Græciæ portendebant de solationem dum hanc vocem Hebræam constituunt חרר *charab. desolatium*. Verum qui hæc pensulatus rimatus fuerit, is sub his non nisi apertam imposturam latere reperiet; quod ita ostendimus. Quinque principales stellæ designantur per quinque puncta candida literis impressa, ubi prima litera ח *Cheth*, duabus stellis, ו *Resch* una. & litera ב *Beth* pariter duabus constat stellis: sed uti ex Alphabeto cælesti patet, עסטר eundem prorsus stellarum situm habent, quem habet prima dictæ vocis litera ח *Cheth*; secunda litera ו *Resch*, eundem quem ו *Vau*, ק *Koph*, ד *Daleth*: Tertia demique eundem, quem litera תבנג. Unde sequitur ex dicta constellatione non tantum colligi posse vocem חרר i. e. *desolatum*, sed & omnia sequentia vocabula: ערב, ערב, חרר, חרר, וקן, צוף, ויר, כוף, כוף, כור, כוף, ויר, וקן, חרר, חרר, ערב, ערב, quorum prius כוף idem sonat ac *bonum sensusque est priori prorsus contrarius: secundum ערב idem ac spondere miscere quartum חרר idem ac spondere miscere, corvus, salix; tertium חרר idem ac probris affici, hiems; quartum חרר idem quod movere, sollicitare &c. quintum וקן, idem quod senescere, barba, sextum צוף idem quod nascere, evolare, favus; septimum ויר idem, quod olea, oleum; octavum כוף idem, quod est terminus, finis, deficere. nonnum כורר idem quod operimentum significant, uti ex Lexico Hebraico patebit. Cum itaque una & eadem interpretatio tot & tam variis modis confici possit, sensum nunc bonum, nunc malum involventibus, quis unquam de sensus veritate assecrabitur? Patet igitur dictam scripturam penitus nugacem esse, nec ullam rationem excogitari posse, quæ ei quovis modo satisfacere valeat.*

Altera

Altera diffi-
on possit, cuius
portum portu
ill dixille vice
bia; ex numer
antili labore,
eundem numer
y Joan i. e. G
nem iustare div
meram contin
Sed pessima, si
cepte & viole
tam viderent
tam literis div
communis Ari
Sic ר, quæ
ont z, rejectis
significat, illi
si * occurrer
ab unitate Jo
& ad nihil re
omnibus exim
Plura si
nalmata, ex
adducit. C
salem destruc
que literas C
ac vultare, e
cere; cujus l
tas eundem a
ni quibus, tem
tempus duravi
ptum viderent

Altera difficultas consistit in hoc, quòd sciri non possit, cui potissimum regioni hujusmodi infortunia portendantur. Verum ne & in hoc nihil dixisse videantur, ad *Cabalica* divertunt artificia; ex numeris enim vocis v. g. קרי lummo, aut inutuli labore, quærunt vocem alicujus regionis eundem numerum continentem, cujusmodi dicuntur in *Ivan* i. e. *Græcia*: Græciæ itaque desolationem insitare divinant, eò quòd hæc eundem numerum contineat, quem vox קרי videlicet 12. Sed pessima, sicuti omnia alia יון ינ פיוס ratio, ineptè & violenter ad propositum detorta: dum enim viderent se intentum non obtenturos, quibusdam literis diversos numeros attribuerunt, quam communis Arithmeticorum schola iis attribuit. Sic קפ 7, quæ 200. significare solet, illi attribunt 2, rejectis Zyphris, pari pacto קפ 1, quæ 10 significat, illi attribunt 1, rejecta Zyphra. Quod si ק occurreret, quæ 1. significat, quomodo hanc ab unitate *Iod* distinguant? Video eos hære, & ad nihil respondere posse, nisi quòd se aperte omnibus eximios prostituant impostores.

Plura similia stolidæ & insana mentis technasmata, ex RR. *Chomer*, *Kapol* & *Abjudan*. adducit. Cùm *Nebuzardan* ait, templum Jerusalem destrueret, stellæ eidem verticales has quinque literas constituiebant קדקדק quod idem est, ac *vastare*, *excidere*, in ultimam ruinam deducere; cujus literas קדקדק יון ינ פיוס aresolveditas eundem ajunt conficere numerum, quem anni, quibus, templum à sui conditu, usque ad istud tempus duravit. Iterum antequam Judæi Sceptrum viderent concussum, libertatemque suam

in Babylone captivam reperirent, quinque stellæ hæc ce literas mysticas exhibebant פרא, quod idem est ac rupere, demoliri exterminare; cuius numero annorum, quibus à Saule usque Sedechiam duravit regnum Hebræorum. Falsum, uti omnia alia; ego enim non 505, sed 550 numerum sub voce *Narak* reperio, uti in margine patet. Pari pacto *Persa* & *Assyri*, post everlas Regnorum, imperiorumque Monarchias legebant in quatuor stellis verticalibus hanc vocem פרא, quod *ligare* significat, & numerum 208, constituere ajunt, eundem cum numero annorum, quibus hæc Monarchia duravit a Cyro stabilita. Finis Græciæ pari pacto monstratus fuit per quatuor stellæ, quæ componebant vocem פרא i. e. *dividere* quorum numerus 284, durationi hujus Monarchiæ congruit. Iterum Monarchia Atheniensium durabat 490. annis, quam durationem exhibent tres literæ quatuor stellarum, quæ sub voce, פרא continentur, & significat *angustis affici*. Cum hæc quatuor stellis videntur quatuor aliæ in forma פרא dispositæ, quas literas fatales ac lugubres appellant: R. vero Chomer ait, duplici *Caph* significari *Cecropem* & *Cearum* sub quibus potentissimum hoc regnum & inceptum & consummatum est. Talibus se nugamentis oblectant malefactorum hominum ingeniâ. Porro ajunt, *Romanum Consulatium* non potuisse potentiam suam

exten-

extendere, ultra 501. annos, quia sic ipsi
& non aliter decreverat fatale illud cæ-
lorum volumen per 8. stellas, quæ com-
ponebant hanc vocem קכ"א , quod caput
& cacumen significat, & numerum con-
tinet 501. quanto tempore videlicet du-
ravit Contulum Roman. dominatus.
Rursus Monarchia *Julii Caesaris* ad Con-
sultatum Roman. opprimendum fundata,
totidem ferè annis duravit, indicata per
lex stellas, quæ componebant hanc vo-
cem קכ"ב , quod idem est ac *frangere rum-
pere* & numerum habet 502. Denique
R. *Chomer* putat, se per stellarum lectio-
nem vicinam *Ottomannici* imperii, ter-
minum reperisse hoc pacto, hodierno die
septem stellæ huic verticales sunt, & con-
stituunt vocem קכ"ג , quod significat *infirmari*,
conquassatum esse magnon dolori
affici; & numerum quidem durationis ar-
cti Imperii indicat numerus sub voce קכ"ד
absconditus, videlicet 1025. Cum ita-
que hic annus completus fuerit, suum &
Monarchiam hanc dominatum comple-
re necesse; quod fieri deberet 1655.
Nam subtrahendo à corrente Christi an-
no 630. annos, quibus post Christum per-
fidia Mahumedana incepit, remanet 1025.
durationis Regni Ottomanici tempus.

Verùm hoc datâ operâ totum do-
loso confictum esse inde patet quod vox
 קכ"א non contineat numerum 1025, quem
tam anxie ad suum commentum detor-
quet *Chomer*, quisquis ille fuerit Rabbi-
naster,

7 290
8 1
9 200
501.
300
2
200
502.
20
11000
5
1025.

20 naster, sed numerus ejus $\iota\sigma\upsilon\lambda\eta\Phi\Theta$ pro-
 prior & 26. uti illum ex arte resolventi
 1 patebit Nec valet, illum * accipere
 5 *millenarium*, cum hæc absurdissima li-
 26. centia sit, & nullâ ratione toleranda.
 Neque enim * unquam pro millenario
 numero accipitur nisi puncto signatum.
 Patet igitur, in omnibus hisce augamen-
 tis manifesta impostura; dum contra le-
 ges numeris literarum ab antiquis præscri-
 ptas, illos nunc mutant, nunc addendo,
 demendoque adeò depravent, ut vix
 amplius dignosci possint. Ut igitur ad
 scopum præfixum, sub certa numerorum
 summa, quæ durationem alicujus regni
 notet, latentem perveniant, hæc tam ef-
 fronti licentia in numerorum responsio-
 $\epsilon\tau\ \tau\eta\upsilon\ \iota\sigma\upsilon\lambda\eta\Phi\iota\alpha\nu$ adornando, combi-
 nandoque sine scrupulo uti solent; nume-
 rosque cæteroquin immutabiles ad sum-
 intentum, velint, nolint, coactâ ac vio-
 lentâ compositione adigunt. θ Afini-
 nam ruditatem, non nisi fustibus dignam!
 Quæ quidem fufius confutanda duximus,
 ut malefactorum hominum stoliditas
 & insania luculentius innotesceret; ne-
 scio enim, quem adeo speciosum caele-
 stis scripturæ dogma in imperitorum ani-
 mis pruritus excitarit, potissimum *hoc*
tempore, quo quanto commenta fuerint
absurdiora, tanto in animis superstitio-
forum hominum plausibilia sunt, ac
veluti ambobus brachiis avidius excipi-
untur; quibus quidem erroribus paulatim

serpen-

serpentibus ne
 non posse e
 hujusmodi
 futationem;
 veritas tande
 Hæc Cl. A
 part. 2, Cl. V
 furellum scrip
 acquiescit, pr

T A

serpentibus remedium efficacius adhiberi non posse existimavi, quam insanorum hujusmodi dogmatum apodicticam confutationem; quorum suppressâ falsitate, veritas tandem suæ integritati restituatur. Hæc Cl. *Ath. Kirch. Oed. Ægypt. T. II. part. 2, Cl. VII. c. 7. p. 215.* contra Gafarellum scripsit; quibus meliora, qui non acquiescit, proferet.

TANTUM EST!

SECUN-

Faint, mostly illegible text in the upper portion of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

SECRETUM

SECRETUM

SEC

IN

A D
cha
Ho
not

etra omnem
J. S. Meroc
leggerat. i.
Curiositati d
Gaffarellis m
omino ind
Doctillimum
Wagneri in
netil. Sect.
Conferatur
P. Gafend
Chald. p. 9
part. 2. Du
A. B. part. 2
t. 3. l. 6. c.
G. Perkin
om de Divi
Mag. Lugde
Astrologia,
num Autori
sinopinâ M
um infidias.
Anot mentio
Deo sequent

SECUNDA PARS
NOTARUM.
IN GAFFARELLUM
NOT. 64.

AD cap. 8. §. 1. & seqq. p. 170. Patriarchas & Veteres Hebræos Sanctos Dei Homines Astrologos fuisse, Astrorum notitiam & cognita habuisse tempora extra omnem controversiam aleam ponitur. Vid. J. S. *Menochius* de Rep. Ebr. l. 7. c. 13. J. H. *Heideggerus* t. 1. H. P. disl. 10. §. 1. & 2. At verò Curiositati damnate, Signis & Prædictionibus ex *Gaffarelli* mente, eosdem studuisse, probatione omnino indiget. Num. XXIII. 23. Remitto Doctissimum Lectorem meum ad Dn. D. *Tobia Wagneri* ingeniosum tractatum de Astrologia Genethl. Sect. V. Theorem 4. p. 126. Stutgard. 1656. Conferat *S. Majolus* Coll. 4. t. 2. p. 349. *P. Gassendus* in lib. 10. Diog. Laërt. de Prædict. Chald. p. 912. Lugduni 1649. Fr. *Spanheimista* part. 2. Dub. Evang. Dub. 33. J. C. *Dietericus* A. B. part. 3. in Esa. XIX. 3. p. 92. H. *Zanchius* t. 3. l. 6. c. 2. de operibus 4. Diei p. 454. seqq. G. *Perkinsius* *Bascanol.* c. 3. p. 79. seqq. *Peucegrus* de Divinat. p. 642. *Bened. Pererius* l. 3. de Mag. Lugduni. 1592. *Lemnius* lib. peculiari de Astrologia. Qui pleno ore ad Veritatis Imperium Autori nostro contradicunt. Non mirum, si inopinâ Morte pereant, aliorum qui Vitæ strunt insidias. Faro suo dignus est, cujus aliquoties Autor mentionem facit, *Franciscus Iunctinus*. De eo sequentia habet *Antonius Possevinus*:

Homi-

Hominem ego, inquit, in Galliâ novi existantem deterrimus, & studiis istis operam dantem, cum antea in Carmelitanorum ordine plures annos professus & Sacerdos, denique item & Provincialis munere perfunctus valedixisset votis, Professioni ordinis, & Apostata sese profugus in Gallias recepisset: Deinde item à Catholica fide cum naufragium fecisset, operâ piorum redactus est, quadantenus in viam (peiores ambages) Nam & publice in Aede S. Crucis Lugduni abiuratis hæresibus, bonam visus est aliquamdiu operam Ecclesia Catholica velle navare: Sed ut fieri non potest ponentem manum ad aratrum, ac retrò respicientem, apsum esse regno coelorum, non vidimus eum libros suos de Impietate divinatrice retractasse, neq; consilium sapientum virorum secutum, sibi, reliquisq; consuluisse, id quod præter quosdam etiam Ethnicos S. Augustinus fecit sua retractans placita, S. Gregorius Naz., qui Maximi Philosophi laudes & vituperationes composuit, Ad extremum igitur hic, cum ad sexaginta nummum aureorum millia perfævus & mercatorum permutationes, que dicuntur cambia, collegisset (specimine hoc sua scilicet Pietatis ac Deo promissa pauperiatis relicto) extra septa sua, ne dicam Catholica Religionis obuit. Quibus autem eam legabit pecuniam? Nam & Turis honestissimis Typographis (in quorum ædibus sæpe librorum correctionibus operam Lugduni posuerat) mille aureos nummos cum moriens legasset, ii mihi facti sunt, eos, uti reliquos evanuisse; nimirum omnia perditâ fuisse, que perditus ille anxie hinc inde corraserat.

Et
hi

hi sunt Divi
lib. 15. App

Pag. 1
accensis.

Dictum
tionem Nor
parefcatur, non
genda. Sa
num ignes
tantum; Se
tos fuisse,
& Scholasti
ulle Solem
quibus Eli
raptus 2. Ro
3139. an.
num. D
bunt, cum
hacha, vid
& igne tan
velut cibo
dicavit, di
fore enim
que dicer
retque Ira

D. C.
fendit orig
puffer, ad
vada Sola
quæ curru
nq; radiata

hi sunt Dii eorum, qui divinos istos magnificiant.
lib. 15. Apparatus. c. 15. p. 345.

NOT. 65.

Pag. 180. §. 7. De Ignibus Solis ac Luna
accensis.

Dictum aliquid ad Paragraphi hujus illustrationem Not. 18. Sed ut clarius gentiliū caligo pateat, non nulla *Gassarelli* verbis sunt subjungenda. *Soli & Lunæ ingratitude Testimonium ignes accendisse*, Autor asserit Nec hoc tantum; Sed pro Curru igneo Solis equos substitutos fuisse, quis ibi inificias? S. Historia testatur & Scholastica refert, equos & currum representasse Solem, quin etiam currum ac equos igneos, quibus *Elias* quasi Ἡλιός, id est, *Sol* in cælum raptus 2. Regum. II. v. 11. A. M. juxta *Salianum* 3139. 20. Julii ut habet Martyrologium Romanum. De *Eliæ* Dorotheus & *Epiphanius* scribunt, cum nasciturus esset *Elias*, pater ejus *Sabacha*, vidit illum ab Angelis albicantibus salutari & igne tanquam fasciis involvi, & flammâ ignis velut ciboali. Hierosolymam profectis rem indicavit, dictumque illi est ex Oraculo, ne timeret, fore enim, ut puer nasciturus in luce habitaret, & quæ diceret, firmam sententiam haberet, judicaretque Israël in gladio & igne.

D. *Chrysostomus* hanc respicit, si non defendit originem. Cum adscensum *Eliæ* descripsisset, addit: *Hinc Poetas ac Pictores, in figurandâ Solis imagine Exempla sumpsisse credo, qui curru atq; equis fulgentibus ipse rutilans atq; radians e fœcibus Oceani sublevatum inter*

præruptos montium scopulos evadens, quasi ad caelestia videtur ascendere in similitudinem Luminis eius. Sol enim Græco sermone Ἡλιός appellatur, unde Elias verè Ἡλιός, quoniam curru atq; equis fulgentibus Igne de Oceani undis, i. e. permagnorum laborum fluctibus progrediens ad caelestia devehctus adscendit. t. i. Homil. 3. de Elia. Persarum Gens, ob eximium fulgorem miram velocitatem summanque utilitatem, Solem Mithram & Deum appellabar.

Sol enim Scipioni Dux & Princeps & Moderator Luminum reliquorum, quem Heraclius fontem caelestis lucis appellat, audit, item Mens Mundi. Physici eum *Cor Cali* nuncuparunt, eo quod Sol dieni & noctem, *Veris elementem temperiem, torridum Cancri & Leonis æstium, molliem autumnalis auræ, vim frigoris inter utramq; temperiem*, advehit omnia hæc Solis cursus & ratio dispensat. Hinc **CORCÆLI** dicitur, per quem fiunt omnia, quæ divinâ ratione fieri videmus. Cic. Som. Scipionis l. 1. *Soligitur Mithra est*, de quâ voce Strabo ἡμῶσι ἡ καὶ Ἡλιον, ὃν καλεῶσι μίθραν h. e. Solem colunt, quem Mithram nominant l. 15. Geogr. Et Suidas: *Μίθραν νομίζουσιν οἱ Πέρσαι εἶναι τὸν Ἡλιον. Μίθραν ἄν existimant Πέρσαι εἶναι τὸν Ἡλιον.* Hinc juramentum persicum. *Νῆ τὸν μίθραν.* apud Plutarchum in Artaxerxe Mnemone. Darius prælium cum Alexandro M. initurus prece se armare cupit, & Solem Mithram invocat. Curt l. 4. c. 13. Athanasius Kircherus tradit Chami filium Chus mortuum ac inter numina Persidis relatum, *μυθρὸν* dictum i. e. Candefactum lapidem. Obel. Pamph.

l. 1. de Or. l. 1.
laria erant, quæ
exactis potest
dam, sanctum
demonstrav
zeni Orat. 3.
esse Solem
præferunt C
creu imbuem
genera duce
per Frigus,
cruentus.
partim remi
eum leviori
faciuntur, at
solum lacris
jussuodi
Frigore.
Nar. Orat.
ænu, sup
quorum ca
quibus Joh
prec. & lib
quem vene
ptos, vivo
simum
nentis l.

Sola
& lib. 1. P
Plac

A

l. 1. de Or. litt. c. 2. p. 17. *Sacra Mithra* singularia erant, quibus initiari nemo poterat, nisi qui exactis poenaliū perpeſſionum gradibus quibusdam, ſanctum & immoti animi hominem eſſe ſeſe demonſtraverat. *Nicetus* in Gregorii Nazianzeni Orat. 39. in S. lumina: *Mithram* nonnulli eſſe Solem dicunt, huic Feſta peragebantur ac præferim Chaldæis. Illi autem, qui huius Sacri imbuendi erant, per duodecim ſuppliciorum genera ducebantur (nempe per Famem, per Ignem, per Frigus, per Verbera) aliosque huius Generis cruciatus. Sunt Tormentorum gradus LXXX. partim remiſſiores, partim intentiores. Primum enim levioribus ſuppliciiis, deinde acrioribus afficiuntur, atque ita poſt decurſa omnia tormenta ipſius ſacris imbuuntur. Igni quippe & aqua huiusmodi ſuppliciorum generibus (Fame, Siti, Frigore, Flagris.) exercentur. J. *Billius* in Greg. Naz. Orat. 48. p. 807. *Iuſto*, ut ait *G. Nazianzenus*, ſupplicio, ut mercedem erroris ab iis ipſis, quorum cultui ſe addiſſent, acciperent. De quibus Joh. *Quintius* in cap. 40. *Tertulliani* de prec. & lib. de Cor. Milit. c. 20. Hinc *Mithra*, quem venerabantur, equos dicabant pictos, ſculptos, vivos, & velociſſimo ſideri animal velociſſimum. *Xenophon* l. 8. *Cyropæd.* inde *Sulmonenſis* l. 2. *Metam.* ſcribit

— — — *Pirois, Eous & Aethon*
Solū equi, quartusq; Phlegon.

& lib. 1. Faſtorum:

Placat equo Perſis radiū Hyperiona cin-
ctum;

Ne demur celeri victima tarda Deo.

Apud *Macrobius* Solis Simulachrum exhibetur: Aureum specie imberbi, quia Sol juvenis i. e. semper agilis ac fortis, dextra elevata cum flagro in Aurigæ modum: Læva tenet fulmen & spicas, quæ cuncta Jovis Solisque potentiam consociatam demonstrant, &c. addit *Macrobius* à Syris vocari *Adad* unum, quia unus est SOL, quasi solus lucens. lib. 1. Saturn. c. 30. Offerendi ritus peculiaris fuit. *Strabo* de Nisæis equis tradit, quod 20000, quotannis Perfarum Regi Satrapa Armeniæ τῶς μὲν Ἰεραξίνοισι sub tempus, quo Festum *Mithræ* Deo sacrum celebrabatur, miferit. lib. 11. Geogr. Cl. *Vatakerus* an fuerit anni versarium non constare, docet. Annot. c. 21. *J. Casaubonus* hoc solo die Regi indulgere Ebrietati concessum fuisse, scribit in Athen. l. 10. Summo autem mane Soli equos, ut eum salutarerent, obviam duxerunt, quin etiam vivos mactarunt. Clarè rem demonstrat *Xenophon*: Cum Palatii, ait, porta aperta fuissent, primo agebantur ipsi Jovi tauri pulcherrimi quaterni, & aliis quibusdam Diis, quos Magi acceperant. Post boves verò equi, ut Soli sacrificium existerent. Post hos autem, currus educebatur candidus, jugum habens aureum, coronatus, Jovi sacer, post hunc educebatur Solis currus candidus & coronatus similiter, uti superior. Post hunc etiam tertius educebatur currus, cujus Equi strati erant puniceis amictibus, & post eum Viri sequebantur, qui magno quodam foco, IGNEM portarent. l. 8.

Prelatus est in foco Ignis in honorem Solis, quin etiam in regie Majestatis argumentum id factum fuisse tradit *Ammianus Marcellinus*: Ferunt,

ront, inquit,
ignem calidum
lis cultodi
prestitit quo
Sed ut Majest
culis conspici
Ordo, ait, a
Ignis, quem
altaribus a
Beatus Dn.
Vestim Idol
deus diaman
colore palli
in Jenes, ut
vires sacre
XXXIII. v
rum Solis
ta Exredia
lech (don
inc. 40.
B. p. 37
Müllerus

Ca
derum
bant.
Multis it
6. 7. dixit
flores, na
bellium
nis in Jezu
proprietate

runt, inquit, ubi de Magis agit, si iustum est credi, ignem cælitus delapsum apud se sempiternis foculis custodiri, cuius portionem exiguam ut faustam præiisse quondam Asiaticis Regibus dicunt l. 23. Sed ut Majestati decus accederet, in argenteis foculis conspici debuit & lucere, ita refert *Curtius*: Ordo, ait, agminis Regum Persarum erat talis; Ignis, quem ipsi sacrum & æternum vocabant, altaribus argenteis præferebatur l. 3. c. 3. Vid. Beatus Dn. *Ursinus* Com. in Joel. c. 2. p. 44. *Vossius* Idol. l. 2. c. 31. p. 467. A Persis ad Indos dimanavit non cultus sed sceleratus nulloque colore palliandus error, ac si *Soli & Lunæ parati ignes*, ut Autor ait, p. 182. Deo non Dæmonibus sacri fuerint. Ita videre est. 2. Regum XXXIII. v. 11. At piētissimus Rex *Iosias* curum Solis combussit, Equos abstulit, qui erant juxta Exedram Eunuchi sive stabularii *Nathar-Melech* (donum Regis) *Vilalpandus* t. 2. part. 2. l. 3. inc. 40. Ezechielis p. 221. I. C. Dieterichus A. B. p. 372. Cl. *Frischmuth* Diss. de Melech. Müllerus Diss. de *Baalim*. §. 71. 72.

NOT. 66.

Cap. 8. §. 8. p. 181. Qui nullos præter siderum præsides Spiritus seu Dæmones agnoscebant.

Multis ita cum R. Bechai insanire lubet. Is antea §. 7. dixerat, invocabant Angelos, eorundem Rektores, ut sibi propitiis esse dignarentur. Cæcum delirium! *Isachides* in *Zohar* & in Commentariis in *Jejira*: XII Angeli sunt præsides anni, & proprietates eorum, ut præsent duodecim terminis

nia Mundi, & dilatantur & progrediuntur
 usque in secula seculorum, & sunt brachia Mundi.
 Abenephius: *Fuerunt Aegyptii XII. praefides*
super quatuor Mundi plagas. Tres praerant Ori-
enti, tres Occidenti, tres Meridiei, tres Septen-
trioni. Vid. A. Kircherum *Theatr. Hierogl.*
Synt. 1. Mensæ Iſiacæ c. 5. p. 118. Vetustissi-
 mus sanè error Angelolatriæ, cui inter in auditas
 Curiositates locus minimè concedendus. E dia-
 metro enim Spiritui Veritatis opponitur. Chri-
 stiano, ne dum Theologo fas est nugis Platonis,
 Simonis Menandri, Saturnini, Cerinthii, Basili-
 dis, Sethianorum & Cajanorum Angelicorum,
 qui plus Angelis quam Sacrae Scripturae tribuebant
 hæresibus. Vid. Augustin. *Hæres. 29.* ablan-
 diri aut inhærere. Pontificiis cum Socinianis
 commune est statuere non minus hodie quam Ve-
 teris Testamenti temporibus Angelos religiosè
 coli potuisse & cultos esse. Bellarminus de B.
 Sanctorum l. 1. c. 16. *Drexelius* *Horol. p. 245,*
 246. Malè scribit, pessimè sentit Autor, cum
 sub finem cap. 8. pronunciat: *Nec enim minus*
hâc formulâ si citra scandalum imperitorum fieri
posset, uti possemus: O Angele Solis praeses &
tu angele Luna (Rector) ora pro n.e! Probat
 improbanda, & quod notandum, in sua fide hasi-
 tat. At verò non tam elati & inflati sunt An-
 geli Sancti, ut has Voces & Mentis invocantium
 admittant. Quid Johanni Apostolo dictum,
 cum Angelum vidisset & audivisset, seque ante
 pedes Angeli, ut adoraret, projecisset? VIDE
 NEFECERIS! *Conseruus enim tuus sum &*
fratrum tuorum Prophetarum, & eorum, qui ser-
uant Prophetiam libri hujus. DEUM ADORA:
 Apoc.

Apoc. XIX.
 cum XIII. XV.
 lorum Dor-
 perbia adora-
 Ipondet: Se-
 adorabunt &
 Deut. VI. v.
 Apoclypsi r-
 dotalem Di-
 tem, Scriptu-
 lupis, insulsi-
 dus Angelo-
 rent inter su-
 lus, sed offi-
 trum, quam
 don beatiss-
 cius diphico-
 farelio Cui-
 recto exci-
 uni, soli, si
 intenta, cu-
 tancer Iren-
 aliquid fa-
 Nec ALI
 Sed mor-
 dirgens,
 & NOM
 in Virtute
 ad seducti-
 a 8. legy.
 Nec
 it, primis
 in medera
 miam et

Apoc. XIX, v. 10. &c. XXII. Confer. Judicium XIII. XVI. *Christus Creator, Rex & Angelorum Dominus & Deus Spiritui vertiginis ac superbiæ adorationis cultum blasphemè polcenti respondet: Scriptum est, Deum Dominum tuum adorabis & illum solum coles.* Matth. IV. v. 9. Deut. VI. v. 13. Ut frustra sit B. *Viegas*, qui in Apoclypsi respexisse Angelum putat ad Sacerdotalem Dignitatem, homines Angelis æquantem, Scripturæ ignotam. *Alcasar* dum nimium sapit, insulsus est. *Ego mihi*, inquit, *persuadeo duos Angelos* (qui capite XIX. & XXII. apparent) *inter se esse diversos nec Naturâ esse Angelos, sed officio, & primum quidem beatum Petrum, quem pro Vicario Christi habebat, secundum beatum Paulum.* Sed hæc singularitas sociis displicens Hispalensi relinquenda est. *Gaffarello* Curiositatis sectatori & Novitatis Architecto excidit veneranda Antiquitas devotione uni, soli, summo, vero, bono, cælestique Numini intenta, cultus angelici & Sanctorum ignara. Notanter *Irenæus*: *Nec invocationibus angelicis aliquid faciat Ecclesia, nec incantationibus, Nec ALIQUA PRAVA CURIOSITATE: Sed munde, sed pure, sed manifeste Orationes dirigens, ad DOMINUM, qui omnia fecit, & NOMEN Domini nostri JESU CHRISTI in Virtute secundum utilitates hominum, sed non ad seductionem perfecti.* Irenæus l. 2. c. 57. p. 218. seqq.

Nec aliter *Arnobius* docet: *Deus inquam, ait, primus Pater rerum ac Dominus, Constitutor moderatorq; cunctarum, in hoc omne quod colendum est, colimus, quod adorari convenia,*

progreſſione
tracta Mundi.
XII. præſides
ſpiciant Ori-
nes Septem-
gæ. Hierogly-
18. Verſutilli-
interſus aduſus
endas. E dia-
ſonior. Chri-
ſtoph. Martini-
ſentia. Baſili-
Anguſtiam,
ſura tribuant
ſed. 19. obſer-
cum Societatis
ſuæ quam ſe-
Angeli recipi-
ſtatum de d.
ſw Ham. p. 149
ſunt Auct. cum
ſic non non
ſoniorum ſeri-
ſe ſola præſe-
ſi pro n. d. præſe-
ſi. in ſua ſole he-
& inſuſi ſunt A-
ſentes inſoniorum
Apollolo cithum,
diſuſſet, ſeque ante
reſpiciet. TIDE
ſi enim non ſon-
& ſoniorum, ſi ſer-
DEUM ADORA-
Apoc.

aloramus, quod obsequium *Venerationis* exposcit, *enerationibus* promeremur l. 3. adv. g. ab initio. Paria *Lactantius* Arnobii discipulus l. 2. c. 17. Caveamus nobis à *Ἐρησκεία τῶν Ἁγγέλων*, uti sanctissimis verbis jubet *Apostolus* Colos. 2. 18. Vid. *Brightm.* in Apoclypsin p. 369. D. Exc. *Dannhawerus* Christeid. T. 1: Phœnom. 4. D. Tob. *Majoris* Exercit. de cultu Angelorum. A Rivetus Cath. O. Tr. 2. Quæst. 45. & instar omnium *Venerabilis* & beatus *locer* Dn. D. S. *Clotzius* de *Angelolatria*. D. 2. feqq.

NOT. 67.

Cap. 9. §. 2. p. 183. *Fabula de Atlante in volucrum demit.*

De *Atlante* res plus satis nota doctioribus. Is *Japeti* Gigantis & *Climenes* Plinio l. 5. c. 56. *Libyæ* Nymphæ Filius, *Promethei* frater, Pater *Oceani* *locer*, *Plejadum* *Hyadumque*, si cælo colubescit! pater creditur. Vid. *J. Micylus* in l. 4. *Metam.* sub finem p. 83. vertice cælum attingere dicitur *Pausania* in *Atticis*, & *Virgilio* vertice cælum falcire & *Homero* 1. *Odisl.* columna. Nomen à verbo *τλάμι* sustineo derivant. *Zeus* tradit, *Atlantem* *Ægyptiacum* *Libyco* longè fuisse antiquiorem, qui cælum humeris sustinuerit, sive rerum cælestium & *Astronomicarum* primus inventor fuerit apud *Ægyptios* *Histor.* 1. *Chil.* V. *Græci* postmodum *Atlantis* res, studium ac conatus *Herculi* tribuerunt, eò quod ab illo cæli stellarumque motum didicisset. *Originem* itaque dedit *fabulæ* *Mauritaniz* *Mons altissimus*,

tissimus, extra Herculis Columnas Borealem & Meridionalem Polum procedens, cuius Strabo l. 17. Geogr. mentionem facit, & Herodotus: Extat ait ille, in hoc mari Mons, cui nomen Atlas, est autem ubiq; perangustus & teres, ita verò sublimis esse dicitur, ut ad illius verticem oculi mortalium pervenire vix possint. Neque ibi inquam vel per æstatem, vel per hyemem nubes deesse consueverunt. Hinc incola cali columnam esse dicunt, in quo Monte habitantes homines; (de quibus dicitur, quod exorientem Solem, eo quod Regionem radiis suis adureret atque exsiccaret diris convitiisque infectati fuerint) eodem Nomine, quo Mons, vocantur. In Melpom. Maro illum mirè & pro more graphicè describit lib. 4. Æneid. v. 246. seqq.

— Volans apicem & latera ardua cernit
Atlantis duri, calum quæ vertice fulcit:
Atlantis, cinctum assidue cui nubibus atris,
Piniferum caput & vento pulsatur &
imbri.

Nix humeros infusa tegit: tum flumina
mento
Præcipitant senis, & glaciæ riget horrida
barba.

Similiter fere Ovidius l. 4. metam. de hoc ipso sub finem:

Quantus erat Mons factus Atlas, nam barba,
comæq;

In silvis abeunt. Iuga sunt humeriq; manusque

Quod caput ante fuit, summo est in Monte cacumen

Osse lapis sunt.

Hinc

Hinc alii Regem dixerunt, alii Astrum fecerunt, alii Astronomicarum rerum sagacissimum indagatorem Teste *Plinio* lib. 2. c. 6. lib. 7. c. 57. & Doctorem de quo iterum *Virgilius* canit. l. 1. *Æneid.* v. 745. seqq.

Docuit quæ maximus *Atlas*,
Hic canit errantem *lunam* *Solisq;* labores
Unde hominum genus & pecudes: unde
imber & ignes:

Arcurum pluviasq; *Hyadas*, geminosq;
triones:

Quid tantum *Oceano* properent se tingere
Soles

Hyberni, vel quæ tardâ mora noctibus
obsset.

Qui ut eò commodius siderum ortum & occasum specularetur, Montem conscendit postmodum ab ipso *Atlante* in propinquum mare per errorem delapso ac mortuo, *Atlantis* nomine nuncupatum. *Polosum* vicinam non procul à *Tanagris* fuisse memorat *Pausanias*, in quo *Atlas* confederit, & ea, quæ sunt sub terrâ resque cœlestes accuratâ diligentia investigarit. in *Bœoticis*.

Doctioribus verisimile videtur, *Henoebum* ortum dedisse traditioni, qui *Arabibus* dicitur *Idris*, qui tot annos vixit, quot *Civilis* annos habet dies, & facti sunt omnes dies *Enoch*. 365. *Genes.* V. v. 23. Hunc primæ *Sapientia* & *Scientia* Conditorum faciunt, à quo *Hermes Solis*, *Lunæ* *Astrorumque* cursum hausserit, iisdemque nomina imposuerit, obliquum *Cæli* circulum in XII. signa diviserit, motusq; cœlestis Primus determinaverit. Vid. *J. H. Hottingerus* *Thef. Philol.* l. 1. c. 2. *Sect.* 2. p. 85. *J. Camerarius* in *Problem.* p. m. 124. Her-

Hermetem Syrii appellatur *Iovaniſthon*.
 Fuit in Regione Orientali homo ex filiiſ filiorum
 Noa; qui vocabatur *Iovaniſthon* ſive *Hermes*.
 Ille ſcientiâ inclitus, elegit ſibi locum; ab omni
 hominum conſortio remotum, & abut in deſer-
 tum vaſtum à conſervatione hominum immune,
 aſſiduoque ſtudio intentus in firmamentum Cælo-
 rum, exploravit ſtellaſ & luminaria & viciffi-
 tudinem temporum & maxime Luminaria ma-
 jora, laudans per quietem & ſolitudinem &
 contentiſſimam ſuam, à familiaritate & ſtrepitu
 hominum liber in cordi perpetuâ contentione
 ſtellarumq; contemplatione, data eſt ipſi gratia
 Cognitiſſimæ ſtellarum & Zodiaci. Teſte Mor.
 Iſaac in Phil. Syriaca apud Athanaſium Kirche-
 rum in Ob. P. fol. 25. Et in Oed. Egypt. t. 2.
 part. 2. c. 7. p. 146.

NOT. 64.

Aut circulus colore viridi tinctus p. 185.
 lin. ult. & p. 187.

Myſterium hæ voces portendunt Cabaliſti-
 cum. Linea enim viridis univerſum dicitur gy-
 rare, & Platonicis eſt Mundi anima. Mundum
 enim animatum ſtatuunt & ſidera animata, de
 quibus infrâ. *Anna Mundi*, ait *Archangelus*
Minorita, eſt *Deus Mundum vivificans*, &
 dicitur *Linea Viridis*: Ob omniſigenum influxum
 influunt in creata omnia, ſicut color viridis eſt ca-
 pax cujuſque alterius coloris. Et iſta Linea cir-
 cundat univerſum; Quia ubique eſt *Deus* mun-
 dum vivificans. Cabaliſtæ verò vocant hanc li-
 neam viridem, ultimam *Midah* ſeu proprieta-
 tem,

tem, quæ omnes influxus totius spheristici ordinis includit: Qui ordo dicitur mundus Archetypus, qui multigenos influxus Misericordiæ & Justitiæ in se concludit. Alii Cabalisticæ appellant hanc lineam, *Chebet Elion*, i. e. *coronam supremam*, à quâ, tam à dextris quam sinistris decidunt primo omnes influxus divini. Alii verò aliter sentiunt, dicentes, hanc Lineam esse nomen Tetragrammatum יהוה à quo descendunt duodecim revolutiones, quæ XII. signa Archetypa dicuntur, & præ sunt duodecim Signis cælestibus; cujus Tetrag. Linea Eccliptica est ipsum nomen, quod præest primo cælo Archetypo, quod omnes reliquos alios divinos circumdat & in illo influit. Hactenus Archangelus commentar. in XLVIII. Dogma Cabal.

NOT. 69.

p. 188. §. 7. De Horologio Regis Achaz.

De Fabricâ ejus certi quid proferri posse autor credit, & inde adornat ex R. Chomer delineationem. *Sebastianus Münsterus*, quem verissimè Mathematicarum & multarum aliarum rerum peritissimum cum Autore p. 191. dixeris præfatione libri 2. de Compositione Horologiorum p. 71. *Sciatericon* fuisse opinatur. Roma, inquit, non minus Annis trecentis ignorata putantur Horologia etiam cum jam diu Hebræis in usu fuisset, sacra testentur literæ. Nam tempore Achaz Regis, quando Roma condita creditur *Sciatericum Hierosolymis* habebatur, quod 4. Regum XX. v. 11. Adde Elaia XXXIIX. 8. אשכנז אשכנז *Ascensiones Achaz* dicitur *Ionathban* Chal.

Chaldaus in
figuram lapid
micidum est
daus inven
nis spherium
tavit. Na
cha Hemyce
tha, cui præ
oppositus sup
videns hor
calum intell
um, & urn
di Soli, Sol
dis incidunt
in, hoc Ho
vicant, seu
onale. C
Petrogati
Hi enim p
tur, aut cer
Gracos d
Ebr. l. 7. c
Toto
embrarum
invenit A
scipulus,
mus que
Anaxime
pater præ
Romanos
Plin
l. 7. c. 9
legum ver
ritati suby

Chaldeus interpres appellat $\text{כּוֹכַבֵּי אֲבָנִים}$ figuram lapidis horarum. Fortassis quod *Homocidium* esset excavatum, quale *Berosus* *Chaldeus* invenisse scribitur, aut ὠμόσφαιρον sive *Hemisphaerium*, quale *Aristarchus* *Samius* excogitavit. Nam erat primo apud Antiquos *concha Hemicyclea*, lineis debita proportione distincta, cui prælongus ex ære aut ligno baculus Soli oppositus super eminebat, & ejus umbra in lineis incidens horis ostendebat. Per oppositum baculum intellige stylum axim mundi representantem, & utrumq; polum ostendentem, in quem radii Solis, Sole æquatore supposito, ad angulos rectos incident. *Venerabilis Brenzsius*, apparet, ait, hoc *Horologium Achaz* fuisse murale, ut vocant, seu perpendiculariter erectum, non horizontale. *Comment. in Esa. 38. v. 8. f. 472.* Prærogativa *Horologiorum* *Hebræis* debetur. Hi enim primi hujus *Artificii* inventores videntur, aut certè gradus linearum *Ægyptii*, ut ab his ad *Græcos* dimanasse sit suspicio *Menochius* de Rep. Ebr. l. 7. c. 13. n. 8. p. 643.

Toto oberrat celo *Plinius* l. 2. c. 76. dum ait, umbrarum rationem, quam vocant *Gnomonicem*, invenit *Anaximenes Milesius* *Aneximandri* discipulus, de quo *Vitruvius* l. 6. c. 4. & 8. Primusque *Horologium* *Lacedæmone* ostendit. *Anaximenem* verò 200. annis *Achaz* *Ezechie* pater præcessit, ut testantur *Chronologi*. Ad *Romanos* *horologiorum* usus serius pervenit.

Plinius l. 7. c. 60. *Cælius Rhodiginus* A. l. 7. c. 9. l. 10. c. 39. lib. 14. c. 7. Ad *Horologium* verò *Achaz* quod attinet, opinionum varietati subjacet. *Abulensis* de eo tradit: *Figura*

ra

ra hujus Horologii erat ad modum *Hemisphærii* facti de aere vel de aliâ Materiâ, & in centro illius erat quidam stylus surgens in altum, qui vocatur *Gnomon*, & à radice illius exibant lineæ facientes æquales angulos, & abscindentes æquales arcus de circumferentiâ illius *Hemisphærii*, erantque duodecim lineæ, quarum quælibet designabat unam horam, sicut est in *Astrolabio*; & per illos cognoscebatur, quot horæ diei essent, scilicet quando umbra *Gnomonis* præveniebat ad lineam aliquam, designabat illam esse numerum *Horarum*, & ibi si Sol transiret 10. lineas, essent 10. *Horæ*: Et si retrocederet 10. lineas, esset retrocessio 10. horarum, in 4. *Regum* XX. v. 22.

Sic & *Burgensis*, *Cornelius* à lapide, quod umbra asc. endendo cresceret, colligit. Hoc horologium fuisse *verticale* australe vel certe *Hemisphæricum* lineatum similiter australe erectum ad elevationem Poli sub 33. aut circiter gradu *Palestina*, ubi brevissimus dies 10. *Horarum* & Longissimus paulo amplius 14. in *Esaiâ* VII. y. 8. pag. 313.

Hoc enim conspicuum magis & ad communem usum *Palatii Ezechia* aptum. *Ariæ Montanus* in h. l. XII. distinctum, ait, gradibus indem ad dimidiati *Zodiaci* partes ex amussi directis ac respondentibus non aequè distantibus quidem, sed qui inequalia spatia clauderent; certâ tamen & observatâ inæqualitatis ratione, ita ut Sole quam primum ortu primi gradus postrema lineæ umbra proximum h. c. secundum tangerent; eodem altius ad duodecimam semicirculi *Zodiaci* ei lineam elevato tertius gradus à secundi umbra feriretur atq; ita umbra per singulos deducta gradus

gradus duodecim
suparet.

Per
progressus
secutus pro
Ascensu
telligi: Ve
lineæ, in qu
retur, & a p
momento
fuit. Vel
Orientis re
X. reverte
him diei p
vocarant.

vis ad U
de Salma
byloni
po ad sol
maticas
decim in
esse tribu
non fuit c
tum eas p
porum,
ulum pa
tum, q
verillim
dictus est
ceps atq
is Horo
Babyloni
propagule
inlet, se

gradus duodecimum demum ad Solis occasum occuparet.

Petrus Comestor in sacrâ, inquit, paginâ progressus ab Occidente in Orientem dicitur adscensus progressus. In contrarium descensus. Adscensus autem iste Solis dupliciter potest intelligi: Vel gradatim & solito motu à puncto X. lineæ, in quo jam erat, cum ad Orientem revertetur, & à puncto, unde post ortum procellerat, in momento rediret ad punctum X. horæ in quo tunc fuit. Vel quod in momento ad primum punctum Orientis rediret, unde gradatim ad punctum horæ X. reverteretur. f. 151. & 152. Illos gradus talium diei partium indices fuisse, quas horas postea vocarunt, nemo hætenus dubitavit. Vid. *Petrus ad Uranol.* p. 275. Nobilissimus *Claudius de Salmasia* idem de Horologio Achazo quod Babyloniorum ac Ægyptiorum solariis statuit: Nempe ad solos Genethiacos & Chaldaeos & mathematicas rationes pertinuisse, ac diem in illo duodecim in partes æquales sive horas æquinociales esse tributum, non in populares καθεκτάς. Sed non fuit consuetudinis publicæ & in toris civitatum eas proponi Machinas discernendorum temporum, quæ solis Astrologis ac Genethiacis ad usum patuerint; & est peculiare insuper argumentum, quod ex Judæorum populo sumitur, cui severissimè Genethiacæ & Astrologiæ usus interdictus est: Quare tametsi *Achaz* illandatus Princeps atque in nationum ritus ac instituta propensus Horoscopicum instrumentum ac Genethiacum Babyloniorum imitatione usurpare potuit & in propatulo ponere, nunquam tamen *Ezechias* id sivillet, sed una cum reliquis Idololatriæ ac supersti-

perstitutionis vestigiis celebre hoc insigne sustulisset, nec eo saltem Deus per Prophetam uti voluisset, ad illustre potestatis suæ præbendum specimen, ne illicitis artibus precium ab eo miraculo videretur Exercitation. Plinian. p. 657. Sed de Horologio *Achaz* leg. Cl. Paulus Sherlogus l. 2. Antiq. Ebr. c. 1. sect. 7. n. 56. 57. 58. 59. 60. 61. p. 246. seqq. Amplissimus *Athanasius Kircherus* horol. Achaz verticale fuisse statuit, Meridiem directè respiciens. Oedip. Æg. t. 2. cl. 7. §. 1. p. 226. Atque hoc pacto, quod *Gaffarello* facillè videbatur ostensus aliis suâ laborat difficultate. In pretio fuere Horologia arte confecta. *Severinus Boëtius* Vir maximi ingenii primus fuit, qui Horologium ponderibus libratum Romæ composuit, ad quem *Cassiodorus* scripsit: *Tibi ardua cognoscere, & Miracula monstrare propositum est. Tuae artis ingenio Metalla mugiunt, Diomedes in ære gravius buccinat, aneus anguis insibilat, aves simulat & cantilenam emittunt.* Robertus de Fluctibus Apol. part. 1. c. 2. *Baudarus Cassiodorus* duo Horologia mirabilis structura depingit: Unum, in quo humana Fabrica intelligi & totum cælum conspici potuerit: Alterum, ubi Solis meatus sine Sole cognosci & aquis guttantibus horarum spacia percipi potuerint. l. 1. Var. Ep. 45. 46. Sed jam antea Artem luxus superavit. Apud *Athenæum* enim *Alexis* Poëta in quodam convivio patinam pretiosam allatam memorat, quæ horas & tempora indicaverit, quæ cæli cursum & frigora repræsenterit. l. 2. c. 18. Inde postea, ut *Petronius Arbitr* autor est, *Trimalcionis* repositorium XII. signa Zodiaci in orbem disposita, & super illis convenientem materię cibum exhibuit. Admira-

miratione di
simum Am
648. S
quæ teno
derico II.
tum, in qu
agebant,
rem desig
tum in ac
num in A
to vitrei,
Mathesis
bita: In
ro per ho
globi plet
accurata
si in hroc
designata
enim alie
observan

Ex verfi
Academ
91. p. 2
ma, pop
dicunt M
Suffic
ur
lum: Sex
VIV

miratione digna Horologia Magica, apud solertis-
simum Kircherum exhibentur l. 3. Magnet. p.
648. Summâ laude decoranda manus Artificis,
quæ tentorium construxit. Anno 1232. Fri-
derico II. Rom. Imp. à Babylonie Sultano obla-
tum, in quo Sol & Luna cursum debitum spatiis per-
agebant, & diei noctisque, tempora citra erro-
rem designabant. Apud Spondanum. *Chromá-
tius* in actis S. Sebastiani apud A. Zimmermannum
in Anal. M. I. mentionem facit cubiculi in to-
to vitrei, in quo omnis disciplina Stellarum ac
Mathesis Mechanica arte constructa oculis exhi-
bita: In quo Mensium, anniq; cursus certo nume-
ro per horarum articulos distinctus & Lunaris
globi plenitudo vel diminutio digitorum motu
accurata supputatione potuerunt prævideri. Quod
si in honore Horologia, magis æstimanda sunt,
designata per eadem temporis spatia! *Omnia
enim aliena sunt: Tempus nostrum est Græcorum
observandum Epigramma:*

Ἐξ ὥραι μόχθοις ἰκανώταται, αἱ δὲ μετ'
αἰῶν
Γράμμασι δεικνύμεναι ζῆθι λέγεται
βροτοῖς

Ex versione Eilhardi Lubini P. P. Græc. L. in
Academia Rostochiensis florid. Epigram. l. i. c.
91. p. 256. *Sex hora laboribus convenientissima,
postillas vero literis demonstrata: VIVE
dicunt Mortalibus. G. L. Gyraldus vertit:*

*Sufficit in sextam labor horam: deinde secuta
ut vivas Numeri littera ZHΘI monet.*

Item: *Sex horæ tantum rebus tribuantur agendis:
VIVERE post illas littera ZHΘI docet!*

Utebantur Græci pariter ac Judæi Elementis Alphabeticis, pro notis arithmeticis, itaque Z horam VII in horologio solaris denotabat, H. VIII. Θ. IX. I. X. quia hora decima prandio erat destinata.

J. S. Menochius de Rep Ebr. l. 7. c. 13. n. 8, p. 646.

Iuxta A. Kircherum A. B. Γ. h. e. I. II. III. tres laboribus.

adjudicabantur Δ. E. Z. h. e. IV. V. VI. tres negotiis civilibus.

Ced Æg. l. 2 p. 229. H. Θ. I. h. e. VII. VIII. IX. tres Refectioni.

In citatum Distichon satis argutum commentatur *Maximus Planudes*: Ad VI. usque diei horam, quæ nobis est meridiana, rem suam & opus curare addecer. Postea penso absoluto ad cibum capiendum accedere. Id enim intelligitur ex Notis & Horologii litteris, nam si græcas literas, quæ VII. VIII. IX. X. significant. h. e. Z. H. Θ. I. conjungas, quod est latine VIVE, quasi dicat, EDE. UT. VIVAS! Hæc Planudes apud *Menochium* d. l. p. 497. Non ideo vivimus, ut edamus, sed ideo edimus, ut vivamus Deo, Virtuti, Bonis & Nobis: Ergo ORA, LABORA, VIVE, SED BENE. Nam ut Hugonis Grotii verè Magni pium habet Symbolum: HORARUIT!

NOT. 70.

Cap. 10. De Astrologia Veterum §. 1. p. 192. *Nec sanctis. Religionis Christiana Mysteriora absq. Fabularum ineptiis ad nos translata.*

Nec

Nec ad Majores! prodit se Plato & quâ fide? Græca scilicet, quâ cum scriptis ac Doctrinis fidelium in Gentilem sensum pertractis egit. De illo & istius farinæ alius *Iustinus* Philosophus & Martyr scribit: *Puto non ignorare, quicumq; legis Diadori atq; cæterorum Historias* ut Orpheus, Homerus. Solon, qui leges scripsit Atheniensibus, *Pythagoras* (qui à quibusdam habetur pro Ezechiele B. Schedius *Disl. de Cabala*) *Plato* (qui jura curiositate suâ violat, quos civitas colit, Deos esse non existimans metu cicutæ variæ sermonem de Diis figurat negantibus eos & asserentibus, præbens Materiam, sicut faciliè ex ipsius dictis licet cognoscere, quæ verba *Iustini*) & alii quidam in Ægypto verlati, ADIUTIQUE SCRIPTIS MOSAICIS, postea contrarias prioribus prioresque sententias de Diis introduxerunt *Serm. ad Gentes* exhort. p. 18. seqq. *Basilix* 1555. Idem *S. Iustinus* ibidem scribit, *Platonem* delectatum, Verbis Dei *Mosen* alloquentis: EGO SUM ENS ILLE. *Exodi*. 3. v. 14. Et brevitate orationis elatæ per participium considerata; cum *Moses* dicit: O ÆV! Quâ voce Deus indicat incomprehensibilem æternitatem substituisse particulam τὸ ὄν, ut tria, præsens, præteritum & futurum insinuaret deque infinito intelligerent tempore. Sic de *Homero* (cujus defensionem *Jac. Duportus* Professor *Cantabrigiensi*. celeberrimus in præfat. *Gnomologiæ Homericæ* sicuti *Aristotelis F. Licetius* suscepit) recenset, ostendam, ait, hunc Poëtam etiam è sacris Prophetarum literis multa in suum carmen transulisse & imprimis libri initium, quo *Mos-*

ses Mundi creationem describit. Hic enim sic scribit: In Principio fecit Deus calum & terram, deinde Solem, Lunam Stellasq. Gen. I. v. 1. seqq. Hac ille (Homerus) in Ægypto doctus, & eâ descriptione delectatus Achillis (Ipeo à Vulcano, si fabulæ fides! fabro facto inseruit, tanquam Creatoris illius imaginem hu. versibus:

Principio cælum & terram camposq. liquentes

Lucememq. globum Luna Titaniaq. astra,

Paradisi quoque memoriam in hortis Alcmoi, quos temper virere perpetuisque fructibus beari perhibent, suggerit. Confer. Plin. H. N. l. 30. c. 1. Quam felices in fingendo Græci fuerint, suprâ annotatum, & legenti cuius profanos scriptores facillimè constabit. Annon Noachi Prudentia Pietas & Navigatio Græcis de Deucatione & de geminis Iani frontibus, ejusdemque Plantatio Vineæ de Iacho originem subministravit? quis Legislator Minos novem annos cum Jove conversatus, nisi Moses, qui à Deo legis tabulas accepit, & cum JEHOVA sæpe sæpius ac diu locutus; Unde surrexit Hercules nisi è tamâ Simsonis? Quis fatalis ille crinis, in quo Regni erat Fundamentum à Scylla dormienti patri Nisò sublatum ac ad patriæ hostem Minoem cum Regno delatum nisi Simsonis? S. Augustinus de C. D. l. 18. c. 190. Ambrosius l. 2. Epist. c. 7. Et Nobilis Hispanus Martinus de Roa l. 5. Singul. c. 6. & 7. p. 443. Annon ex Historiâ Ione ejusque naufragio Andromeda Saxo alligata à marinâ beivâ sed à Perseo liberata, rodiit? apud Ovid. l. 4. Metam. sub finem. Quin etiâ rei celebratæ carminibus

aut

ant fabulis servata que à Perseo Andromedæ clarum fastigium beluæ marinæ ossa immania ostendunt, apud Pompon. Melam de S. O. L. l. c. 11. Vid. Ægesippus l. 3. de B. I. c. 20. de situ urbis Joppæ. Quam felices nos *Christiani*, quibus lux cælestis veritatis affulsit. 2. Petr. l. v. 19. Non iam quereus loquitur, non iam lebes vaticinatur, non iam Pythia impletur, haud scio quibus fabulis tamen & deliramentis. Rursus Castalia siletur ac silet, atq; unda est non vaticinia edens, sed risum excitans. Rursus muta statua Apollo, rursus Daphne arbor est fabulis deplorata, &c. Gregorius Nazian. Orat. 48. In Julianum 2. p. m. 796. Verbo Dei nitere salvus eris. Rom. l. v. 16. Vid. Eberhad. de Weihe tract. de Speculis. Cl. Dilher. t. 2. D. Phil. 11. c. 2. S. Mares. Refut. Fab. PræAd. Quæst. 1. §. 30. Quæst. 3. §. 34. B. Dn. Ursinum in Zoroast. Sect. 4. p. 99. & Celeb. Edm. Dikensonium Delph. Phocæ. c. 11.

NOT. 71.

§. 1. p. 193. *Hebræis injuriâ Astrologiam adscribunt.*

Non sibi constat Autor, nam §. 7. hujus capitis, Astrologiam Hebræorum veterum penè eandem cum Ægyptiorum & Arabum disciplinâ fuisse meminit. Habebit hic contradicentes, qui ausi adscribere. Philo Judæus, Abraham, inquit, quamdiu hærebat in Chaldæorum terrâ & opinione, & nondum mutato nomine dicebatur Abraham, homo calis erat, sublimis *Ethereæq;* *Natura* scrutator in effectibus eorumq; *causis* & id genus aliis philosophandi, ex quo *studis*

dio appellationem præsentem sibi qua fuit. *Abram*
 enim explicatur *Pater sublimis*: Nomen con-
 veniens consideranti sublimia celestiaq; intelle-
 ctus, sed quando jam se ipso melior nomen mu-
 raturus est fit homo. *Dei lib. de Gigant. p. 193.*
Et lib. de Abrahamo p. 237. Postquam solum
 vertit, necessario cognovit mundum esse subdi-
 tum nondominum: nec regere, sed regi ab Auto-
 re suo, quod mens tunc primum apertis oculis
 didicit. Ex illo *R. Maimonides, Abrahamo*, in-
 quit, *Deus prius non erat conspicuus, quando*
more Chaldaeorum intentus erat sacrum cursibus
extra mundam, & sensibilem Essentiam nullam
prorsus Naturam intelligibilem percipiens lib.
de Idol c. 1. Idem *Iosephus* subinnuit, qui post-
 quam Virum sapientem ex æquo & eloquentem &
 in conjectando sagacem appellaverat, subiungit:
 Εἰκαλεῖ ἡ γῆ τῶν τε τοῖς γῆς καὶ θαλάττης πα-
 θήμασι, τοῖς τε πρὸς τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελή-
 νην καὶ τοῖς τε τοῖς καὶ ἕρπονι συμβαίνοσι.
 i.e. Hoc vero ex terra ac maris observatione
 colligebat, tum eorum, quæ circa Solem ac Lu-
 nam & reliqua sidera videbat accidere:
 Paulo post ex Berofo: Ὁ γὰρ χαλδαίος ὡς ἦν
 δίκαιος ἀνὴρ μέγας καὶ ἁβραάμᾳ ἐμπροσθεν.
 Apud Chaldaeos erat quædam Iustitia cultor,
 Vir magnus & sideralis Scientiæ peritus. *A. J.*
1. c. 8. p. 16. Chaldaeus interpres ad verba *Cant.*
VII. v. 4. Oculi tui sicut Piscina in Hesbon quæ
 sunt ad portam Bathrabim (in porta filiae mul-
 titudinis) de Judaicis Doctoribus accipit: scribæ
 pleni sunt sapientiæ, sicut piscina aquarum, &
 scientiæ, constituunt rationes Embolismorum, &
 annos

annos intercal
 & Mentium i
 pientiam au
 multitudin
 rita, & de f
 & dissolutio
 fra (portet
 temporum
 & oriona
 v. 9. Sira
 Rep. Ebr.

S. 2.
 atinet.

OPP
 in fingend
 quas hunc
 omnium
 sine com
 nent.

lem, Ab
 ne solus
 Mosi
 Micha
 Afris
 Provis
 felicitat
 postre
 Pl. 91.
 Act. X
 Da. Ge
 Da. D.
 à Lapid

annos intercalant & signant principia annorum & Mensium in portâ domus consilii magni. Sapientiam autem profitebantur. Sap. VIII. Si multitudinem Scientiæ desiderat quis, scit præterita, & de futuris æstimat, scit versutias sermonum & dissolutiones Argumentorum: *Signa & monstra* (portenta) scit, antequam fiant, & eventus temporum & seculorum. v. 8. Novit arcturum & orionem & Hyadus. Job. IX. v. 9. c. XXXVII. v. 9. Sirac. XXXIII. Confer. *Petrus Cuius* de Rep. Ebr. c. 19.

NOT. 72.

§. 2. p. 194. *Septem intelligentias quod attinet.*

Oppido liberales sunt Rabini & Cabalistsæ in fingendis pariter ac assignandis intelligentiis, quas humanis corporibus confociant, ut rerum omnium universitas unitatis vinculo quàm arctissimè combinetur ac vinciat. Associant hominibus. *Adamo* assignant Præceptorem *Kazielem*, *Abrahamo* *Zatkielem*, *Isaaco* *Raphaëlem*, ne solus illo *Tobias* gloriatur, *Iacobo* *Pelielem*, *Mosi* *Mitrathonem*, qui etiam Cabalistsæ est *Michaël* L. R. l. 1. A. Cab. Neque hoc tantum; *Astris* quoque & *Planetis*, quin etiam *Regnis* & *Provinciis* ob majorem firmitatem firmamque felicitatem præficiunt præsides. Quod quidem postremum si pio scripturæ sensu ut *Psal.* 34. v. 8. *Pf.* 91. v. 11. *Dan.* 10. 13. 20. *Matth.* 18. 10. *Act.* XII. 15. videre est conceditur. Vid. *Beat. Dn. Gesnerus* in *Dan.* c. 10. §. 51. seqq. conf. *Dn. D. Waltherum*, *Pererium*, *Sanctium*, *Corn.* à *Lapide*. P. *Fabrum* *Serm.* 1. c. 9. p. 60. *Novem*

autem enarrant *Hierarchias*, quarum I. vocant *Hajoth Kadosh*, sive animalia sanctitatis seu Vitas: Per quos Angelos Deus עֲבֵיִל *Ebejeh* effendi munus largitur. II. *Ophanim* toras seu rotas, per quos Deus Elohim Chaos distinguit. III. *Aralim*, fortes & robustos, per quos אֲרָרִי *Tetragr.* pronunciatus formam fluxæ Materia ministrat. IV. *Chaschmalim*, per quos Deus corporum effingit species. V. *Seraphim*, per quos Deus Elementa depromit. VI. *Malachim*, per quos Deus Metalla producit. VII. *Elohim*, per quos Deus producit vegetabilia. VIII. *Bene-Elohim*, per quos Deus Animalia procreavit. IX. *Cherubim*. Per quos Deus hominum genus curat: sub his continentur *Ischim*, Viri fortes & beati, per quos Deus largitur Prophetiam. Abstrusioris *Cabala* sive secretioris Ebræorum Theologiæ & Philosophiæ Symbolicæ Doctores, horum Exercitus distingvant. In illis 1. *Mizaloth*, qui duodecim juxta XII. Signa Zodiaci. 2. *El* cohortes triginta, pro quolibet illorum duodecim, unde sunt in numero 360. Angelorum cohortes. 3. *Ligson*, includit numerum 1800. multiplicatur per triginta & fit *Rihaton* constans ex trecentis viginti quatuor millibus. Hunc numerum denno per triginta multiplicat, & fit *Chirton*, constans ex nongentis millium millibus & septuaginta duobus millibus, & hunc iterum per triginta multiplicat, unde exsurgit *Gisera*, constans ex ducentis nonaginta & uno millium millibus & sexcentis millibus quorum omnium summa est trecenta & unum millium millia sexcenta & quinquaginta quinque millia centum & septuaginta duo: Hi omnes sunt *administratores Spiritus* in ministerium missi.

Ebr.

Chr. I. c. 14
 collatis per
 delictet in ca
 metis: Alii
 collo, que
 portis ex M
 nicis portæ
 talia consti
 talia tria
 alii anima
 & Paci, ali
 vincis, qu
 sciendus
 Dogm. C.

P.
 de Sept
 Pa
 menda
 rures
 & pra
 cem iun
 menta
 lcriptu
 sentia
 brarum
 dicitur
 mille d
 divina
 te, qui
 Archæ
 p[ro]p[ri]e

Ebr. I. v. 14. Ita Alii præficiuntur quatuor anni
custodiis per quatuor Solis Stationes, à cardine vi-
 delicet in cardinem distinctis: Alii præfunt *Pla-*
netis: Alii XII. *Signis*, & huc trahunt obtorto
 collo, quæ S. *Iohannes* Apoc. XXI. v. 21. de XII.
 portis ex Margaritis docet. Signa enim Plato-
 nicis portæ cæli dicuntur, unde Tria Signa Orien-
 talia constituunt, tres ab Oriente portas, Occiden-
 talia tria, tres ab occasu. &c. Alii *tutele* hominum;
 alii animantibus, alii plantis, alii gemmis, alii Bello
 & Paci, alii Regibus & Episcopis, alii Regnis & Pro-
 vinciiis, quibus præfident. De his & similibus con-
 sultendus Frater *Archangelus* de Burgo Novo
 Dogm. Cabal. Dogm. 2.

NOT. 73.

p. 196. S. 4. *Non minus absurda est opinio*
de Sephirotz.

Paucæ de his in gratiam curiosi lectoris mo-
 nenda. Cabalisticis *speculativa* cabala dicitur
 מַסְדֵּי סֵפִירוֹת *Sephiroth* Dimensionum, Numerationum
 & *practica* סִמְוֹת *Schemot* h. e. Nominum. De-
 cem sunt dimensiones divinæ, quæ propriè indu-
 menta quædam divinitatis appellare consuevere à
 scripturâ, quarum suprema, quæ absolutissima Es-
 sentia dicitur, *Ensoph*. Essentia in Abyllo tene-
 brarum retenta & immanens, ad nihil respiciens
 dicitur *En*, i. e. nihil, & *soph* h. e. finis. Decem
 mille dimensiones ab illo *Ensoph* dependent, seu
 divina Essentia, & per ipsam perfectæ dicun-
 tur, quia illa est infinita formaliter, ita Frater
Archangelus disserit contra *Petrum Garziam* E-
piscopum Uffelsenem impugnantem *Mirandq-*
lam

lam Conclaf. Cab. 1. & 2. Et sic tandem concludit: *Astrologia* divina dicitur Cabala. Quotquot prædixerunt tam Prophetæ quam Patres antiqui per hanc Astrologiam decem Sephiroth, five cælorum Archetyporum prædixerant. *Alia Astronomica*; quæ cælos superiores Archetypos *Sephiroth* appellatos considerat. Hanc *Abraham* & *Moses* à Cabalisticis fetutus creditur, qui ob talem Astrologiam à gentibus receptus est, ut Deus. *Theorica* igitur & intellectualis Cabala, res considerat, & altiora per ima, & occulta per manifesta profert. *Practica*; quæ animi corporisque vires pro spiritualium donorum qualitate considerat, & quid faciendum, quomodo Mystéria sint applicanda, unde universæ legis Mandata numero & proportionem cum humani corporis ejusque partium structurâ debeant concordare, docet. Vid. *Gub. Pœtium*. 3. Disp. 9. p. 250. Cl. *Leusden*. Spicil. Phil. cent. 6. c. 24. Hinc porrò triplicem hominem juxta triplicem mundi Analogiam effingunt 1. Archetypum. 2. Cælestem. 3. *Terrenum*. Archetypum & marem per chorum Angelorum, fræminam per Reginam seu Militiam exprimunt. *Cælestem*, per sidream cæli machinam, Fæminam per Lunæ globum cum elementari fabrica & in illa contentis visceribus. *Terrenum* sub copulâ Maris & Fæminæ.

Terreni Effigiem & operationem varietatis, sensus dijudicant, siuguli horum trium hominum novem membris constare dicuntur, si seorsim mas & fœmina consideratur: Si ut unum decem membris formantur, suntque terreni, cælestis, archetypi hominis decem membra præcipua, & dicuntur *Sephiroth* i. e. NUMERATIONES, quæ sua habent

habent cop
juxta decem
2. Cor.
& Ren. 9
minu men
2. Primu
nus. 5. p
Mercuri
Membr
ni. 4. D
7. Princi
Anima.
Nomen D
3. Eloah
hath. 8
Seph
pieta. 4
tudo. 6.
dament
cultam
ad ima p
pendit
in Arch
ziam de
animu
unicate
fecund
concupi
scibilem
fexta, p
tatur, cu
Mixtum
vel alter
continen

habent cognomina I. *Terreni hominis membra* (juxta decem Præcepta) 1. Cerebrum. 2. Pulme. 3. Cor. 4. Stomachus. 5. Hepar. 6. Fel. 7. Splen. 8. Ren. 9. Genitalia. 10. *Manus*. II. *Cælesti hominis membra Mystica*. 1. Cælum Empyreum. 2. Primum mobile. 3. Firmamentum. 4. Saturnus. 5. Jupiter. 6. Mars. 7. Sol. 8. Venus. 9. Mercurius. 10. Luna. III. *Archetypi hominis Membra*: 1. Seraphim. 2. Cherubim. 3. Throni. 4. Dominationes. 5. Virtutes. 6. Potestates. 7. Principatus. 8. Archangeli. 9. Angeli. 10. Anima. *Schemoth* autem seu Nomina sunt. Nomen Dei 1. *Ens*. 2. *Iah*. 3. *Iehovah*. 4. *El*. 5. *Eloah*. 6. *Elohim*. 7. *Tetragrammatum Zebaoth*. 8. *Zabaah*. 9. *Schadaï*. 10. *Adonai*. *Sephiroth* sive *Attributa* sunt. 1. *Corona*. 2. *Sapientia*. 3. *Intelligentia*. 4. *Magnitudo*. 5. *Fortitudo*. 6. *Patientia*. 7. *Victoria*. 8. *Gloria*. 9. *Fundamentum*. 10. *Regnum*. Ita Cabalista per occultam Analogiam ab imis ad summa, à summis ad ima perveniunt. Hujusmodi verò Mystica pandit *Picus Mirandulanus*, quem strenuè *Frater Archangelus Minorita* contra *Petrum Garziam* defendit. libro *Apol. Basilie*. 1600. Qui animum humanum decem *Sephiroth* adaptat, per unitatem suam est cum *primâ*, per intellectum cum *secundâ*, per rationem cum *tertiâ*, per superiorem concupiscentiam cum *quartâ*, per superiorem irascibilem cum *quintâ*, per liberum arbitrium cum *sextâ*, per hoc totum, ut ad superiorem convertatur, cum *septimâ*, ut ad inferiora, cum *octavâ*. Mixtum cum utraque potius per indifferentiam vel alternariam adhesionem quam simultaneam continentiam cum *nonâ*, & per potentiam, quâ inhabitat

habitat primum habitaculum cum *decimâ*. Quod Pici *Mirandula* est assertum. Et hæc Cabalæ sunt Myſteria, de quâ legi poſſunt, *P. Galatinus* de A. F. p. 617. *J. Reuchlinus* libro peculiari Agrippa de V. S. c. 47. *Buxtorfius* Syn. l. c. 1. *Alfredus* Siſt. D. l. 4. c. 31. *Bongus* de Num. Myſt. *Hottingerus* Theſaur. Phil. 1. c. 3. ſect. 5. p. 447. *Ben. Pererius* lib. 1. de Mag. c. 10. R. à *Fluct* part. 1. Apol. c. 2. Non ſilentio involvenda eſt *Arbor Sefhiroth*. Cabaliſtæ Arabum ſiniæ eorumque ſectati nugæ, ex certâ ſerie Schematiſmorum Geomanticorum, quorum uſus eſt in Onomatomania conſiciunt Syſtales puncto. umque locationes, XII. *Zodiacis* ſignis applicatas. Ex his Arborem formant, in quâ 24. Rami dminatæ artium Syſtales omnium ad Fortunæ ſortem ſpectantium, rerum manifeftrices, reperiuntur, quas *Zefhiroth* vocant. *Zefhiroth* autem dicunt eſſe inſtar arboris, ejus ſupremæ tres enumerationes ſe habent per modum *Radicis*, reliquæ per modum *trunci*, ramorum & fructuum. Ex his aliæ punctorum locationes quatuor Elementis attribuantur; aliæ 7. Planetis Metallisque, Aliæ 12. Signis Zodiaci, aliæ 28. manſionibus Lunæ, aliæ denique ne quid ſuperſtitioni Aſtrogicæ deſit in 12. Cæli domicilia diſtribuantur. Vid. *A. Kircherus* Oed. Æg. t. 2. part. 1. claſſ. 4. c. 9. part. 2. claſſ. 11. c. 10. p. 493.

NOT. 74.

S. 5. p. 197. *Eaſdem Zefhiroth variâ mutationes Monarch. & religionum cauſat.*

Mera hæc ſunt Scîolorum Aſtrogorum deliria Aſtris ejuſmodi tribuere, quæ alij Cauſæ tribu-

tribuenda sunt. *Cardanum* vim celo inferre, arbitrator, cum istiusmodi & alia Astris assignat. Ingens omnino est audacia Locis ac Stellis tribuere, quod *Scotici* Reges omnes ferme ferro perierint, adeo, ut ex *CV. vix IV. vel V. morbo* perierint: *Anglorum* vero Reges omnes ferme seditionibus aguntur: *Gallorum* autem Reges ab uris q̄ sint immunes, uti loquitur *Cardanus*. Comment. in *Ptolom.* de Astr. Judic. l. 2. c. 3. p. 225. Videatur *Petrus Tholos.* l. 20. 21. 22. de Republ. *Chokier de Surlet.* Aphor. p. l. 6. c. 1. p. 481. Satis est, quod Regum Sapientissimus *Salomon* inculcat: Propter peccata terra multi Principes ejus, & propter homines intelligentes & scientes, prolongantur. *Prov. XXVIII. v. 2.* Conf. *Vernlamius S. Fid. de Viciss. Cl. Rensnerus Flor. H. P. cor. 1. fl. 17.* celeberrimus *P. Faber Sem. l. 1. c. 9. p. 54. Webnerus de Rerump. Mut.*

Sed Impietas est statuere ab Astris Leges donari ac tolli. Somnio suo indulget *Cardanus*, cum scribit: Et Leges habent ortus ac mites à suis Planetis velut *Judaica* ab Oriente, quia *Saturnus* Orienti preest. *Mahumetis* autem ab occidente, quia *Mars* Occidenti dominatur. Et *Jovis* imperium est à Septentrione; ideo in eâ parte fundata est *Lex Christiana*, licet & ipsa ab Oriente, propter conjunctionem cum *Judaicâ*, originem sumpsit. Idolorum autem *Lex*, quoniam à *Venere* ortum habuit, initium sumpsit à Meridie, scilicet *Assyria, Babilonia & Chaldais.* Primus enim *Belus Assyriorum* Rex adorari se precepit, & c. & paulo post: Et hereses ex Astris prouideri possunt. Affliguntur autem Leges maxime, ut in trigoni oppositi con-

junctiones maxima fuerint. Est autem trigonus
 CHRISTIANÆ L. Aries, Leo, Sagittarius, & ejus Dominus Iuppiter, quia Sol communis est: IDOLOLATRICÆ Taurus, Virgo, Capricornus, & ejus Dominus Venus, nam Luna communis est: JUDAICÆ Gemini, Libra, Aquarius, & ejus Dominus Saturnus, nam Mercurius communis est, quia omnibus fauet. Et ideo posteriores Leges Judaicam non deserunt, sed recipiunt, quia Mercurius, quo omnes leges indigent, proprie dominatur trigono Judæorum. Cardan. in Ptol. l. 2. c. 27. p. 238. Nugæ Nugarum! De Cardano celeberrimus Keplerus iudicium tulit: Non optimus is, ait, inter Astrologos, si modo inter hos optio habenda est. Tractatû de stella novâ Thesi 136. Neque inter Theologos talia à Scripturæ veritate aliena edisserendi tolerari potest aut debet. Audacia! Non ab Astris sed ab Astrorum Domino Lex Judæis est data & promulgata. In dextrâ ejus ignea Lex illis Deut. XXXIII. v. 2. Notas fecit viis suis Moysi Dominus, filius Israël studia sua Psal. CIII. v. 7. Sed unde Religionum varietas & mutatio? Cum dormirent homines, venit Inimicus ejus, & superfeminavit Zizania in medio tritici, & abiit! Inimicus autem, qui feminavit ea, est Diabolus. Matth. XIII. v. 25. & 39. Vid. Ad. Contzen Politic. l. 5. c. 21. s. 2. p. 342.

NOT. 75.

§. 6. p. 198. R. Bechai & c. Religionem Christianam ex principis naturalibus vere examinavit.

Athei-

Atheistice! sic olim & circa annum D. 1201. Simon Thuryæus Anglus, cum esset Dialecticus acutissimus & Artium liberalium Professor magni Nominis, plenior scientiâ, quæ insuat, quam charitate, quæ edificat, temere in Scholis & palam non veritus est jacitare, se scire totam Christi legem, ac improbando eam posse annihilari. Sed ita oblivione subitâ percussus est, ut primarum litterarum oblitus nec Dominicam Orationem pronunciare nec Alphabetum sciret legere. *Polyd. Vergil.* H. Ang. l. 15. pag. 371. in fine *M. Delrio D. M. Quæst. 24 l. 2. pag. 504.* Pari impietatis æstro ac furore percitus dicitur. *Simon* quidem de *Tornaco* (cujus libri *Thomas Campanella* præfat. Ath. triumph. meminit) qui *Pariliis* Disputationem habuit de *Humilitate Doctrina Christiana*, in quâ tres magnos *Mundi Impostores* introduxit, *Mosen, Christum*, (horrendum dictu auditive! pro quo jure merito blasphemum mendacissimum & Mahomete pejorem seductorem de *Tornaco* substituas) & *Mahometem*, sed tertia post diæ Epilepsia punitus. *Henr. Lancelottus* Eremita de *Pseudomin.* Reform. f. 4. Nequiter & perverse ex *Guilielmi Reginaldi* cum *Stapletono* A postata ut Autor *Turco-Papismi* impr. Londini 1604. illum appellat l. 1. c. 1. p. 4. Antverp. 1597. scriptum de Tribus Impost. Evangelicis attribuit quem refutavit *Delrio* loco modo citato & *Drexelius* Orbis Phaëth. p. m. 95. *Marchantius* Horto Past. tract. 10. lect. 6. Propos. 2. Dn. D. *Danhawerus* Hodom. S. P. p. 9. I. *Lipsius* lib. 1. Monit. Polit. c. 4. *Friderico* Imperatori quasi idem hoc dixerit adscribit, ac mendaciter hoc ei affectum contendit *Petrus de Vincis*

I. I. Epist. 31. Confer Cl. Thomam Spizelium, qui *Petrum Arcinum* Autorem horrendi libri de *tribus Impostoribus* refert scripto de Atheismo religiosissimo p. 18. quem omnino vide, nec penitebit te hujus & reliquorum Spizelij tractatum Lectionis. Sed Religionem Christianam quam tot Martyrum sanguine corroboratam defendunt *Irenæus, Iustinus, Tertullianus, Arnobius, Lactantius*, alique non rationis aut Naturæ principia constituunt, sed divinæ veritatis Oracula gignant, fundant, firmant. *Esaia. VIII. 20. ad Galat. VI. 16. Ὅσοι τῷ κέντρῳ τῆς σταυροῦ ἠκολούθησαν.* Quotquot secundum Canonem hunc sive REGULAM HANC incedunt, Pax super illos & misericordia & super Israël Dei *Psal. XIX. v. 8. 9. 2. Petri I. v. 19.* clarebit, stabit, perstabit illa cum sidera ac astra esse lucere desierint. *Et iusti fulgebunt sicut Sol in Regno Patris eorum Matth. XIII. v. 43. Dan. XII. v. 3. Sap. III. v. 7.*

NOT. 76.

S. 6. p. 199. In Themate Nativitatis Christi erigendo.

Cardanum Autor citat. Cardani verba Optimo Lectori iterum sunt exhibenda. Christus, ait, natus est post sex Annos à conjunctione maximâ in Ariete, promulgavitq; legem eâ conjunctione in trigono Arietis, Leonis, & Sagittarii vigente in Ptol. lib. 2. c. 17. p. 239. Paria habet *Petrus de Aliaco Quæst. 30.* in Genes. & libro de stella Magorum, ubi non tantum ex magna Conjunctione *Jovis & Saturni*, qui anno

sexto

sexto ante beatum
CHRISTI
(predicentibus
nomis) mag
tendi asserit;
viatione con
Christi Nati
ponit in ann
lend. 25. De
Heringerum
Ante noctis
partem Virgi
tionem porte
inum coeli te
ordine, ut in
bis Hierosol
distante latit



sexto ante beatissimum *Saluatoris* nostri **JESU CHRISTI** Ortum in signo **Canceri** coierunt (prædicentibus cunctis illorum temporum *Astronomis*) magnam *Religionum* mutationem portendi asserit; verum etiam demonstrat ex observatione constitutionis cœli, quam habuit ipsa *Christi* Nativitas, quæ incidit, ut ille calculum ponit in annum *Octavij Augusti* quartum 8. *Kalend. 25. Decembris*, de quo videri poterit *J.H. Hottingerus. Histor. Creat. p. 170. 171. seqq.* Ante noctis dimidium fuisse in ea *Horoscopum* partem *Virginis* octavam, quæ religionis *immutationem* portendit, & in culmine cœli *Saturnum*, inum cœli tenente *Sole* caterisque *Planetis* eo ordine, ut in subsequenti themate patebit, ab urbis *Hierosolymitanæ* ab æquatore 36. partibus distante latitudinem apud *Sixtum*.



y 2

Non

Non nova hæc sunt somnia: Nam ante *Aliacium* occupârunt cerebrum *Abu Monsari*, qui non Mahumetis tantum sed & *Christi* vitam astris alligare non erubuit. Ita enim tract. 6. introduct. Major. scribit: *Ascendit in primâ facie signi cancri Virgo pulchra & honesta, habens in manu suâ duas spicas & nutrit puerum, & vocat ipsum Puerum quædam Gens JESUM, & ascendit cum eo Stella Virginis.* Hisce *Albertus M.* addit: *Nos autem scimus, quod sub ascendente Cancro natus fuerit Dominus noster JESUS CHRISTUS, cum hoc quod æquatio motus octavæ spheræ in tempore ejusdem fuit 8. graduum & 30. minutarum secundum calculationem certissimam, & quod ipsa erat tunc minuenda de locis Planetarum irruentis per canones; Non quod subjaceat stellarum motui, qui creavit stellas; sed ipsa causa erat. cur suam mirandam Naturam astra significarent.* Vid. *J. H. Heitingerus* Hist. Creat. p. 130. *Sextus Senensis* Bibl. l. 6. Annotat. 10. *Vorstius* in *Abarb. Fundam.* p. 67. Non astra in Creatorem, sed Creator in astra habet imperium. *Psal. CXXXV. v. 6. Omnia, quæcumq; voluit Dominus, fecit in calo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Qui facit Arcturum & Orionem, & convertit in mane tenebras & diem in noctem mutat Dominus nomen est ejus Amos V. v. 8.* Ita facili negotio conjicere poteris, hæc omnia in Judæorum enata esse scholis, & ad male credulos pervenisse. Dudum sanè factum est, quando *S. Augustinus* erroneam supersticiosorum, de his enim sermo est Astrologorum, quibus sæpe insanire lubet, opinionem retulavit, monitus à *Nebriidio* docto Adolecente,

in Genethliacos erat, abjecerat
ram operam
gnit, qui dicitur
trices esse ca
Fataque disti
in nativitatib
que tantum
Vid. Aug. de
runt. Acco
interdum en
rabili, pro
cum homin
viter super
MINABITU
Optimus Ma
tur, cum su
Angelorum
omnia & met
nostram mal
spensatione
Cui equo a
in distribut
dunt, mund
adverſa, mo
ra lib. 3. c. 8.

S. 7.
conjunctionib
eisdem affec
m. & c.

ut Genethliacos libros, quibus id temporis deditus erat, abjiceret, nec rebus inutilibus ac vanitati curam operamque impenderet. Illos itaque redarguit, qui dicunt stellas in Genitoris infantium effectrices esse causas, & suas cuique nascenti sortes Fataque distribuere, & qui positiones astrorum in nativitatibus infantum non causas esse sed signa, quæ tantum nascentis Vitam, mores Fortunamque; Vid. Aug. de C. D. lib. 5. c. 1. significant. alle-
runt. Acute Iovianus Pontanus: *Quamquam interdum vis maxima est Cæli, eaq; forte insuperabilis, juverit tamen, quod prudentis est officium homini illud gnauiter præstitisse, ne ignauiter superemur. (SAPIENS QUIPPE DOMINABITUR ASTRIS!) Deus autem ipse Optimus Maximus, ut sub finem ferè cap. loquitur, tum sua Providentia & Numine tum per Angelorum Intelligentiarumq; ministeria, sic omnia & metitur, & regit, & dispensat cuncta, ut nostrum nullo modo sit ei velle præscribere aut dispensationis ejus providentiæq; exigere rationem. Cui æquo assentuntur animo ejusq; conquescent in distributione ac nutu, & prospera que succedunt, jucundiora efficiunt ac magis grata: Et que aduersa, minus gravia, longeq; etiam tolerabiliora lib. 3. c. 8. T. 1. p. 583. 584.*

NOT. 77.

S. 7. p. 202. *Qui sub certis Planetarum conjunctionibus cum signis Zodiaci nascuntur, in eisdem affectus & studia plurimum propendere, &c.*

Probare videtur Auctor *Petri Apponensis*, quem *Astrologum incomparabilem* vocat, mentem miris figuris expressam. Negari nequit actionem & virtutem siderum dari in sublunaria tam inanimata quam animata: Et legi poterit hæc de re laudatus *Iohannes Iovianus* Vir clarissimus, loco antea allegato & de rebus cælestibus. t. 3. De eadem verò ita disserit *Calvinus*: Fateor, ait, quatenus corporum terrestrium cognatio & quasi concentus ac consensus, quam *Græci οὐρανὸν Ἰαν* appellant, cum celo intercedit, causas quasdam earum rerum, quæ in terris accidunt, ex astris notari posse. Quemadmodum enim vis cælestis sæpe numero procellas, turbines, cæterasq; tempestates indicat, præterea imbres assiduos, consequitur etiam, ut sterilitatem, pestilentiam, eluvionem, belluarum deniq; repentinas multitudines irrobat; quatenus igitur consensus ille distantiam rerum quasi necessitudo quædam apparebit, non repugno equidem, quæ ab orbibus illis, ut testibus, causa & origo eventuum, quæ in terris videntur, exquirantur, causam autem appello non perfectam & principalem: sed adjuvantem & proximam quasiq; adminiculam **DEI VOLUNTATI** subjectam &c. Orat. adversus Astrologos, part. 2. Traçt. classe 4. p. 584. Genevæ 1611. Agunt utique Astra, nec otiosæ sunt substantiæ. (*Deus & Natura nihil faciunt frustra*) non otiosas habent vires aut actiones, sed cujusmodi? Partim ignotas, partim notas, calere, lucere, lumen effundere, calefacere, fecundare. Si Sol & homo generet hominem, Sol & ovis ovem? si Soli id competit, cur non id faciat

faciat Saturnum
riva & Luna
Abit tam
Christianoru
jorem celo
Platonis en
26. quorum
um, Deum
corpore ni
animas cor
carcere late
communes,
star Hellebo
gram dari re
ho. de hazes
pate commu
stellas anim
Plato vom
Cyrillo con
malia prop
suoque ostē
tabilis effe
statuerunt
mūta eōsi
comedere.
criticatera
ar. 2. 1. 1.
nim Tyrim
p. 265.
non licebat
mō consumi
Pin. Quæst.
tabam expe

faciat *Saturnus, Jupiter, Mars, Venus, Mercurius & Luna*, ejusdemque substantiæ alia Sidera. Absit tamen modis omnibus atque optimis, ut hic Christianorum quisquam platonizet, aut justo majorem cælo sideribus Virtutem attribuat ac vitam. *Platonis* enim assertum præter cætera Paradoxa 26. quorum erant præcipua, Deum esse corporeum, *Deum esse Animam Mundi*, quæ magno se corpore miscet, Deos esse juniores & minores, animas corpori præextitisse & in corpore quasi in carcere latere, in Republicâ uxores debere esse communes, mendaciis non nunquam utendum instar *Hellebori*, post decem Annorum millia, magnam dari revolutionem. Vid. *Epiph. præfat. in lib. de hæres. & l. 1. Hæres. 6.* Et *Cornel. à Lapide* comment. in *Jacobi. 3. p. 146.* Docebat, stellas animalia & Deos vocari, sicuti Mundum *Plato* vocavit Animal mente præditum teste *Cyrillo* contra *Julianum* 7. Ita stellas dixit animalia propter proprietatem, quam in motu cursuque ostendunt; & motum animæ vitæque vegetabilis effectum esse. Certè jam olim *Ægyptii* statuerunt ignem *Ἡρακλῆος ἐσθαι ἐπιφύχον καὶ πρὸς τὸ εὐδαιμονίαν Animal esse vivum, & omnia comedere.* *Herod. lib. 3.* Gens *Persarum* igni sacrificatura in oblatione alimenti dicebat: *πρὸς θεῷ ὁτι εἶσι τῷ θεῷ Ignis Domine comede.* *Maximus Tyrinus* diss. 38. Vide quæ subjungantur p. 265. Adde veterum superstitionem, quæ non licebat extinguere lucernam, ut sinerent ultro consumi, eò quòd Animalis similis videretur. *Plut. Quæst. Rom. 75.* Hinc Philosophiam *Arabum* expressit *Autor speculi mundum repræ-*

sentantis: Scias, ait, Animam rationalem bifariam dividi: Prima est Anima cœlestis, quidam autem Philosophi asserunt, singulas Planetas esse instar Cordis, orbis vero illius partialis instar reliquorum membrorum, & animam cœlestem assistere primario Planeta & mediante Planeta orbibus partialibus, unde inferitur, animas cœlestes esse novem secundum numerum cœlorum. Abu Aly Ihu-Sina asserit, unumquemque orbem habere animam & unamquamque Planetam habere animam cientem positivo motu. Erunt ergo animæ cœlestes juxta numerum orbium & Planetarum. apud Cl. Heringerum Hist. Creat. Quæst. 61. conf. L. Biscola t. 2. col. p. 1171. Quæ sententia ἀγαθῶν & ἀλλοθῶν. Nullibi enim eandem Sacra Scriptura vel proponit vel probat, docens: Soli homini datam esse cum corpore animam: Graviter hæc lapsus Origines Adamantius Alexandri Leonidis Martyris filius (qui floruit A. C. 226.) Is stellas non modò animatas opinatur; Sed etiam Virtutis ac Vitii capaces, & in Virtutibus proficere & deficere contendit. Et nequid errori desit, cum Iobus Idumeorum Rex cœlos immundos in conspectu Domini esse pronunciat Jobi. c. 15. & ut habetur 25. v. 5. Ecce Luna etiam non splendet & stella non sunt munda in conspectu eius; non veretur dicere, Christum non tantum pro peccatis hominum sed etiam Astrorum esse mortuum. Tam prodigus est Origines mortis dominicæ, qui Luc. IX. 56. 1. Tim. II. 5. t. 1. commentar. in Iohannem. Ab hoc haud dubie seductus Iohannes Bodinus cum sice-

ra definit animam
dita in com
S. Hieron
eorum præ
nem quibus
sint, & anim
junt, præcip
tur, quid in
Dominus S
pit verna,
Sic D
ri & Vento
Cl. p. 90. D
At vero nec
firoa; Ubi
cui bono
Audius. O
nec vegetat
vaporibus,
si Astron
superet, sui
tes nebalz
Lc. 3. 47.
Anima, hu
omniò
i. e. miserri
culem nar
ro H. P. G
refractione
matris deb
Vid. Medit
tunc 5. de
l. 1. de Astr
modo vero

ra definit animalia cœlestia intellectu ac luce prædita in continuo motu lib. 5. Theat. Nat. verè S. Hieronymus ad locum *Scripturæ* omni militia eorum præcepi, Es. XIII. 13. Job. IX. 7. occasionem quibusdam, ait, tribuit, quod astra rationalia sint, & animam sensumque habeant, neque enim ajunt, præciperet nisi intelligeret, at non recordantur, quid in *Ionâ* scriptum cap. 4. 7. *Præcepit* Dominus Spiritui comburenti, & rursam præcepit vermi, v. Cl. Ursinum in h. l. p. 178.

Sic Dominus in Evangelio: *Incepavit Mare & Ventos* Matth. VIII. v. 26. Maldonat. in Cl. p. 190. Did. de Baëza. lib. 10. c. 5. §. 13. p. 609. At verò nec anima in astris *intelligens* est, nec *sensitiva*; Ubi enim sentiendi sunt Instrumenta? & cui bono sensum exercebunt? ubi stellis Visus, Auditus, Odoratus, Gustus, Tactus conceditur? nec *vegetativa*; quia nec augentur nec aluntur vaporibus, qui enim, cum unaquæque Stellarum, si Astronomis Fides est, terram magnitudine suâ superet, sufficere extet terrâ Oceanoque ascendentibus nebulae ac vapores: O. Casmannus Astr. part. I. c. 3. qv. 1. p. 102. Rationali, carere dices Animâ, hujusmodi qui credunt aut statunt & omninò **QUARTA LUNA NATOS** i. e. miserimos; quia non tantum id temporis *Herculem* natum ajunt, vid. Cl. Berneggerus observ. 10. H. P. sed etiam ob humorem subsidentium rarefactionem partus agrè & laboriosè ob enitentis matris debilitationem in lucem prodire dicuntur. Vid. Medicorum & Chymicorum sidus *A Libavivus* l. 5. de unio. D. 4. Hexaëm. p. 429. Lemnius l. 1. de Astrol. & de Mir. 111. 8. p. 35. Quomodo verò stellæ in inferiora & corpora humana

influant, abundè satis docebunt Conimbricenses l. 2. de cœlo. c. 3. Q. 8. artic. 1. p. 234. Item de Gener. & corrupt. l. 2. c. 8. Q. 4. p. 459. Franc. de Abra *Raconis* summa Philofophiæ p. 3. disp. de cœlo sect. 6. Q. 6. artic. 1. p. 136. *Lemnius* lib. de Astrol. *Mizaldus* Harmonia Corporum cœlest. & humanorum Francofurti. 1592. l. Iovianus *Pontanus* t. 1. l. 3. c. 16. 17. *Casmannus* in Astrologia cap. 7. Cl. *Bartolinus* disp. de stellis. P. *Gassendus* p. 918. Caspar. à *Reyes* Q. 75. *Peverius* l. 3. c. 3. p. 223.

NOT. 78.

Cap. 11. S. 1. p. 205. *Quæ circa nonnulla Astrorum nomina in Bibliis Hebræicis moventur. &c.*

De Hebræorum Astrologia videatur R. *Moses Maymonides* tam Physicæ quàm Mathematicæ, quàm Theologiæ ac Jurisprudentiæ Judaicæ magister eximius, quo illum Elogio insignire voluit Cl. *Seldemus* de jure Hebræorum l. 3. c. 21. Quæ de כִּימָה *Chimah* Amos V. 8. *Arcturo* adferuntur, non probant, constellationes olim Characteribus litterarum Hebræicarum esse notatas. Propheta ea potissimum nominat. quæ populo notissima erant Astra, ut *Chimah* & *Kesil* i. e. *Arcturus* & Aquosus *Orion*. Et sic ex vulgi opintone potius, quàm ex Hebræorum Astrologorum placitis aut picturâ & Meteorologiâ Philofophicâ loquitur C. *Sanctus* in h. l. p. 638. *Vossius* Id. l. 2. c. 35. p. 491. seqq. De voce *Chimah* interpretæ, uti etiam apud Autorem videre est, quod nonnulli *Arcturum*, alii *Plaustrum* polare, alii

alii *Caudam* accipiant, inter LXV. *Varablu*, *ronymom*. *dit Plejad*, *rina Cynos*, *Hyadus*: *A* bitratur esse *Tauri* finit *stella ingea* *bolici* sive *A* *orsam* major *formam* hinc *c. IX. 9. p.* *Nativitatis* *pro* Diis ad *esse* scribit *yothon*, *addit* vene *diaci* sub *ti*, quem *S* *lant*; alii *S* *Zodiaci* sig *albam* i. e. *Plejad* *etiam* cult *Israélite* *adorarunt* *lib. 2. c. 1* *§. 22. p.* *stor* ex die *brorum* *probè* perc

alii *Caudam* Arietis, alii *Ursam* per *Chimah* accipiant, inter se digladiantur.

LXX. verterunt *Arcturum*. Sic vulgata, *Vatablus*, *Montanus*. Secuti posteriores S. Hieronymum. Symmachus cum Theodotione reddidit *Plejadas* vulgò sidus dictum *Bootes*. Tigurina *Cynosuram* i. e. *Ursam* minorem. Pagninus *Hyadus*: Aben Ezra in Jobi XXXVIII. 31. Arbitratur esse stellam magnam, quæ vocatur *oculus Tauri* sinister, Græcis dicta *λαμπάδιος*, estque stella ingens inter utrumque Bootæ genu i. e. *Bubolci* sive *Arctophylaci* seu *ursæ* custodis sequentis *ursam* majorem, seu *plaustrum*, eo quod currus formam sidus exhibeat. Johannes *Pineda* in Job. c. IX. 9. p. 220. *Chimah* & *Kesil* Pagani pro Nativitatis & formationis Astro habuerunt, ac pro Diis adorârunt, quemadmodum in morte fecisse scribitur *Zoroaster*, qui *Orionem* sive *Nimbrothum*, apud *Jacobum Boulduccum* coluit, ubi addit venerati sunt *Astaroth* h. e. Circulum Zodiaci sub figurâ primi signi nempe Arietis cornuti, quem *Sidonii Astarten*, alii *Junonem* appellant; alii *Solem* sub nomine *Baal*: Alii secundum Zodiaci signum sub *Tauri* ruminantis *maculam albam* i. e. *Hyadus* in fronte, aliam in humero i. e. *Plejadas* habentis figurâ, quod *Ægyptii* crassiori etiam culta in suo *Api* vel *Serapi* fecerunt, quem *Israelitæ* fusorio opere representatum in deserto, adorârunt. Pf. CVI. 20. *De Ecclesia ante legem* lib. 2. c. 11. vid. Th. *Campanell.* *Atheis* Tr. c. II. §. 22. p. 158. Non poterit autem cordatus Lector ex dicti citatione colligere Astrologiam *Hebræorum* picturâ aut sculpturâ traditam: Sed probè percipere *Indæis* cultum *Dei*, qui *Ver* *Hie-*
mem-

meique, calorem ac frigus, fructuum inceptio-
nem ac maturitatem largitur à Prophetâ Amos
mandari. Deo utiq; tota cælo machina ab Arctico
Polo usque ad Antarcticum *quia facit Arcturum*
& *Oriona*, & *Hyadas* & *interiora Austris*
Job. IX. 9. militat ac famulatur: Tanto igitur
Domino fidendum esse jobetur. Qui ut facile ex
ortu siderum commutat tempestates: Ita longè
facilius è periculis eruit credentes; sortesque le-
quiores in nitidam abire facit felicitatem. Christ.
à *Castro* & *Lambinus* Avignionensis in h. l. S. *Grego-*
rius aliud hic reperit: *Arcturus*, inquit, *super-*
rat, & *nunquam mergitur*: Sic & Ecclesia per-
secutionem iniquorum tolerat sine celsatione, &
ad mundi usq; terminum sine defectu perdurat.
2. Corinth. IV. 9. Tropologia lib. 9. Moral.
cap. 6.

NOT. 79.

§. 2. p. 206. *Pictura*, quam *retinent Vir-*
ginis.

Vide dicta in præcedenti Not. 76. & infra
uberius ad §. 3. *Schiboleth*. Notâ 81. dicenda.

NOT. 80.

§. 3. p. 208. *Mercurium* quoque *Cochab*
vocant.

Etiâ de reliquis dici posse stellis, nemo
iverit inficias: Vocant enim stellis Hebræi
כוכב & vox כוכב à rad. ככר *exstinxit*. Lu-
cem stellarum extractam nugantur Rabbini, & de
Lunâ

Lunâ Sabotum
fuisse equalen
terram delcen
las que tam
dis locum no
muda reperit
cap. 3. R. Simo
Dem facieb
unum Lunen
Sed Luna ad
Quare Te
duntaxat ma
luse? respon
na subjection
ego verum
natura muna
qua tam die
respondent, q
quis? Can
qua proles
palm Israel
dum te num
bat, ipse imp
vos (Tropo
pro ut scrip
dies & an
Adhuc D
nim Zaid
burs. In
minor, D
tisset, quo
ad cam:
terium.
Unde por

Luna fabulantur ab initio Creationis Annos 21. fuisse æqualem Soli, sed à Deo luce privatam, in terram descendisse, ex radiis autem creatas stellas quæ tamen parem parvamque cum Luna radiis lucem non acceperint. Colloquium in *Thalmude* reperitur in *Cholim* sive libro *Occisionum* cap. 3. *R. Simeon* Filius *Pazzai* docuit: *Scriptum est, Deus faciebat luminaria magna duo, magnum unum Lumen & parvum unum* Genes. I. v. 16. *Sed Luna ad Deum Dominum totius mundi: Quæ ex Te,* ait, num *Reges duo sub Coronâ duntaxat unâ regnare possent? Cui Deus, abi hinc! respondebat, minorabo te ipsam: At Luna subjiciens, Domine universi, dicebat, cum ego verum & rectum coram te locuta sim, an iacirco minorabor? Cui Deus, abi, inquit, & regna tam die quàm de nocte! Cui Luna rursum respondens, quis inquebat, honor iste? Quæ Dignitas? Candela ardens claro meridies tempore quid prodest? Cui Deus, apage te inquit; Populus Israeliticus dies annique tempora secundum te numerabit: At quæ Luna id quoque agebat, ipsi impossibile est, oportet enim eos *Thezyvos* (Tropicos duos solstitiaque duo) numerare, pro ut scriptum, ut sint in signa & tempora & dies & annos Genes. I. v. 24. Psal. CIV. v. 19. Ad hæc Deus respondens *Luna*, *Abi, inquit, etenim Zaddikim* (iusti) de tuo se nomine nominabant. *Inde, Jacobus ille minor, Sannel ille minor, David ille minor, cum Deus animadvertisset, quod animo ejus satisfacere non posset, tum ad eam: Offerte pro me sacrificium propitiatorium. Ideo quod Lunam feci Sole minore;* Unde porro comminiscuntur, *Hircum*, qui tempore*

pore Novilunii offerebatur, dici in *sacrificium pro peccato ipsi Iehova*. Num. XXVIII. 15. Fabulosa hæc sunt & febricitantibus Judæis relinquenda nisi Cameli auriculas innuunt qui dum aureas adfectabat, proprias amisit. Infelix res est, forte sua non contentum vivere. J. Buxtorfius Synag. Jud. c. 17. *Quadrilitera* verò vox est כוכב, quæ etiam num Arabibus *micare* & *fulgere* & propemodum de ferro dicitur apud J. H. Hottingerum H. Cr. Q. 71. p. 203. Orciniana caligine involutus erat bipedum nequissimus & Appellarum *Impostor* ille, qui se pro *Messia* venditabat, cum juxta vaticinium Bileami Num. XXIV. 14. dicator. *Orietur Cochab stella ex Iacob*, ideoque appellabat se *Ben Cochab* filium stellæ. Assentiebatur isti tenebrioni initio R. *Akibba*, qui vicies quater mille discipulos sub se habuit, & de eo publicè pronuntiavit *Malka meschicha* i. e. *hic Rex ille Messias!* Effecitque, ut magna populi multitudo huic Antichristo, qui Regni sedem in Urbe Bitterâ constituerat, se adjungeret. At verò *Adrianus* Imp. cum musteum hunc Messiam rebellionem moliri cerneret, civitatem *Bitter* plus satis *Ben Cochab* isti amaram ac funestam obsedit, eaque captâ *Bar Chosba* illum h. e. *filium mendacii*, prout Judæi כוכב in כוכב *Cochab* in *Cosab*, stellam in mendacium, ipso fatente *Akibba*, mutarunt, trucidavit, maximâ simul 500000. rebellium strage editâ, ut 40. arces simul, 980. oppida ac vici, *Dione teste*, perirent. P. *Gaiatinus* de Arcan. C. V. l. 4. c. 21. p. 262. Ducenta, ait ille, millia eorum erant, qui abscisum digitum habebant, qui scilicet unam de digitis sibi met, quando probabantur, absciderant,

volentes hoc
nam, ut Dione
gere. Ita
c. 21. p. 262.
bis caligo
Judæi habent
vel vocant.
chall. 7. c. 5.
CHOB A
Ego seu, in
propter Ven
magne super
temporum 2.
bis volupta
stellam atque
& Dei nomi
Oratio: Ad
Ala. Ala
& Venus D
sendendum
denom S. 2.
Oed. Eg. t.
per Kuvar
significet,
Gen. 1. &
quia ut So
vicibus ter
minor, & u
magna app
in inferiora
Sicut, d. L
seq. III.

volentes hoc iudicio audaciam vel si mavis insipientiam, ut Diaboli Martyres vid. Not. 65. ostendere. Ita Judæi isti cum Pseudo Messia suo ἀσέβης πλανήτου, οἷς ὁ Ἰόφω τῆ σκοτίας οἷς τὸν αἰῶνα τήρησται. Stella erratica, quibus caligo tenebrarum aeternum servata est. Ut Judæi habent suum Cochab, quem etiam Cochabiel vocant. A. Kircherus t. 2. Oedip. part. 2. class. 7. c. 5 p. 182. Sic Turcæ & Arabes sumunt CHOBAR. de quâ voce Illustrissimus Scaliger: *Ego scio, inquit, antiquiorem esse superstitionem propter Venerem, quam Chobar vocabant, summaque superstitione venerabantur* lib. de Emend. temporum 2. p. 132. *Ex Cedreno, qui ab Arabibus voluptatem divinis honoribus affectam & stellam atque Luciferum appellatam fuisse scribit & Dei nomen Veneri tributum, unde illorum Oratio: Ἀλλὰ, Ἀλλὰ ἕα Κυβάρ, Ἀλλὰ. Allâ, Allâ uâ Kubar Allâ! h.e. Dem, Deus & Venus Deus.* Sed non Kubar, verum Kabar scribendum erat, monente post doctissimum Seldenum S. 2. c. 4 p. 287. Clarissimo Kirchero Oed. Æg. t. 1. Synt. 4. Panth. c. 16. S. 3. Quî per Kubar Lunam intelligit, cum Kabar magnum significet, & Luna sit alterum Luminare magnum Gen. I. & revera est. I. *Ratione Quantitatis*, quia ut Sol juxta Astronomorum assertum 166. vicibus terrâ major, ita Luna trigefies novies terrâ minor, & ut maximè nobis vicina, sic visui nostro magna apparet. II. *Ratione Efficacie & virtutis* in inferiora de quâ vid. Nobil. Philip. Jacob. Sachs, à Lewenheim Gammarolog. c. 22. p. 483. seqq. III. *Ratione officii*, quod diei noctisque

tempore exercet Gen. l. v. 16. *Constantinus Porphyrogenetus* lib. de Administratione Imp. Rom. c. 14. *Adorant*, inquit, *Veneris fidus*, quod *Kabar* appellant *Cl. Meursius* in notis ad *Constantinum* Porph. citat Anonymum dislerentem in domo precatonis (*μακρς* sive *Mecha* oratorio) & in medio ipsius, quam dicunt Adamum confluxisse, jacere lapidem grandem Arabibus BRACHTAM dictum, multis ceremoniis honoratum, Imaginem Veneris referentem, honorare autem eum, ideo quod super istoc lapide cum *Agar* confabulatus fuerit *Abraham*; Et vel etiam, quod ad eum, cum *Isaacum* vellet sacrificare, jumentum alligavit. Mercatum illic profecti dicuntur alteram manum ad lapidem extendere, alterâ burem tenere ac in Orbem secircum agere, donec à vertigine affulsis tenebris concidant. Jure justissimo, quia lucem è nocte captant: *Maximus* Tyrius diss. 38. de Arabum Lapide quadrato. *Seldenus* de DIS Syr. Synt. 2. cap. 4 p. 295. seq.

NOT. 81.

§. p. 208. *Schiboleth*. h. e. *Spica triticea*.

Spica olim dicta fuit *Spica* à *spe*, cum enim quid sperant fore, ierunt (*Agricolæ*) *varro* de R. R. l. 1. c. 48. *Isidoro* dicitur *spes* à *pede*, quo progredimur, atque inde desperatio appellata, quia deest, pes ad progrediendum *Orig.* l. 8. c. 2. *Festo* *spes* dicebatur quasi *speres*; ex quo *asper*, sine *spe*; prosperum cum *sperere* sive *spe*. *Servius* deducit *spicam* à *spiculo*: Alius à *specio* antiquo, ut cumq; sit de sidere sermo est, de quo *Manilius* ib. 4. *Astronom.*

At

At cum per decimam consurgens horrida
partem

Spica fert præ se squalentes corpus ari-
stæ.

Et juxta *Sealigeri* lectionem, squalentis corpus
aristæ.

Spicæ jam olim *Isidi* attributæ, sed tres, quia
subinde ter in Ægypto messis peragebatur, in ca-
pite circumtulit. *Pignorius* de Mensa *Isidis*.
p. 23. Cl. *Saubertus* de SY. c. 16. inde figura *my*
seu *Virginis*, quæ fert aristam. Et sanè nihil aliud
est, quàm *δωάμις ἡλιακή*, Solis virtus, quæ
fructibus curvatur, legunt alii curatur, & ideo
Iustitia creditur, quæ sola facit nascentes fructus
ad hominum usus pervenire, *Macrobius Saturn.*
l. 1. c. 21. p. 370. Operosi fuerunt Veteres in
Osiridis s. Solis *Isidisq;* h. e. Luna Virtutibus
præfigurandis. Luna ob virtutem, quæ Genera-
tionis vim movet, *Venus* dicitur; Ob vim terræ
inclusam *Isis*, *Ceres*, *Proserpina*, & *Astarte* quasi
αἰς ἀρχὰς in dominium non in principium, ut
LXX. vertunt, quos *Augustinus* sequitur, scilicet
respectu officii & potestatis in inferiora, dominio
enim summi Domini exercituum ac DEI famulan-
tur Astra. Afris *Urania*, Phœnicibus dicitur
αἰσποάρα *Iunius* ex *Herodian.* lib. 5. in Notis
ad *Genes.* Quam *Nic. Fullerus* in *Miscellan.* non
admittit, sed vocem *Astarte* retinet. lib. 1. c. 17.
Ob dominium verò, quod in humida exercet, *Da-
gon*, *Derketo*, *Thetys* vocabatur. Exinde va-
riis exprimebatur Simulachris, potestas Lunæ in
terris sc. spicato vertice, quasi cornucop: , *Tau-
rina* facie aliisque Symbolis: dominium verò in
aquis

aquis, piscibus figurabatur. *Casalius* de Ritib. Eccl. non desunt, qui *Cybelem* à שבעל h. e. *Schibolei* dictam conjectant, quam Agricola pro Deâ frogum habuerunt & coluerunt, postmodum Nomine *Rhea* sive *Cere* appellatam. *Mercerus* Lexic. p. 2829. Ægyptiorum Dogma est: *Oritur in primo Virgini Decano puella arabice sed corruptè dicta Aderenosa* h. e. *Virgo munda magna, immaculata, corpore decora, vultu venusta, habitu modesta, crine prolixo, manu dextera Aristæ tenens, supra solum auleatum residens, puerum nutriens ac præ pascens.* In loco, cui nomen Hebræa, puerum dico, à quibusdam Nationibus nominatum **JESUM** significantibus *Issa*, quem & Græcè Christum dicunt. *Mæc Abu-Mansor.* confer quæ scripta Not. præcedente 76. Ascendit in primâ facie &c. Vid. *A. Kircherus* Oedip. t. 2. part. 2. p. 203. *Greg. Tholosanus* lib. 8. c. 52. profluxisse hinc verisimile est, quod circumfertur de Sibylla *Tiburina*, quæ dubitante de Imperio Imperatore *Augusto* evocata in adyta templi Palatini, quod nunc **ARA COELI** vocatur, Imperatorem oculos iussit in cœlum attollere: Ubi ostendit Virginem in formâ singulari divinâ facie micantem, quæ ulnis continebat filium, radiis lucis cornescentem qui in globo Lunæ cum Matre sua sedebat. Hunc, inquit, istac contuens Sibylla, verum Deum verumq; hominem brevî sustinebit tellus, qui mundi futurus Rex & Dominus, & hic solus inter homines colendus est & adorandus. *Hic puer major te est, huic adora!* Quibus commotus *Cæsar* in posterum non expetivit titulum humani dominii. *Ianus Boissardus tract. de Divinat. f. 278. D.*

Wern.

Wern. Rollin
Cl. Chaffers
si Judæis di
um fluminis
Semita p. 2
Quam vocem
phrathes sive
imperabant
P. Galatin.
Ephraimitis
blasphemant
Quin coeleste
libertinunq;
Infelix Schib
Tabor. C.R.
De pæne
erunt Buc
Carthagen
advera & lo
lorentem al
ponium præ
pater (capit
cobant, cum
atramvis au
n. 7. & 8. p.
& facilius t
est. Plal. r
nobilissimu
Quæstus m
CXL v. 1.

Wern. *Rolfinck* Fasc. Temp. Ætate 4. f. 34.
 Cl. *Classenius* de Or. Gent. c. 12. p. 628. Hæc
 si Judæis dixeris, non *Schibolet* spicam sive alve-
 um fluminis fluxum. Vide *Mercerum* in R. שבו
semita p. 2828. & שבו portavit: p. 1748.
 Quam vocem *Schibolet* Galaditæ, ut tesseram Eu-
 phrathæis sive Ephraimitis pronuntiandam olim
 imperabant Judic. XII. 6. *Reuchlinus* lib. 2 Cabal.
 P. *Galatin.* p. 685. proferent: Sed cum victis
 Ephraimitis linguæ animæque vitio laborantes
 blasphemando cœlesti triticum Johan. XII. 24.
 Quin cœlestem *Panem*, dulcissimum *Manna* sa-
 luberrimumque animarum *Cibum*. Johan. VI. 47.
 Infelix *Schibolet* aspidum instar sibilabunt. Th.
 Tailor. C.R. cap. 12.

De pæne ut Numen faciant, de Numine $\Phi!$ $\Phi!$
 ut canit *Buchananus* in Franciscano. p. 291.
Carthagena apud *Mendozam* refert, Ægyptios
 ad vera & solida bona indicanda, pinxisse Ado-
 lescentem alterâ manu spicas triticeas alterâ vini
 poculum præferentem, & de collo appenlum pa-
 paver (capita puto papaveris) gestantem. Indi-
 cabant, eum, cui panis & vinum non deesset, in
 utramvis aurem posse dormire. T. 3. in l. Reg. IX.
 n. 7. & 8. p. 44. Ego verò illum longe felicius
 & facilius somnum ducere judico, cui Pietas curæ
 est. Psal. IV. 8. 9. Et quibus est animus omnium
 nobilissimus suâ sorte contentus. 1. Timoth VI. 6.
Quæstus magnus pietas cum sufficientia! Psalm.
 CXII. v. 1. 2.

§. 3. p. 208. Adeo verum hanc gentem non tantum ob Idololatriã ipsã abstinnisse. &c.

Hic Gassarellus stationem suam deserit & ex Eleemosynario fit, non Advocatus sed Rabula. Autoris enim effatum tam remotum à vero, quam ab Horizonte nostro Solis Iubar, cum tenebræ apud nos ingruerunt densissimæ. Longè enim aliud divinæ Scripturæ edocet Veritas. De Rege Judæorum Manasse legitur; adoravit UNIVERSAM MILITIAM COELI 2. Paralipom. XXXII. 3. An non cum eo in vitia flecti cereum Vulgus? An non pervicaces & malefani Judæi respondent *Jeremia: Verbum quod locutus es in nomine Iehova, non audiemus à te, sed faciendo faciemus omne verbum, quod egressus est de ore nostro, sufficiens REGINÆ CÆLI* (h. e. Lunæ) & libando ei *Libamina*, sicut fecimus Nos & PATRES NOSTRI REGES NOSTRI, & Principes NOSTRI in civitatibus Juda & in vicis Jerusalem &c. *Jerem. XLIV. 17.* Ita de antiquo Idololatriæ scelere gloriantur. Libamina ex sifigine, aliove farinæ genere facta in rotundâ planetarum formâ, cum impressâ Lunæ effigie offerrebant, gentilium more; quem hodiernum *Americani* in Regno Mexicano *Vitzli Putzli* Idoli sui imaginem in malsâ farinaceâ imprimendo ac comedendum porrigendo, observant. Vid. *Sanctius & Gelerus* in h. l. Oecolampadius. f. 207. Sic olim Ephesii in ædicolis argenteis Dianæ figuram signabant Act. XIX. 24. *Beza vacuus de yugis* vertit Templâ argentea, & interpretatur *numos* in h. l. p. 91. Cl. *Pricans* arbitratur fuisse Thecas

Thecas in Tem
bus Diane icon

Ceter
plum ipsum
fuisse docet a
hac ætate M
in vexillis,
rebus prese
ram gerend
l. 1. c. 17. C
Cap 9. Hæ
Judæi Lunæ,

An ho
ant à specu
luriam, in re
lum licere b
tatur Gassar
fuit Sanchi
lle, sibi eff
facta, videm
re, nihil pu
etiam secul
menter. I
etiam turp
sedem conc
prober pri
surpiter
xisse contra
consili pot
muthi Diss

§. 4. p.

Theas in Templorum speciem effigiatas, in quibus Dianæ icunculæ reponerantur. p. 664.

Cajetanus imagines representantes Templum ipsum Dianæ, quod religiose frequentabant, fuisse docet apud *Lorinum* in Act. p. 711. Et hæc ætate Mahomedani Lunicolæ Lunæ effigiem in vexillis, Mensis, Cibis, Azinacibus aliisque rebus præferunt, tanquam auspiciatissimum rerum gerendarum signum. *Nic. Fullerus* Misc. l. 1. c. 13. *Cl. Vrenbagnus* in Anti Chro Mahum. Cap 9. Hæc ratione signatis placentis litabant Judæi Lunæ, in summi Numinis contumeliam.

An hoc igitur est abstinere ab *Idololatriâ* aut à *specie ejus*? Impietas est excusare Idololatriam, in re manifestâ obloqui impudentia, malum dicere bonum Atheismus *Esa. V. 20.* Erudiantur *Gassarelli* Manes à Religionis Socii religionis Sanctii verbis: *Qui (Judæi) dedecori, ait ille, sibi esse ducunt non implere Vota Damoni facta, iidem in violatâ fide, quam Domino dedere, nihil putant esse ignominia. Quod nostro etiam seculo prob pudor! contingit non infrequenter. Nam qui Fidem homini dedit in re etiam turpissimâ, etiamsi datam milies Domino fidem conculcet, dum modo præstitisse se aliis probeat priorem fidem, tamesi illiberaliter & turpiter esse liberatam, non putat se ullam traxisse contumeliam* in h. l. p. 487. de *Melech* consuli poterit doctissima *Celebertimi Dn. Frischmuthi* *Dissertatio* Jenæ 1663.

NOT. 83.

S. 4. p. 208. *Thema genethliacum.*

Quod de *Genethliacis*. Viri verè Christiani pariter ac Doctissimi iudicant; idem de *Genethliaco Themate* dixeris. Absit, ut optimis Astronomis, quorum scientiam jure merito ac laude prosequor, velim illudere. Illos è Republicâ Christianâ ejciendos arbitrantur, Prudentes, qui fraudis ac Lucelli causâ Astrologiam exercent judiciariam, qui sunt *Pythones*, *Augures*, *Aruspices*, *Somniatores*, Deut. XVIII. 14. Esâ. VIII. 18. Immodesti cœlestis curiæ scrutatores, Chaldeorum Simiæ ac Babyloniorum *Genesi rimantium* successores, qui sideralem Scientiam Luminum vagantium status, ambitus, alstrorumque varios affectus in Genituris hominum ostendere annuntiantur, *Apulejus* Florid. 15. Cic. l. 1. de Divinat. Qui eventura prædicunt, non citra divinæ Majestatis contumeliam. *Quis enim cognovit sensum Domini & quis consiliarius ejus.* A. Guevarra. t. 3. Epist. p. 273. Non infulse *Astrologastro* cuidam jactanti notas & numeratas sibi esse stellas, respondit Rabbi quidam: *Dic mihi molares & dentes tui quot sunt? tum ille manum immisit ori & numeravit: Ad hoc subridens Rabbi dixit; Quæ in ore tuo sunt nescis; & quæ in cælo sunt scire vis?* Ex Thalmude in Sanhedrim. Convenit terè cum illo, quod olim *Thaleti* cœlum speculato ac in toveam prolapsò muliercula occlamabat: *Quæ in cælo sunt, quæ eris, & quæ ante pedes jacent, nescis!* Graviter *Mersennus*: *Omnes Genethliaci in eo conveniunt, ut totius cæli faciem in unâ figurâ vel quadratâ vel rotundâ referant: Quæ in duodecim partes dividunt, paucis exceptis, qui in Medicorum gratiam cœlum in XVI. portiones discernunt, ut exactius de diebus certis philosopha-*

ri possint, hoc enim ordine Domicilia Horoscopi constituant, ut prima sint in Oriente prope Horizontem, quatuor postea sequantur, quæ sub Horizontem deprimuntur, cætera usque ad 12. supra Horizontem collocentur. Explic. in Genes. p. 979. Sed cum ab humano intellectu futurorum præscientia expectari nequeat, nisi in suis causis, unde habent Astrologi futurorum contingentium particularem notitiam, vel ex divinâ deducunt revelatione, at sic Prophetæ erunt, non Astrologi; Vel ex Dæmonum suggestione, qui nec ipsi expressè futura norunt contingentia, ac peccatum hoc est subterfugendum; vel ex stolidâ imaginatione, quâ se Risui exponant & irrifui. Urbanus IIX. nominis sui mensuram adimplens & simul doctus P. R. Cardinalibus cum in conclavi ad eligendum Papam convenissent, illis ita dicendo: *Conventum successu suo cariturum, se in celo constellationis signum observare, ex quo colligi possit pontificem eligendum ultra sex hebdomadas non esse victurum.* Unde ipse brevioris Vitæ ipse ab aliis electus fuit, cujus Pontificatus tamen 16. Annos duravit. Gothofridi in Chronol. Novi continuat. p. 540. Exoli igitur mendaciorum fabri Patribus & Conciliis. Origines, si quis vestrum, ait, mathematicorum deliramenta sectatur, in terrâ Chaldeorum est. Si quis Nativitatis diem supputat, ex variis horarum momentorumque rationibus, credens hoc Dogma suscipit, qui stellâ taliter ac taliter figuratâ faciunt homines Luxuriosos, adulteros, castos, aut certe quodcumque eorum in terrâ Chaldeorum est, jam quidam existimant ex Astrorum cursibus Christianos fieri! Homil. 3. in Jerem. Alvarez.

Pontificius in Esai. XLIX. 9. Fulminat concilium Toletanum canone: *Si quis Mathesi & Astrologia (judiciaria) credendum existimat, Anathema sit.* Cardinalis Polus, Genethliaco requirenti momentum Nativitatis suæ, scitè respondit: *Ego hic natus sum!* At majoris æstimo regenerationem meam, à quo tempore non Astrum sed Spiritus Sanctus, me regit, uti refert Excell. *Quistorpius*, heu quondam meus. Disc. de litteris Ephesius p. 17. Sed de Themate Genethliaco quid statuendum? Idem quod de fructibus; si arbor mala sit, de aquâ; si leaturigini insit vitium. mali corvi, malum ovum! Omnia incerta, lubrica, multa insulsa ac fraudulenta sapius impia: Difficile est verum aspectum in cujusque hominum ortu reperire, nedum in conceptione; tum præsertim, cum cælum nubibus asperatur, nebulisque obducitur. Et quàm rapidissima sunt cœli sidera, ut Rota illa *P. Nigidii Figuli* Viri scientiarum Mathematicarum callentissimi demonstrat, qui, ut *Suetonius in Augusto* l. 2. prope finem narrat, comperta hora Genituræ *Octavii*, Dominum terrarum pronuntiavit, sed *Nigidius* Rotam *Figuli*, vi quantâ potuit, retorsit, currente illâ hic numero de atramento tanquam imo ejus loca summa celeritate percussit: Deinde inventa sunt signa, quæ fixerat, desistente matu, non parvo intervallo in rota illius extremitate differentia, sic, inquit, in tanta Cœli rapacitate, etiamsi alter post alterum tantâ celeritate nascatur, hic sunt, inquit, quacumque dissimillima perhibentur, in moribus casibusque geminorum. *Augustinus* de C. D. l. 5. c. 3. De celeritate siderum, quæ loquitur, verò sunt consentanea *Psal. XLIX. 6. Syr. XLIII. 5. Sol* inter suos

cos cœli vago
velocissimus,
quingentes
milliaria;
mente quater
uno secundo
milliaria eo
odo live sol
das Theor.
Dial. 1. præ
mor ex Vete
ximus Coper
ria. *Pylo*
quages sept
apud *Pylo*
cies quingue
84. *Spanbo*
Ludovicu
gustini cit
respondum a
thiacorum
Sienim tam
non modo a
unquam de
re, cum m
natus est,
detur, m
sidera, ta
minibu
cum mom
esse est co
co sideru
hi conside

suos cœli vagos Concursores nec tardissimus nec velocissimus, uno die currit sexies mille centies quinquagies quinquies mille nongenta triginta milliaria; una horâ 256497. milliaria; uno momento quater mille ducenta septuaginta quinque uno secundo, quo claudo aperioque Oculum 71. milliaria eo celeriori quò ampliore versatur periodo sive sol apogæus sit, sive perigæus C. *Rutbardus Theor.* 3. p. 18. C. *Schoottus Itiner. Extatic. Dial.* 1. præl. infirm. S. 3. p. 339. & c. 9. *Saturnus* ex Veterum opinione Tardigradus, fixis proximis *Copernico* in unâ horâ trajicit 300. milliaria. *Ptolomeo* vicies bis centena millia quinquagies septies mille quingenta milliaria & sic apud *Ptolomeum* septies millies quinquagies vicies quinque J. *Keplerus* de stellâ novâ c. 16. p. 84. *Spanhemius* Dub. Ev. 33. p. 346. Optimè *Ludovicus Vives* Virorum Doctissimus in loco Augustini cit. *Nigidii* dictâ interpretatur ejusque responsum appellat subtilissimum, omnia Genethliacorum scita, placita & promissa evertens. Si enim tam brevi momento mutantur omnia, ut non modo diversa sed adversa quoque fiant, quis unquam de nato infame poterit aliquid prædicere, cum momentum illud, quo conceptus, vel quo natus est, nemini possit esse certum: Itaque etiam si detur, multum in nos virium potestatisque habere fidera, tamen illud, Quicquid esset hominibus incomprehensibile esset & cum momenta, in quibus Astorum positus necesse est collocare, certo deprehendi non possint, & siderum incitatissimi cursus tarditatem postea considerationis antevertant. Næ! Astrologi,

*Ligi, qui magna sciunt, parva nesciunt! Pha-
 dæ rexus, pectus, inquit, respondeant, cur sum illum
 temporis transvolantis, qui vix cogitatione ani-
 mi comprehendi potest, quoniam pacto aut con-
 sulto assequi queant aut ipsi perspicere & depre-
 hendere, cum in tam præcipiti dierum nocturniq;
 vertigine minima momenta ingentes facere pos-
 sint mutationes, apud Æ. Gellium N. A. l. 14.
 c. 1. Principium nascendi est, cum incipit respi-
 rare foetus, punctum verò principale Nativitatis,
 cum ita respirat, ut iam possit per se vivere. Fi-
 nis verò cum iam tantum attraxit aeris, ut spon-
 se cesset respirare & moveri umbilici arteria,
 quæ sunt verba Cardani in Ptolomeum lib. 3. c. 2.
 text. 6. de parte Horoscopi p. 329. Quis Ar-
 gus hic tam oculatus? & quis urinator Delius,
 Epidaurio serpente oculator, tam perspicax, ut
 hæc videat ac comprehendat? Et quis Genethliacorum
 de nato infante cum aliud tempus, quò
 Conceptus, & quo, & ubi natus est, certi quip-
 piam habebit prædicere, cum nemini id ipsum sit
 cognitum. Langius Ep. Medic. 35. Possevinus
 App. l. 15. c. 10. p. 241. Greg. Tholos. Synt. l. 8.
 c. 52. t. 2. & de Recp. l. 21. c. 9. Ergo non fatis
 erit ad Mathematicum attolisse natum esse ali-
 quem Romæ, Lutetiae, aut in aliâ urbe; Sed in
 quo vico? in quo cubiculo? in quâ cubiculi parte?
 qua diei, horæ? aut quo momenti punctifitio?
Hoc opus, hic labor est! Fas igitur atque æquum
 est, probos homines, qui solidam Felicitatem præ-
 volantur, nihil fidei ac fiducia, nihil spei vanissi-
 mis stolidaque cum superstitione conjunctis Gene-
 thliacorum Thematibus adhibere. Non est ve-
 strum esse tempora vel momenta, qua Pater pos-
 suit*

fit in sua po-
 bono Deo Cal-
 dere fas est.
 miniam ab-
 Hic omnia d-
 ciet. Plal. X
 Deus, cunct-
 Ecclesiast. I.
 varra Ep. p.
 His Problem-
 de superstit.
 Goldmann-
 1643. ubi T-
 p. 144. Chr-
 nologist.

S. 4 p.

Nihil
 Planetæ lep-
 ro, quorum
 Autores ad
 ice initiali-

1.
 venit cum
 hic ex on-
 montari
 Geaias e-
 latur.

2.
 men. hu-
 Leviana p-
 dum volum-

fuit in sua potestate Act. 1. 7. Sed totos nos à bono Deo Salvatore que nostro Christo JESU pendere fas est, in illo sola salus, & ab illo rerum omnium ab omnibus petenda est. Act. IV. 12. Hic omnia benefecit Marc. VII. 37. & porro faciet. Psal. XXXVII. 5. Ps. XXII. 32. Ille enim Deus, cuncta qui faciat bona, pulchrè in tempore Ecclesiast. III. n. vid. J. T. Freigius p. 405. Guevarra Ep. part. 3. p. 270. Cl. Bartholinus de stellis Problem. 3. n. 6. p. 110. Henning. Friderici de superstit. Astrol. Erfurti Anno 1624. And. Goldmannus de Myst. Script & Naturæ. Norimb. 1643. ubi Thema Mosis p. 23. Johannis Baptistæ p. 144. Christi S. 146. exhibetur curiosis Chronologis.

NOT. 84.

S. 4. p. 208. *Inspecta tabula.* vide p. 210.

Nihil nisi Planetarum decursum ostendit. Planetæ septenario antiquitus sunt definiti numero, quorum si Characteres respicias, Ægyptios Autores asseveraveris. Ab Hebræis literis hinc initialibus exprimuntur: כש צלחך

1. כוכב *Mercurius* figura ejus ☿, quia convenit cum *Lunâ* & *Sole* & ✚ s. cruce elementari, hic ex omnibus componitur, lunari, solari & elementari facultate. Nomen verò est generale. Genius ejus sive præses Hebræis *Cocabiel* appellatur.

2. לבנה *Luna* ☾ ab albedine trahens nomen, humida & frigida. Et illa Romanorum *Levana* parturientium Dea, quam à levando dictam volunt. *Augustinus* de C. D. lib. 4. c. 11.

Sch

Seldenus Synt. 2. c. 2. p. 240. Genius dicitur *Levaniel*.

3. שבת Saturnus ḥ Sabbathicum dicitur, quasi sit præses Sabbathi ac otii, eò quòd tardius moveatur pede Notam 83. Vid. Autor infra capitis hujus §. 8. & cap. 10. §. 4. p. 196. Convenit frigore cum Lunâ, quo influit in elementa & componitur ex figurâ Lunari & ✚ Elementari. Præses *Sabathiel* vid. Leo Ebr. de amore Dial. 2. & seqq. quæ lectu digna. vid. Not. 83.

4. מרי à Justitiâ *Jupiter* ☽ humidus calidus, humore convenit cum Lunâ, quo influit in Elementa, hinc componitur ex ☽ & ✚ Elementari quæ annectitur, unde Nota vulgaris 2. Præses dicitur *Zedechiel*. Vid. Exc. Dn. *Saubertus* de Sacrif. c. 26. Jovi Præceptum de honorandis Parentibus tanquam benigno & elementari Planetæ Cabalistræ & Astrologi Ebrj tribuerunt. Vid. Autor p. 196.

5. מרד Mars ♄ à rubore, quia sanguinolentus, calido siccus, calore, siccitate, cum ☉ & ♈ sive Ariete inde ejus resultat figura: Ægyptiis *Moloch* dicitur, vide Autorem capitis hujus §. 8. & infra Notam 18. Præses Hebræis dicitur *Madimiël* sive *Adamiel*. Huic Marti falso adscribitur §. Præceptum de non occidendo. p. 197. vid. Not. 74.

6. חמה Sol ☉ calido-siccus. Præses ejus *Semeliel*. A Persis adoratum fuit solis altrum, de cujus cultu satis vetustissimo legatur doctorum decus *Barnabas Brissonius* de Reg. Regn. Persarum c. 11. R. *Maimonides*, notum est, ait, quod *Abraham natus in gente, quæ serviebat igni*. (sicut Hebræi Genes. XI. Ur Chaldaeorum pro igne accipi-

NO
sunt colto et ab
rum, qui creditur
STELLA &c. O
li, quod sunt
TER DEOS,
net: sunt Dii; Su
rum; invenerunt
regat mundum
vant statum A
verba, quod A
terra servient
opinionem genti
tor erat præter
illius rationes
de operationibus
apparent visum
Nebochiml. 3
1. c. 28. p. 30
Vide hi
Dial. 2. ubi, qu
tiz & Medicin
no traditur ☉
liem Sagittis
dat p. m. 42
quorum ment
struuntur ☉
& Simulac
lis sunt.
sive firmia
dicta. V
alique & L
am excessi
Olander v
lingam, vid

ciplunt culto ac adorato) & in credulitate illorum, qui credebant, quod non erat Deus alius nisi STELLÆ &c. Ostendetur tibi credulitas in stellis, quod sunt Dii & quod SOL est major INTER DEOS, & dixerunt, quod reliqua Planetæ sunt Dii; Sed Sol & Luna sunt maximi Deorum; invenies id, quod manifeste dicunt, quod Sol regat mundum superiorem & inferiorem. Narrant statum Abrahæ & dixerunt hæc eadem verba, quod Abraham fuit natus & educatus in terrâ servientium IGNI, quando contradixit opinioni gentis illius, dicens, quod alius Imperator erat præter SOLEM, & induxerunt contra illum rationes suas, inter quas fecerunt mentem de operationibus SOLIS, quæ manifesta sunt & apparent visui in universo esse &c. In More Nebochiml. 3. c. 30. Cl. Schedius Synt. c. 3. p. f. c. 28. p. 363.

Vide hic iterum Leonem Ebr. de Amore Dial. 2. ubi, quid sibi Apollo sive SOL Sapientiæ & Medicinæ præses, cum Cythara à Mercurio tradita & Musis cum Lauro, Corvo, Arcu, Item Sagittis velit, jucundè pariter ac doctè enodat p. m. 424. seqq. חַמָּן f. Chamanim, quorum mentio fit 2. Paralip. XXXIV. 4. Destruxerunt coram eo (Jostia Rege) aras Baalim & Simulachra, quæ superposita fuerant, demoliti sunt. Alii, quæ Sacra illi erant. Ista sacra sive simulachra erant Chamanim, à Chamal dicta. Vid. Sanctius, Kircherus, Seldenus aliiq; & Lorinus in Levit. XXVI. 30. Destruam excelsa vestra & simulachra vestra. Rectè Osander vertit: Lignea SOLI fabricata confringam, vid. Not. 83.

7. נָּוָר seu נָּוָר Venus ♀ à Luce, quia *Lucifer* dicitur calido humidus Planeta. Humore & calore convenit cum Sole ☉, quo in elementa influit, & hinc annectitur Crux Elementaris. Præles Nogaël dicitur: Vid. *Seldenus* de Jure Ebr. l. 3. l. 22. p. 448. A. *Kircherus* Hieroglyph. clasf. 7. c. 4. & 5. I. *Isaac Pontanus* de Globis part. 2. c. 1. De motu videndi, qui pluribus Astronomiam pertractarunt, & illi transigunt cum *Copernico*, num motus נָּוָר à telluris circumgyratione dependeat. De illo olim disputavit celeberrimus Dn. *Laurenbergius* Diss. peculiari Rostochii. Anno 1638. Vid. Excell. D. *Lipstorpium* amicissimum corculum in *Systemate Copernicano eruditissimis*. Ut, terræ motum tribuit, ita, ut pari benignitate cum orbe Litteratorum, qui PACEM universam Christianis & Musis saluberrimam calentibus votis expectit, CÆLI QUIETEM communicet, enixissime de integro à me rogatur.

NOT. 85.

§. 6. p. 215. Hanc ob causam obstetrices Ebraeorum &c.

לִּילִי *Lilish*. Famosum Ebraeorum terri- culamentum est à Syrorum *Malisha*, & Arabum *Alilat* enatum: *Aben-Sinal Assemon* lib. de sectis Religionum in oriente scribit: Serviebant antiqui inter alios falsos Deos etiam uni, quem *Alilat* vocabant, & aiebant illum esse Lunam, appellabant autem eam *Alilat*, eò quod Domina & Regina noctis esset, apud Cl. *Frischmuth* Diss. de *Melecheth*. Dicta *Lilish* à voce לִּיל & לִּילִי

nox, est autem Hebræis *Lilith* Lamia, & nocturnum Dæmonium, Figmentis & mendaciis sese oblectare consueverunt Ebraei, id eò fingunt quatuor esse Matres Dæmonum (*Teufels Mütter*) *Lilith*, *Naemab*, *Ogereth*, *Maehalath*. *Lilith* autem valde infellam nugantur Puerperis; inde crassum putidumque nugamentum prodiit Elizæ levite in *Thisbii*. R. Salamon dicit, esse nomen Dæmonis. *Jonathan* translulit *לילית* in numero plurali. *Thargum Hierosolymitanum* *Lilim* Dæmones: invenitur porro scriptum; quod 120. Annis, quibus Adam se continuit ab uxore suâ Evâ, venerunt ad eum Dæmones, & conceperunt ab eo sicque genuerunt Dæmones & Lemures & Lanias. Alio in loco inveni quatuor esse Matres Dæmonum *Lilith* &c. in libro *Bensyra* Quæst. 60. legitur; Quod *Nabuchdonosor* interrogaverit hunc in modum; quam ob causam pueri octo dierum moriuntur? Cui responsum, eò quòd *Lilith* eos occidit. Veruntamen mos inolevit inter Judæos præsertim Germanos, ut faciant circulum per circuitum in parietibus cubiculi puerperæ cum cretâ aut carbone, scribantque in singulis parietibus: *Adam*, *Eva*, *chutz*, *Lilith*. h. e. *Adam Eva foras Lilith!* & in ostio cubiculi, & in medio circuli, ubi *Schadai* scribitur, appingunt tria Nomina Angelorum *Senoi*, *Sansenoi*, *Sammangeloph*. Quemadmodum Judæis ipsa *Lilith*, dixit eâ horâ, quâ voluerunt eam suffocare in mari, hoc amuleto credebant amoveri posse *Lilith* molimina. F. *Archangelus*; *Lilith Animal silvestre est*, ait, *Lamina*, *Furia*, ut avis, quæ de nocte clamat; Alii putant, quod sit Animal in noctis tenebris obambulans, Magistri sic vocant Dæmonem familiar. m,
Larici,

Lares, Larvæ, melancholicam apparitionem comment. Cab. Dogm. 21. Doctioribus autem אלה אלה *Ela Elahab*, h. e. Numen Numinis, videtur abiisse in *Alilath* & *Ilibiam* Babiloniorum Deam, quæ & *Milisha* & *Astarte* aut *Venus* est. *Herodotus* expresse: καλεσσι, Ασυριοι τῶν Ἀφροδιτιῶν Μυλιθῶν, Ἀραβοι δ' Ἀλilah, Πέρσαι δ' Μιτθαν. h. e. Vocant *Affirii* *Venerem Mylittam*, *Arabes Alittam*, *Persæ* verò *Mitram* in *Thalia*. Vid. *Eruditissimus Gatakerus* in animadvers. Sacr. c. 21. p. 238. *Gl. Scheidius*. Synt. c. 9. p. 145. 165. *Mor Isaac Syrus* in *Cosmogr. Syr.* *Astaroth*, ait, est *fidem de septem errantibus*, quæ etiam vocatur *genitrix*, eò quòd ipsa velut *mater sit omnium rerum omnium, quæ in mundo sunt, nutrix & conservatrix*, quæ omnia in *Lunam* quadrant planissime. Confer. *magni Ingenii & Laboris Vir Vossius* de *Idol.* l. 2. c. 21. 22. 23. seqq. *Buxtorfius* *Pater Synagog* *Jud.* c. 2. p. 74. *Seldenus* *Synt.* 2. c. 2. *A. Kircherus* t. 1. *Oedip.* p. 322. *Relinquenda tenebræ, spectra, & terriculamenta caliginosa nocte pressis tenebrionibus, qui verum Insistit Solem* *Mal.* IV. v. 2. **CHRISTUM** despiciunt. **DEUS** Dominus hic est, & illuxit nobis *Psal.* CXVIII. 27. *Ioh.* I. v. 5. 9. At *beatus*, qui in lege ejus meditabitur die & nocte *Psal.* I. v. 2. sic per diem *Sol* non uret Te, neq; *Luna* per noctem. *Psal.* CXXI. v. 6.

NOT. 86.

§. 7. p. 216. *LUNA & LUNA.*

De

De his dicitur
Quæ benivolus
bit. Promittit
Apud profana
dinis atque Ide
jure toti univ
factum, quod
Nomina mod
in contemptu
ad Excella
X. v. 11. & P
videre est
Hofea XI. 8.
alioquin Deat
per contemptu
XIX. 5. & XX
omnis vidend
cont. huc, qu
Convelitis, in
ES. SIVE. TU
na lib. 3. adv
Macrabium te
nam affirmat
Venerem, nou
pri barbarum
peto ac statim
pra ex Ma
Putant eand
sophanes qu
etiam ficat
mina sive Ma
Philobornu
lanam & ei i

De his dictum Not. 12. de Dagon. §. 4. 53.

Quæ benivolus Lector, nisi molestum, perlustrabit. Promiscuo genere dicitur *Luna & Lunus*. Apud profanos Scriptores pro indicio incertitudinis atque Idololatricæ levitatis, quæ iustissimo jure toti universæ exprobratur Gentilitati. Inde factum, quod LXX. Interpretes falsa Ethnicorum Nomina modò masculino modò feminino genere in contemptum protulerint. Ita Num XXII. 41. ad Excelsâ τῆ Baal (*Baal-Pegor* vide 2. Regum X. v. 11. & Hoseæ XI. 2. πῆς βααλιμ genere videre est masculino, è contrario legitur Hoseæ XI. 8. τῆ βάαλ. de *Moloch* masculino alioquin Deastro & cùm de Sacris agit Scriptura, per contemptum appellat τῶ βάαλ Jerem. XIX. 5. & XXXII. 35. De quibus D. Hieronymus videndus in Explic. capitis XI. Hoseæ. faciunt huc, quæ gravis Autor *Arnobius* habet: *Convestis, inquit, in precibus, SIVE, TU. DEUS. ES. SIVE, TU. DEÀ*: ita fluctuat gentilis anima lib. 3. adversus Gentes. Nec ignota, quæ *Macrobius* recenset; apud *Calvum*, inquit, *Athenianus* affirmat, legendum pollentemque *Deum Venerem* non *Deam*, signum etiam hujus est Cypri barbatur corpore, sed veste muliebri cum scetro ac staturâ Viri (cujus aliud Simulachrum supra ex *Macrobio* Saturn. l. 1. c. 25. exhibuimus). Putant eandem esse Marem ac Fœminam; *Aristophanes* quam ἀφροδίτην appellat. *Levinus* etiam sic ait: *Venerem* alium adorans sive Fœmina sive Mas est, ita uti alma noctiluca est. *Philochorus* quoque in Attide: eam affirmat esse *Lunam* & ei sacrificium facere Viros cum veste

muliebri, & mulieres, cum virili, eadem & Mas existimetur & Fæmina Saturn. l. 3. c. 8. p. 439. Germani Lunæ articulum masculinum, ut Soli femininum præfigunt Vid. *Schedius* hæc de re notissimâ c. 9.

Tâm manifesta res est, ut *Ramban* in more *Nebochim* fateatur: Invenies in libro *נבוכדנצר* dici, quod *Vir* induatur muliebri veste pictâ, cum steterit ante stellam, que vocatur *Venus*, & mulier æstimata *Loricam* & arma bellica, cum steterit ante stellam, que dicitur *Mars*. Est etiam apud me alia causa, quod opus hoc suscitet concupiscentiam & fornicationem. Improbat ista *Julius Firmicius*: *Assyriorum Sacerdotes non nisi effeminato vultu pictâque facie, & acute polita, assumpta, veste pro virili, ornata, Venerem muliebri coluisse, quod hoc est, ait, monstrum? Quodve prodigium? negant se Viros esse & sunt; Mulieres se credi volunt, sed aliud qualiscunque qualitas corporis confitetur.* c. 4. de Err. prof. Rel. O nos felices, qui unum verum DEUM agnoscimus, adoramus & colimus! Deut. VI. 4. In unitate trinum & in trinitate unum 1. Johan. V. 8. Penes quem nullus Personarum respectus Act. X. 34. Neque enim est *Masculus nec Fæmina*, omnes enim nos unum sumus in *Christo IESU* Galat. III. 29.

NOTE. 87.

S. 8. p. 217. Ubi *Moloch Kium Persicè & Arabicè* vocari asserit.

Portentosa *Judæa* suis *Deastris*, coram *Kium* quoque *Arabum* *Namine*, qui non alios agnosce-

gnoscebat De
Oraniam loc
re non erub
Portastu
imaginem
Remphan,
est Amos.
voce imagin
ust-xtus leg
Stephanus
peccatum,
sru talerna
Remphan
VII. 43. Ubi
legit Rephan
Melchum &
quis fecit is
voce diuiri
Efra Origin
Arabica &
Saturni
tendit, & l
Rephan.
Ocellum Ta
Lapide a
navit, ut ad
Sanctus C
non prop
locove con
quod est
652. D. T.
non dispi
Eymologia
alio dicitur

gnoscebant Deos, quàm *Dionysium, Solem & Uraniam* sive Lunam, tœdifraga genua flectere non erubuit. Signanter *Amos* Propheta *Portastis tabernaculum Moloch vestro, & imaginem Idolorum vestrorum sidus Dei vestri Remphan, figuras, quas fecistis vobis, adorare eas Amos. V. 26.* Confer. Act. VII. 43. Pro voce imaginis, quam vulgata habet Versio, Ebræus textus legit צינ *Cium*, Chaldæus vocem retinuit. *Stephanus* Protomartyr objicit Judæis crimen & peccatum, quod *Amos* improbaverat: *Suscipistis tabernaculum Moloch & Sidus Dei vestri Remphan figuræ, quas fecistis adorare eas Act. VII. 43.* Ubi pro *Cium* substituit *Remphan* (Syrus legit *Rephan*) quin imò bajulastis *Conopæum, Melchum & sidus Dei vestri Rephan* imagines, quas fecistis, ut eas adoraretis. Anxiè de hâc voce disquiritur, an Hebræa sit an Barbara. *Aben Esra* Originem *Cium* derivat ex linguâ Persicâ & Arabicâ, & in illâ per *Cium* denotari vult stellam *Saturni*. Castro pariter peregrinam esse contendit, & Idolo geminum fuisse nomen *Cium & Rephan*. Vide Theologorum ac Philologorum *Ocellum Tarnovium* in *Amos* p. 114. *Cornelius à Lapide* à R. צינ *Chun*, paravit, direxit, concinnavit, ut ad Basin Idoli sive Imaginis respiciatur. *Sanctius Cium* Nomen censet esse commune, non proprium, & aliquid firmo & stabili modo locove constitutum significare, ut statua à radice צינ quod est firmare in *Amos* dicto loco n. 62. p. 652. D. *Tarnovius* à צינ *ardere* p. 111. *Lorino* non displicet cum *Pagnino & Vatablo* hâc Etymologia *Cium* à צינ quod est aduri vel, ut de astro dicitur (non de placenta) quia traduceban-

NOTE.

371

tur per ignem Judæorum filii & Molochi cultorum. Nec aliam ob causam Iudæi filios Moloch consecratos per ignem traduxerunt, nisi quia Solis igneam esse Naturam existimabant. Sanctius hoc loco: *Moloch Ammonitarum Idolum* fuit, cui à Salomone Fanum exstructum fuit, ei sacrificarunt in hominum Natalitiis, pueros verò per ignem transmissos Idolo Moloch immolârunt. Cujus sceleris pœna aliàs lapidatio. Levit XX. Vid. J. *Malcolmus* Scorus, Ecclesiæ Doctor non ignobilis Comment. in Act. p. 170. Middelburg 1615. Arabicus vertit *Bacham*, quod est Nomen Arboris cortice rubeo instar ligni Brasillicani, quia ex prædictâ arbore Idolum fortean formârunt ob indicandam ignis speciem: Color enim rubeus quasi ardens & igneus est *Cornel.* à Lapide p. 323. LXX. Interpretes pro voce $\rho\epsilon\phi\alpha\upsilon$ posuerunt *Remphan* de suo addidisse, ut Nomen Idoli exprimerent, *Ribera* & *Castrus* docent. At verò cum Nomen *Cijun* nimis fortè notum, & sacrorum tantum esset, LXX. appellationem Idoli aut *Deastri* magis notam, & quæ in promiscuo usu esset, substituerunt. *Waleus* h. l. p. 1177. Sed *Pro-martyr.* *Stephanus* Act. VII. v. 43. omisit vocem *Cijun* & adhibuit *Remphan*. Cl. *Tarnovius* tradit Nomen Idoli proprium esse adjectum, quod apud Prophetam non exstabat, & sic evitari, ait, illud incommodum, nempe literarum trajectionem, scilicet in γ pro *Kevin* dictum *Remphan*. p. 114. *Theodocion* apud *Oecumenium* vertit à $\mu\epsilon\lambda\alpha\iota\sigma\mu\circ\upsilon\varsigma$, sive obscuritatem, tenebras, excoecationem: ad irrisionem Idoli, quod pro Sidere haberetur, nec Lucem tamen sed tenebras adferret, & esset obscurans & excoecans altrum. Hinc *Oecumenius*

in fronte Moloch
dam pro indicandam
Romanis simulacra
ce addebant.
Veneri generum
tion, per septem
penturionibus
undecimam
terru conspicui
gus creditur
mortalium L
signe simulac
consecratorum
c. 88. Vid. A
tis Romanor
cungies cum hi
IMP.

In altera
cumbella Ca
quam sacrific
interposito
nere soleban

Ut docet
champum p
positam fu
Samaritan
addatur, lo
globum Pa
spiciebatur
seu Rephan
& semi hom
gione Capri

in fronte *Moloch* sive *Malchum* gemmam lucidam pro indicio sideris positam arbitratur. In Romani simulachro *Julii Cæsaris* stellam in vertice addebant. *Suetonius*, in ipsis, ait, *Ludorum Veneri genetrici institutorum diebus sidus crinitum, per septem dies in regione Cæli, quæ sub septentrionibus est conspectum, id oriebatur circa undecimam horam diei clarum, & omnibus è terris conspicuum fuit. Eo sidere significari vulgus credidit Cæsaris animam inter Deorum immortalium Lumina receptam, quo nomine id insigne simulachro capitis ejus, quod mox in foro consecravimus, adjectum est.* In Vitâ J. Cæs. c. 88. Vid. *Plinium* l. 2. c. 25. In antiquis Denariis Romanorum altera parte spectatur Cæsaris effigies cum his literis:

IMP. CÆSAR. DIV. III. VIR.

R. P. C.

In alterâ verò templi *Veneris* anterior facies, cum stella Cæsaris statua augurali habitu & ara, ad quam sacrificare, vota suscipere & controversias interposito *PER CÆSAREM*. juramento dirimere solebant, cum his literis:

DIVO JUL.

Ut docet ex *Vico Golzio*, *Ursino Cl. Dalechampius* p. 83. Hæc facie stellam nonnulli impositam fuisse opinantur *Moloch*. In Delubro Samaritano, ut hoc ingratiâ curiosi Lectoris addatur, Idolum stabat, in cujus vertice super globum *Pavoh*. e. *Juno* in aëre *Adramelech* conspiciebatur, in parte superiori statim stella *Cijur* seu *Rephan*, sub hac semi homo asinus seu *Typhon*, & semi homo canis sive *Anubis*: in secundâ Regione, *Capriceps* sive *Merdelsmam* & *Equus* seu

Anamelech & lapis trigonus cum capite mercola
sive Acervo Mercurii, infra Gallina cum pullis
Succoth benoth: In medio *Nesrach*, tabula ar-
cæ Jani sive Noachi. Gallus demum è regione
Gallinæ *Nergal* seu Hippocentaurus, de quibus
versus:

Numina, quæ Samaria colat, vin scire? tuere
Semihominemq; asinum, semihomi-
nemq; canem:

En Capriceps Gallina, Pavo, Saxumq; tri-
gonum

Et sidus Cæli. Numinis illa loco.

A. Kircherus T. 1. Oedip. Æg. p. 363. J. H. Hot-
tingerus exercit. Anti-Morin. de Pentateucho Sa-
marit. §. 10. & 17. & 43. p. 52. seqq. Nemo
Philologorum ne dum Theologorum, sic spes est,
faciet cum *Bezâ* aut *Druso*, quasi error in sacro
codicem irreperit, quod omnino & rectè Doctis-
simus *Simeon* de Myis negat contra *Morinum*
ejusque Exercitationes in triplici Assertionem *Veri-*
tatis Ebre. Assert. 3. c. 1. seqq. Facile, inquit ille,
fieri potuit, in quâ etiam opinione, quod mireris,
versatur Cl. *Vossius* de Idol. l. 2. c. 23. ut *3* vel
vetustate vel aliter *Basis* litera non compareret,
eoque *3* crederetur, atq; hic qui Græce scirent
pro *Cion*, *Ceon*, *Cean* vel *Cevan* dicere assuesce-
rent *PeΦāv* uti legerat Syrus, Arabs verò *3*
beatus *Iustinus* *εαΦāv*, *εεΦāv*, *εεμΦāv* vel
εαυāv, mirè enim hæc vox variat apud *Bezam*
E. G. *PaΦāv*, *peΦāv*, *εαμΦāv*, sic *εεΦāv*,
εεΦāv, *εεμΦāv*, ubi maxime probari sibi inter
varias lectiones fateretur vocem *PeΦāv*, quæ *Gi-*
gantem significat, cujusmodi forma *Herculem* o-
lim

sim p̄ctum Græc
se his opponit Gr
P̄ctum p̄ctum
Spiritu sancto
vem Christiana
cere Syat. 2. c.
Planetarum no
Salmafium mi
mo Copto c.
pha dicitur, q
Jupiter. *Pe am*
Malach & *Hel*
phorus *Serap*
in *Egyptiis* A
l. 3. c. 21. p. 4
Bonâ fi
Lingo Copto
exp̄ta conu
1. *Hæ*
Alexandri M
m̄lcorunt *E*
2. *Ze*
Luna.
3. *Pe*
p̄ct̄, sed Am
rum rigida
mentisim
Persico-Tu
Persicum
4. *Pe*
5. *Ma*
6. *Pe*
Hermes.

Sim pictum Gyraldus Autor est, Synt. 10. Bene se his opponit Criticorum Oraculum, Seldenus, *Piaculum esto, inquit, tale quid sentire de iis, qui Spiritu sancto dictante ex Veteri Testamento ad rem Christianam promovendam aliquid adduxere* Synt. 2. c. 14. p. 349. Ab Ægyptiis si fides Planetarum nominum descriptioni Romæ ad Cl. *Salmasium* misit, & ab A. *Kirchero* in Prodro-mo Copto c. 5. p. 147. evulgata, *Saturnus* *Repha* dicitur, quæ aliis *Nemesis* stella, ita Ægyptiis *Jupiter* *Pizeus*, *Mars* *Ostridis* stella, *Pyrois* item *Moloch* & stella *Herculis*, *Sol* *Pire*; *Venus* *Phosphorus* *Suroz*, *Mercurius*, *stilbon* *Piermes* & *Luna* Ægyptiis *Pria* dicitur, *Seldenus* de jure Ebr. l. 3. c. 22. p. 448.

Bonâ fide præstantissimus *Hottingerus* ex Lexico Copto arabico M. Sc. Planetarum nomina expressa communicavit modo sequenti:

1. Ἡλια Græcè Ἡλι☉. Plurima enim ex Alexandri M. temporibus Græca cum linguâ suâ miscuerunt Ægyptiis vel πῖρη Arabicè سوك Sol.

2. Σελήνη, σελήνη πη☾ Arabicè قمر Luna.

3. Ρεφάν Arabicè كوكب, quod virum propriè, sed Antonomasticè *Saturnum* significat, Virum rigidum & austerum i. e. Planetarum inclementissimum Saturnum, & his vocibus in Lexico Persico-Turcico sive *Camus*, Hebræo, Arabico, Persicum قمر explicatur.

4. Πιζεος. Arabicè قمر Jupiter.

5. Μολοχ. Arabicè قمر Mars.

6. Πιέρμης, Græcè ἐρμῆς, Arabicè قمر Hermes.

7. Σαρ. Arab. *ألهن* Venus, à splendore sic dicta Exercitat. Anti-Morin. §. 43. Distinctione 1. p. 59. Melius dixisset, ait *Kircherus* contra *Drusum*, nisi manus aberrans scribere maluisset *Rephan*, Ægyptiis enim Saturnum sive *Rephan* Persæ corruptè *Kephan* appellârunt &c. Pant. Ebræorum Synt. 4. c. 23. p. 388. Hâc de causâ *Lud.* de Dieu conijcit esse arabicum ejusdem nationis cum Hebræo כִּיפ à radice קי quod est movere, agitare, incubare, quemadmodum Gallinæ solent pallis suis incubare; Unde Arabica Vox *Reph* hoc est, agitatio, vivificatio, quod idem significat *Cijun*, & hinc terminatio Græca *ρεφα* & addito *ν*, unde *ρεφαν* more Arabibus usitatissimo, ut, vi Vocis, *Remphan* sit Virtus, quæ movendo & agitando se supra omnes res, quæ excludit & existeret facit, exierit in Act. VII. p. 67. Verùm enim verò quid *Cijun* sit non eadem interpretum est sententia 1. Nomen urbis esse *Junius* & *Tremellius* in notis asserunt & in Paral. Junius, Josephus A. J. l. 12. c. 12. Walterus Harmon. Bibl. p. 627. 2. ut plerumque V. T. Idolorum nomina stellæ sunt Gen. XXX. v. 11. *Gad* bonum sidus. Et Jupiter stella Justitia *Moloch* Ægyptiorum & Persarum *Adad* sive Sol, *Astartes*, *Astaroth*, Luna, *Thamuz* sive Adonis Venus. L. H. *Hottingerus* Smegmat. Orient. p. 90. & Primit. Heidelberg. p. 119. Ita Saturnus denotatur per *Rephan*, & laudatus Autor simpliciter agnoscit esse Ægyptiacæ originationis, ut Copticè idem sit, quod signum aut Idolum aut Simulachrum, quo nomine Saturni Idolum promiscue *נאש* *עֶזְרָלֵו* appellant, ob vehementiam afflic-

mentiam afflic-
bant L. Gyraltum
Simulachrum Sa-
lam fronti illi
antea tradidit
diceret à *ρεφ*
quæ Saturni
ρεφαν, de
quo lucebat
novum, *Wala-*
cherus, *Lorin-*
cy obscuritas
lapidem illum
Coronâ 2. Sa-
Regi eorum
haben; gemm-
de de R. G. Sa-
pit: Quia luc-
citatati, ob-
ab illo excæcæ-
quam in lapide
fundum & ea
Ishah. L. p. 6
tur per *ν*
dicit: Tha-
Israël eodem
ad illum ho-
strui solitari
phæ intelligi
Et hinc Re-
quod Jove
Diff. 43.
Act. p. 77.

hementiam affectuum, quod & *Rephan* nuncupabant L. *Gyraldus Synt.* 10. Et sic *Cijun* nil nisi Simulachrum Saturni sub fideris figura vel ob stellam fronti illius Idoli insertam, uti *Oecumenius* antea tradidit, denotabit: Si legamus *ΡαΦάυ* dicetur à *ραΦά* Saturâ parte Calvarie serratâ, quæ Saturnam habet, in quâ erat illud sidus. Si *ΡεμΦάυ*, deducetur à *ρεμΦος* aut ostium in quo lucebat stella Cr. à *Castro*. Videantur *Tarnovinus, Walens, Ribera, Castrus, Sanctius, Kricherus, Lorinus*. Theodotiu vertit à *μάρτυρι* obscuritatem ita per irrisionem S. *Stephanus* lapidem illum pretiosum in fronte Idoli aut in ejus *Coronâ* 2. *Samuel. XII. 30.* Et tulit *Diadema Regis eorum de capite ejus pondo auri talentum habens gemmas pretiosissimas.* Uti videtur *Pineda* de R. G. *Salomonis lib. VII. c. II. p. 681.* accipit; Quia Judæis instar fideris erat, docetque illis cæcitati, obscuritati ac offensioni fuisse, adeò, ut ab illo excæcati atque delusi in levitatem & tanquam in lapidem impegerint, aut in baratrum profundum & caliginosum demersi ceciderint. *Sanctius h. l. p. 653.* 3. Fortiter in voce *רצ* videtur per *רצ* intelligere velle *Fortunam* & subnectit: *Thalmutistæ* asserunt in ædibus Regum *Israël* cubiculum, & in eo *Mensam fortune* non ad ullum hominis usum, sed ad *Fortunæ* auspicia strai solitam. 4. Alii *Jovem* per *Cijun* & *Rephan* intelligunt, qui in vertice habuerit stellam. Et hinc *Remphan* deducunt quasi à *רמפ* quod *Jovem* altitonantem designat *Cl. Lowden Diss. 43.* 5. Alii *Martem* vid. *Stapletonus* in *Act. p. 77.* 6. Alii *Solem* sive *Herculem*, *Ægypti-*

gyptiis *Chon* dictum, quia ut Hercules, qui & robur giganteâ formâ depingitor. *Gyraldus Synt.* 10. ut hodie *Kneph* Sinenſum Deus. *Cl. Ursinus Theol. Symb. c. 4.* ut olim *Serapis* Ægyptiorum capite Fani laqueare tangens, & *Coloſſus* Rhodiſiorum Solis, & Germanorum *Rolandus*, de quo *Gryphiander* in *Weichbildu* Saxon. l. Diter. A. Bibl. p. 2. p. 127. *Simſonis* vera umbra XII. monſtra confecit: Sic *Sol* XII. ſigna Zodiaci decurrit. *Bezah.* l. p. 36. Quem ſequitur verſio Belgica. *Ravanellus* Bibl. S. t. 2. p. 489. 7. Alii *Venerem*: ſic *Beda*; Ut *Hesperus*, ſicuti videtur *Caftrio*, dicatur *Rephan*, græcè $\rho\alpha\iota\phi\alpha$, ſive $\rho\epsilon\phi\alpha$ à $\rho\alpha\iota\phi\acute{\alpha}\sigma\omega$, quod eſt purè ac caſtè vivo, quod purè luceat. 8. Alii *Syrium* ſeu ſtellam canicularẽ intelligunt, cujus cultum ab Ægyptiis *Iſraëlitæ* didicerunt, ut multa alia impiè ſuperſtitioſa, eò quòd ortam caniculæ illi lucem deberent. *Dn. D. Glaſſius* Phil. S. part. 2. p. 805. 9. *G. Petrus Tolos*, per *Remphan* intelligit *Zoroaſtrem* de quo ſuprà dictum l. 12. De Republ. c. 18. *Clemens Romanus* l. 4. *Crellius* P. 1. Bibl. p. 407. 10. *Lud. Capellus* conjecturam adtert de *Remphi* Rege Ægyptiorum, qui *Iosephum* Ægypto præfecit, obſervatam Ægyptum cui ſomnium originem dedit. *Genef. XL.* pro Deo ſub figurâ *Apim* cultum *Diod.* Sic. lib. 1. Hiſt. Ut videatur *Idololatria* in vitulo aureo, qui *Apim* ſeu *Remphan* referebat, in deſerto bajulato commiſſa, *Judeis* objici à *Stephano* *Spicileg.* p. 75. & 76. Sed candidè fatetur, hanc conjecturam non ſatis face-re. Sic *Remphan* derivatur à $\rho\alpha\iota\phi\acute{\alpha}\omega$ bajulo, quod *Idolum* bajularetur *tabernaculis* aut *bajulan-*
dnm

dam eſſet in vid
tentiarum eſt var
latras idem *Idol*
in tholis, im
loch, cujus ſim
exhibuimus, a
ſi aliud per *Cy*
Saturnum? *Si*
nia ſive *Lucifer*
Lyra, *Cyryllus*
c. 7. p. 77. *F*
h. l. *Argentor*
fer aut *Venus*.
poſita ſuit, aut
ut *Solem* ant
Luciferi muo
referret, ſimulac
nam in fronte
Jore notum, &
manimos: be
Walterus in h
ut *Cyru* diceb
Iſmaelitic,
nomen ex
illud didice
ut Ægyptio
Vitam, *Viri*
malis mundi
noſtra eſt:
Apoc. XXII
est *Lucifer*
vnt *339* p. a
Iohan. V. 2

dum esset in vitolicularum humeris. Hæc sententiarum est varietas! Verisimile non est Idololatras idem Idolum eodem in tabernaculo, iisdem in tholis, imaginibus diversis expressisse, & *Moloch*, cujus simulachri satis horrendi ideam Not. 18. exhibuimus, alio Schemate representasse. Quid si aliud per *Cijum* intelligatur, quàm *Moloch* aut *Saturnus*? Si conjecturæ locus, denotatur *Urania* sive *Lucifer*, Luna Cœli Regina. iuvant hanc *Lyra*, *Cyrillus*, *Beda*, *Stapletonus* *Antid.* *Apostol.* c. 7. p. 77. *Franciscus Lambertus Avenionensis* h. l. *Argentorati* 1525. *Rempha* est stella, *Lucifer* aut *Venus*. Hinc stella lucidissima in fronte posita fuit, aut in anteriori Coronæ parte, quo, sicut *Solem* antegreditur *Lucifer*, ita *Rempham* *Luciferi* munus exprimeret. *Lucianus* de *Deâ Syrâ* refert, simulachrum *Junonis Hieropolitaneæ* gemmam in fronte noctu lucidissimam habuisse. De *Jove* notum, oculos habuisse aureos, *Martem adamantinos*: *beatus Dn. Ursinus* in *Amos* p. 185. *Walterus* in h. l. fol. 117. *Tyguri* 1572. Itaque ut *Cijum* dicebatur nomine *Hebraico*, *Arabico*, *Ismaelitico*, sic *Rephan* *Ægyptiaco*, quod nomen ex *LXX.* senioribus, qui in *Ægypto* illud didicerunt, *Stephanus* studiosè retinuit, ut *Ægyptiorum* *Gentiliumque ritus, mores, Vitæ, Vitia ac scelera Israelitis* exprobraret. *omnis mundi gloria stella cadens, Lux vera animæ nostræ est*: *Ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὀρθρινὸς Ἀποκ. XXII. 16. ὅς ἂν ἀπαύρασμα τῆς δόξης καὶ καρακίης τῆς ὑποστάσεως.* *Ebr. I. 3. ἕτος ἐστὶν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ἡ ζωὴ αἰώνι.* *I. Iohan. V, 20.*

NOT.

§. 11. pag. 219. *Agnoscebant & Iovem, quem.*

ו Gad, interdum מו מז Mazaltob &c. vocabant. Bonum factum! quod presenti §. Astrologicarum observationum nimis studiosi, stulti ac profundè Melancholici puncupentur, quibus *Mazaltob* est sidus bonum, Agathodæmon bonus Genius, bona Fortuna hanc stellam Jovis esse volunt. Aben Esra in Genes. XXX. *Dicunt*, ait, quod explicatio Vocis Gad idem est quod *Mazaltob*, sicuti in linguâ Arabicâ etiam vocatur.

Instruunt ipsi mensam, quam Jovis stellam appellant, & dirigunt eam juxta cæli Militiam, *Ministerus* heiccum Rabbini facit & per מו מז stellam *Iustitiæ* intelligit, eò quod liberorum generationi, secundum Astrologorum Dogmata, radiis suis conducat, unde etiam puellæ desponsatæ annulus traditor, in quo scriptum *Mazaltob*, nam *Mazal* est sidus, stella, unde Rabini dicunt, non esse aliquam herbam in Terrâ, quæ non habeat propriam מו stellam influentem & dirigentem in Cælo, & ita *Mazal* plurali numero *Mazaloth* sive *Mazaroth* mutata ל in ר aut Planetas aut XII. Signa Zodiaci de signat. 2. Regum XXIII. 5. legitur: *Delevit Rex (Johâs) Aruspices* h. e. *Chamarim*, Sacerdotes Idolorum, dignitate privavit, quos posuerant Reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per civitates Iuda & in circuitu Jerusalem: Et eos qui adolebant incensum ipsi Baal Soli & Lunæ מו מז Velamazoth & signis, *Varablus*, Planetis & universæ mili-

militiæ Cæli. S.
râ evgruâ
Lâdva kad
adq rûv
Ex
latine sonant,
vel astrâ, quæ
nominantur.
2. Jovis; Heb
fiduciam, tal
cheru Oculip
pag. 283.

§. 12. p.
sui suum nom
luc Jacob
luc Gad app
Quia h
dacter pro v
Genes. XX
militare arb
ו מז Maz
citer sic vulg
quos vulg
Speritas.
iterum a
Quæ, si no
mæ & LX
& nullâ di
se Lea mu
pro, alii dic
dicere juxta

milicia Cœli. Suidas in voce Μαζαρὸδ docet τὰ συστήματα τῶν ἀστέρον, ἃ ἐν τῇ σπουδαίᾳ Ζώδια καλεῖσθαι ἐβραϊστὶ ἢ Ἰνὴς Φάσι λεγέσθαι τῷ λέξι σημαίνειν ἢ καὶ τὸν ἀστέρον κινῶν. Ex versione *Emilii Porti*: Verba latinè sonant, *stellarum Collectiones, sidera, vel astra, quæ vulgò Zodiaci i. e. Zodiaci signa nominantur. Quidam autem hoc vocabulum, Mazuroth, Hebraicum esse tradunt, & significare fidereum, celestem canem, pag. 79. Vid. A. Kircherus Oedip. Ægypt. Panth. Ebr. Synt. 4. c. 8. pag. 283.*

NOT. 89.

S. 12. pag 220. *Leam uxorem Iacobi filium suum nominasse Gad &c. Verisimum est, hanc Iacobi filium sub stellâ Iovis natum & hinc Gad appellatum.*

Quis hæc Gaffarello revelavit, quàm audacter pro veris venditat à sanioribus rejecta? Genes. XXX. 11. Verba, quæ pro suâ causâ militare arbitratur *Gaffarellus*, habent יצאני לך לוי ויבאני לך לוי Uatthomer Lea Bagad. Et dixit Lea feliciter sic vulgata & LXX. καὶ εἶπε λέια εὐσυχησα, quos vulgata imitari voluit Vatablus: Venit prosperitas. Conradus *Pellicanus* in commentariis iterum ait, Hebræis locus difficilis propter puncta: Quæ, si negligamus, optimè transtulit *Hieronymus* & LXX. Ba-Gad in Fortuna h. e. feliciter & nullâ difficultate: Latrabatur enim & jaectabat se Lea nunc ex novo filio, licet ex ancillâ suscepto, alii dicunt Ba Gad, venit Prosperitas! cum dicere juxta ipsam Orthographiam debuerit, prævari-

varicatio vel contemptus, quod Nomen filio quis imponeret T. 1. pag. 39. Ex opinione nonnullorum Lea in Nominis impositione Gentilitatis consuetudinem retinuit Vid. *Augustin. Quæst. in Genes. n. 91.* Mores Chaldeorum sapit nomen, & fictitium Numen *δαίμων γενέτι* & Nativitatis genius apud Eusebium de Preparatione lib. 13. Docuerunt Chaldæi ab astris dependere Fata prosperitatem, quin etiam sublunarium miseriam & exitium. Quâ de causâ *Iovem* Magnanimitatem subjectis elargiri tradunt. *Martem* dare Fortitudinem: *Venerem* infundere amorem: *Mercurium* Eloquentiam, *Lunam* ad castitatem disponere. Ideo etiam Planetis sortes assignatae, & *Saturno* Νέμεσις, *Iovi* Victoria, *Marti* Audacia, *Veneri* Amor, *Mercurio* Necesitas, *Soli* Felicitas, *Lunæ* prosper successus tribuitur, ut habet *Hermes* Ægyptius apud Picum Mirandulam adversus Astrologos. 6. c. 18. *Iosephus* Historiam tangit his verbis: *Τὴν ἐπιπέδον ἢ καὶ ἐκ τῆς ζελφῆς ὡς γὰρ δας. Τοῦ χαίον ἀνδρὸς καλεσθέντος αὐτοῦ.* Ex eâ *Zilpa* quoque nascitur filius *Gad* fortunatum significante nomine l. i. A. J. c. 19. Ita vocem *Gad* interpretatur *Iosephus*. *Venerabilis* Dn. D. Gerhardi: *Gentiles*, inquit *Martem* pro Deo coluerunt, ac persuasi ipsum præbere bonam Fortunam unde accipitur pro *Fortunâ*; Quò referunt, quod *Lea* in domo *Labani* *Gentilis* & *Idololatra* *GAD*. h. e. Fortunam sæpius nominari audiret, & forte etiam coli videret. *Commentar. in Genes. Quæst. 6. p. 175.* Lucem adferre possunt quæ *Esaie* LXV. 11. reperiuntur: *Pomus* *Fortuna* (*GAD*) *Mensam*,

libatio super
men. LXX. En
ay. 291 π. 100
tablus reddi
Per GAD, in
li Martem m
la dicata, und
cinoxit, unde
neccerum & C
preparatum
ro accipiunt
merum, ac si si
tequentium D
allusio; quan
exercitum Ca
velli ipsos nri
p. 809. Basil
Tugrimus. f
nominariot
alioque in lo
cuntle.
vates fuerit
Marti & A
epulas parat
tiones imple
gligerent.
ad gladium
vandos, V
men numeri
tur genio.
Fournica la
caz 8. p. 41
Glossus Phil

& libatis super eam, impletis ipsi Meni Liba-
 men. LXX. Ἐπιμάζοντες τῷ δαίμονι τῆς ἀπει-
 λῆς, καὶ πληροῦντες τὴν τύχην κέραιμα. *Va-*
tablus reddit: Exercitui, Fortune; Alii, Iovi.
 Per GAD, inquit *Hyperius*, intelligunt non nul-
 li Martem juxta *Metonymiam*, scilicet cui stel-
 la dicata, unde γγ Hebræis idem est, quod ac-
 cinxit, unde GAD derivatum videtur apud *Sel-*
neccerum & *Gualperum*, quasi diceret accinctum,
 præparatum ad malè agendum. Per *Meni* ve-
 rò accipiunt *Mercurium*, cum γγ significet nu-
 merum, acsi sit Mercatorum numeris res suas ex-
 lequentium Deus tutelarior, & sic jucunda in Ebrao
 allusio; quando dixit Iudæos colere numerum
 exercitum Cælique militiam, statim subjicit, quod
 velit ipsos numerare in gladio *Hyperius* in h. l.
 p. 609. Basil. 1574. Paria habet R. *Gualtherus*
Tigurinus. fol. 407. Constat Iudæos usuris &
 nummulariorum artibus semper additos fuisse,
 alioque in loco, ut in templo has quoque exer-
 cuisse. Non mirum ergò si *Mercurii* cul-
 tores fuerint, & studioli *Gad* & *Meni*,
Marti & *Mercurio* sacra facere, & mensas ac
 epulas parare in ejus honorem, & *Mercurio* liba-
 tiones implere certo numero; ne quid in cultu ne-
 gligerent. Sed hosce Idololatrias Deus numerat
 ad gladium & cadem, quasi ad mensam incur-
 vandos. *Vatablus*: Impletis vasa eorum & liba-
 men numeri stellarum. Indulgere voluisse videntur
 genio. quod Gallis est: Apprester latabe bica
 Fournica la bonne grace. Vid. D. *Rivetus* in *Genes.*
 c. 12. p. 416. Cl. *Saubertus* de S. V. c. 26. D.
Glossus Phil. S. l. 4. D. R. tract. 3. observat. 9. S. ult.
Arius

Arius Montanus ex Ebræo verbotenus: Instru-
entes *bonæ Gratiæ* mensam omnia diversis
vocibus sub uno sensu apposite cogit, quæ diversi-
tatis origo est, explicans illa *absq; me*, ut sit sensus:
*Qui paratus Fortune mensam & impletis
absq; me potionem.* Ita ridetur inane & pertinax
studium, quo seculi gaudium & tranquillitas ex
tot tamque diversorum belli pacisque Naminum,
Idolorum, Principum, Magnatum variorumque
eventuum conjunctione coalescens colitur, quasi
Dominus dixerit: *O amentes, qui absque me
medique bonâ gratiâ bonæ gratiæ mensam struitis,
putantes fieri posse,* ut omnia Mundi Idola,
omnesque fortune flores ac Theauri animum
divinitatis capacem *sine me* impleat. Sed esto
implere possent, itane ad manum florentem For-
tunam omniumque Planetarum conjunctionem
fiderumque militiam pro vobis pugnantem
inveneritis ut habet Nervosissimus Scriptor
I. *Velazquez* T. 1. in Philip. l. 7. an 10. pag.
443.

Te facimus Fortune Deam celoq; locamus.
At cultoribus istis superstitiosis Domini non Do-
minæ imminent. Væ qui fortune posuistis men-
sam absque Domino! FRUSTRÀ NISI DO-
MINUS Psal. CXXVII. 1. An verò ludri
hiscæ nugis morem Romanorum ac numerum in
scyphorum positione ac evacuatione usurpatum
imitari voluerint, de quo *Horatius* ad Taliarchum
l. 1. Od. 9. non liquet. In auspiciis novi anni Men-
sam aliquam appositam fuisse suspicatur S. Hiero-
nymus, est, inquit, in cunctis urbibus & maxime
in *Egypto & in Alexandria* Idololatriæ con-
suetudo, ut ultimo die & mensis eius, qui extre-

mms est ponam
tu & poculum
vel futuri anni
optimum an
mentum est
IV. 8.

Sed illa
pei, ut in No
tes in trivis
pauperibus p
poller, qui ap
bantur religio
ter sumum de
stoph. in Pla
miri commo
liquentes
inuripiane?
Sic re
Sic vo
Sic vo

Famosissima
D. *Etteromy*
pa, n. d. 10
semper ret
tur, name
Polyh. c.
de Tuso, S
Jam veter
deficientib
tanti Mir
splendia
Apollonim
merit, ad u

mus est, ponant mensam refertam varii generis epulis & poculum nullo mixtum vel præteriti anni vel futuri anni fertilitatem auspicantes quasi non optimum auspiciam felicitatem ejusdemq; complementum esset, Eusebia ad omnia utilis i. Timoth. IV. 8.

Sed illâ insaniâ Græci quoque fuere correpti, ut in Novilunii vesperâ singulis mensibus divites in triviis *Hecuba* cænam apponerent, quæ à pauperibus prius ferè diripiebatur, quam deponi posset, qui apparabant quippiam inde gustare vebantur religione, ut nihil ad eos inde rediret præter fûmum & tumultum Erasmus in Adag. ex Aristoph. in Plato ejusque scholiaste. Quam benè multi commodum sentiunt; aliis incommoda relinquentes? Quam multi multa parant, ut alii multa diripiant? Jobi XXVII. 16.

Sic vos, non vobis feretis aratra boves!

Sic vos non vobis vellera fertis oves!

Sic vos non vobis nidificatis aves. Jerem. XVII. 11.

Famossissima est MENSÀ SOLIS de quâ iterum D. Hieronymus: locus est, inquit, apud *Ethiopia*, ἡλιοσεάπελα *Mensa Solis* opiparis epulis semper refertus, quibus indiscretè omnes vescuntur, nam etiam divinitus eas augeri ferunt *Solinus* Polyh. c. 32. Rem uberius explicat *Octavianus* de Tuso, Scriptor politissimus: *Solis*, ait, *Mensam veteres fabulantur onutam semper cibis nec deficientibus, quantumvis hinc inde undiq; famatanti Miraculi accersitis hominibus spoliaretur, splendido illo quidem sed non spreto mendacio!* Apollonius Thyasæus, ut Philostratus in vitâ ejus refert, ad ultimos usque *Gymnosophistas* penetra-

vit, ut SOLIS MENSÆ tandem aliquando, tot
maris terræque spacia emensus, accumberet.
Prologom. in Syrac. p. 28, Hæc ille ad sacræ scri-
pturæ majestatem lucem ac suavitatem accommo-
dat Psal. XIX. 11. 12. 13. 14. Vid. G. *Stuckius*
A. C. l. 2. c. 14. p. 197. O! felices, nos Christianos
nos qui cum regio Vate exclamare possumus: *Pa-
raſti in conspectu meo Mensam* Psal. XXIII. 9.
Sed quid de *Lia* fiet? Ab errore immunes non
esse multi judicant illos, qui piam foeminam gentili
vanitate onerant; Nec attendunt habuisse Jaco-
bum Maritum & Præceptorem religiosissimum,
qui ab Ethnicorum effatis abhorruit. Major
fuit Petas Leæ, quam ut more Gentilium FOR-
TUNÆ divinitatem tribueret, illique natum fi-
lium acceptum ferret & nuncupatione nominis pro-
prij consecraret. Etenim quomodo Fortu-
næ donum foecunditatis in ancillâ tribuisset,
quod antea in se ipsa gratiæ DEI acceptum tulit.
Wolfg. *Musculus* comment. in Genes. p. 629.

NOT. 90.

S. 14. p. 224. In duodecim domibus, quæ
dicuntur Planetarum. S. 4. p. 104. Autor jam
fecit mentionem מַחַתּוֹת *Machataloth* h. e. liga-
turarum, quæ ex Sententia *Ben-Davidis* hodie ab
Astrologis domus seu mansiones dicuntur.

Quæ sit de Domibus Planetarum Astrolo-
gorum doctrina, *Protopius* lectori suo edisse-
ret. Ad vocem *Machataloth* sive *Mazaroth* quod
attinet, Not. 88. videri poterit. Et quid statu-
endum de *Machataloth*? derivant à מַחַתּוֹת ligare,
unde ligaturæ appellantur: Causam addit Autor,
quo-

rationem scilicet
dis prædictionem
Dicuntur itaque
natur duodecim
partes æquale
prehensas P.
P. 565. Not.
colis includuntur

Vna,

7.

Centur

De quibus et
Nativ. l. 6. c.
vini Protopi
s. 4. c. 1.
lucos Protopi
cu dignissim

Primo

horæ no
signiferi, qu
dit, cum q
tuo Zodia
ejus portio
Lud. v. 10.
Horoscopus
pore ab Or
hanc omnes
Protopi. l. 3.

quoniam scilicet omnes simul colligari, iisque junctis prædictiones institui debebant &c. p. 225. Dicuntur itaque *Cæli domicilia*, & illa constituentur *duodecim* quia mundum secant in duodecim partes æquales, duobus positionum circulis comprehensas P. *Bongus* de Num. Mystic. n. XXC. p. 565. Nomina Domiciliorum duodecim versiculis includuntur notissimis:

1.	2.	3.	4.	5.
<i>Vita,</i>	<i>Lucrum,</i>	<i>Fratres,</i>	<i>Genitor,</i>	<i>Nati,</i>
			6.	
			<i>Valetudo,</i>	
7.	8.	9.	10.	11.
<i>Conjux,</i>	<i>Mors,</i>	<i>Pietas,</i>	<i>Regnum,</i>	<i>Benefacta.</i>
			12.	
			<i>que,</i>	<i>Carver.</i>

De quibus consuli poterit J. *Schönerus* de *Judicio Nativ.* l. 6. capit. 10. 11. 12. & l. 2. c. 1. *Cardanus* in *Ptolomæum* l. 1. c. 12. l. 2. c. 16. l. 3. c. 4. 5. l. 4. c. 2. seqq. & *Contr. Dasipodii* in quatuor libros *Ptolomæi* Apotelesmaticos resolutiones lectu dignissimæ. *Basil.* 1578.

Prima Domus est ὀρόσκοπος ☉ *Horoscopus*, horæ notatio, horæ inspectio, estque ea pars signiferi, quæ supra nostrum Hemisphærium ascendit, cum quid contingit. Vertitur enim perpetuo Zodiacus in circulos scruposque. Aliqua ejus portio nobis oritur contraria, ideo dicta *πληγή*, quia cæli plagas & regiones obtinent. *Lud. vires* in *Augult.* de C. D. l. 5. c. 2. p. 280. *Horoscopus* est ea cæli pars, quæ Genituræ tempore ab Oriente emergit supra Horizontem ad hanc omnes respectus referunt. *Cardanus* in *Ptolom.* l. 3. c. 2. p. 325. J. Th. *Freigius* l. 18 p.

405. Sic *prima Domus* refert horizontales & meridianas cuspides centrum ac cardines Orientis, imi cœli occidentis & summi, & significat Vitam, Educationem, Valetudinem nati. H. Lindhut. *Introduct.* *Physic. Judic. c. 9. p. 47. c. 17. p. 111.* *Domus primamaxima Planetarum*, Fortitudo essentialis, maximæ Evidentiæ respectu generationis ac corruptionis rerum naturalium c. 11 p. 73. Hinc Cœli scrutatores jubentur in omni *Themate* cœli natalitio & significationum futurorumque eventuum particularium pronuntiatione quatuor potissimum considerare & inspicere. 1. Domicilium Cœli. 2. Signum Zodiaci, quod in qualibet incidit domo. 3. Planetas vel possidentes Domicilium cœli vel domorum significatores, vel dominantes ignis, quæ singulas *Machathaloth* ordine occupant. 4. Stellas fixas, his Domini *triplicitates* atque partes annumerari volunt c. 16. p. 110. v. J. Keplerus de Trigon. Ign. c. 3. pag. 13.

Domus I. habet illa, quæ à dextrâ sunt cardinibus *Horoscopi* succedentia imi cœli quadrante & mediæ cœli. Continet Vitæ necessaria, ut opes, divitias, ministros.

III. Continet cardinibus à sinistrâ G. S. S. (h. e. contra seriem signorum) in Zodiaco; ut cadentia *Horoscopi* imi & mediæ cœli, & notat sanguineos, itinera, famam.

IV. Profundum cœli, Angulus terræ, Parentes. Denotat *Ædificia*, Agros, *Thesaurus*, *Sepulturam*.

V. Succedens *Gaudium Veneris* græcè *ἀγαθὰ* Domus filiorum. Assignat liberos, *Munera*, *Ornatum* & *Voluptates* corporis.

VI. Ca-

VI. Cæli
servos, morbo
Martis.

VII.
denotat conj
& cœlestra.

VIII. M

IX. Ca

mula, magna

X. M

ostendit.

XI. Se

ciam, Fortun

XII. G

iam. Deno

Hæ sunt

significatio

in quibus

habet, mor

XXX. habet

Videan

110 c. 17. J

III. Ex his

7. 4. 10. pu

tis, Natalit

occupat, est

birus Ang

IVtus. Im

sunt Princip

rem quam i

Succedente

iores. III.

Deusignum i

1642.

VI. Cadens. Continet adversam Fortunam, servos, morbos, vicinitates, oves, *Gaudium Martis*.

VII. Quæ & diametro I. respondet $\kappa\lambda\iota\sigma\iota\varsigma$, denotat conjugium, forenses lites, hostes, rapinas & scelera.

VIII. Mortem, hæreditates, pericula, venena.

IX. Cadens Religionem, Eruditionem, Somnia, magna, Itinera indicat.

X. Medium Cœli, Regna, Honores, Artes ostendit.

XI. Succedens Amicitias, Beneficia, Fiduciam, Fortunam majorem *Jovis gaudium*.

XII. Græcè $\kappa\alpha\kappa\omicron\delta\alpha\iota\mu\omicron\nu\omega\nu$ *Gaudium Saturni*. Denotat Miseras, Fraudes, Carceres.

Hæ sunt domus i. e. Firmamenti spatium certis gradibus emensum, per quod Planetæ moventur, in quibus tanquam in domo & mansione locum habent, moventur & resident, quarum quælibet XXX. habet gradus.

Videantur *Cardanus, Schönnerus, Lindhartus c. 17. Iohannes ab Indagine, Kircherus & alii*. Ex his quatuor I. Cardinales cœli, ut prima 7. 4. 10. primus *Angulus Orientis, Domus Arietis, Natalitii Horoscopus*. II. Idus. Medium cœli occupat, est *Domus Capricorni*. III. Idus. Occubitus *Angulus Occidentis per medium libræ*. IV. Idus. Imum cœli noctu sub Horizonte. Hi sunt Principales Anguli, in quibus Planetæ majorem quam in aliis habent efficaciam. II. Sunt *Succedentes*. ut domus 28. II. 4. In his sunt debiliores. III. *Cadentes, & in his debiles*. Vid. *Cl. Deuisignus in Theoriâ Planetarum Amstelodami. 1642.*

Citra controversiam inter admiranda æterni Numinis, summi opificis, splendidissima opera Coeli machina, ut summum sic principem locum obtinet: Sint in ea XII. civitates plenæ mirabilibus inque iis habitent VII. Reges, ut Philosophus Syrus in sua Oda canit, & civitates istæ duodecim nil nisi *Mabathaloth* ligaturæ, mansiones s. domus dicantur. v. J. Keplerus de Trigone Igneo cap. 4. p. 14. Reges VII. sint Planetæ ut ut D. Hieronymus V. saltem agnoscat T. 8. In Job. 38. Cùm tamen septenarius numerus sit receptus, & ministri duorum luminarium majorum & supra ☉ sint ♄. ♃. ♀. infra Solem ♁ & ♀: His observari posse contendant Astrologi monumentum Conceptionis sive Nativitatis cujusque & siderum ac constellationum tùm posituram, tùm vim & virtutem: ad eoque ex utriusque observatione de eventibus natalem hominis & vitam excepturis judicari posse; Cœlo enim in XII. domicilia distributo, & observato tùm Planetarum, tùm stellarum fixarum sito, quem obtinent in singulis domiciliis, in articulo Nativitatis cujusque facile judicium ajunt fieri posse de Fortunâ illius & moribus. Cl. Spanheimius Dub. Ev. 2 3. p. 337. Nic. Muller. Astr. l. 1. c. 9.

At quam causam Idealium in cœlo domorum Architecti proferent, cur prima domus ea pars sit, quæ vix supra Horizontem ascendit; non ea, quæ tota supra terram est; Si quæ domus incipit oriri domus vitæ est? Quare non illa, quæ incipit occidere, pari ratione domus mortis dicenda? Unde tanta Tyrannis *octava*, quod occidat & *duodecima*, quod carceri mancipet, & catenis includat? quâ ratione aut quo fato eadem cœli

pars

pars, quæ in
felic esse logilla
ta in infantia
in primâ do
vâ Raptor ac
turbator dicit
eur *Mercurius*
Ecclesiastica
duodecimâ
cendit? Qu
rum dicend
cur in dextra
tum in eburn
la? Idem de
Zodia
ginnocuet
Sunt 2

Libra

Trig. Iga. ca
gant.

yno. C
arium & P
Leonem &
ginem M.
Sed quid d
cis depict
bus ait rep
tu rerum
se sed prae
per duodec
gnificavit,
ygotelabr

pars, quæ in unâ domo est, felix in vicinâ mox infelix esse sugillatur? Cur Naturâ benignus *Planetæ* in infaultâ domo nocere traditur? Cur *Jupiter* in primâ domo bonorum largitor ac *Rex*, in octavâ *Raptor* ac *Carnifex Intellectus* ac rationis perturbator dicitur, & funesto nomine infamis? Sed cur *Mercurius* instar ministri in nonâ dignitates Ecclesiasticas, in decimâ honores, elargitur ac in duodecimâ quasi facti poeniteat inaspicata portendit? Qui aurum, si in terra ponatur, minus aurum dicendum est, quam si jaceat in mensâ? Et cur in dextrâ Rustici tantum non valet unio, quantum in eburneo collo ac tenerrima nobilitis auricula? Idem de reliquis est judicium.

Zodiaci partes signa XII. ex versiculo vulgari innotuerunt.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,

Libra, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces. I. Keplerus de

Trig. Ign. cap. 3. & 5. Signa hæc Planetis assignant.

hæc. Capricornum & Aquarium. 4. Sagittarium & Pisces. 3. Arietem & Scorpionem. 2. Leonem. 1. Taurum & libram 2. Geminos & Virginem 2. Cancrum. Vid. Freigius lib. 10. Q. V. Sed quid de Zodiaco? Illum in rationali Pontificis depictum docet Josephus: In his enim omnibus ait representatam quodam modo Universitatem rerum naturam invenire licet, si quis non otiose sed prudenter singula consideret. &c. Idem per duodecim panes in mensâ dispositos annum significavit, in duodecim menses divisum, & cum candelabrum e XXX partibus composuit XII. Signa,

gna, per que Planete feruntur, sub indicavit, & per VII lucernas impositum totidem Planetarum cursum. A. J. l. 3. c. 9. p. 86. & 87. confer Riberam de Templo. 3. c. 12. p. 226. Viegam in Apoc. p. 514. & 26. Ubi XII Apostolos cum XII signis Zodiaci, cujus principium est in puncto æquinocetii verni, Freigius l. 10. p. 210. comparat, quem Mamilus Arcem vocat in Descript. XII. Sign. quod ex eo ortus & interitus præcipuæ causæ defluant, & quod ex eo Fatorum ducatur ordo. Vid. Ill. Scaliger in Manilium. Celeberrimus Keplerus, ubi de Etymo Zodiaci agit, *Zōdion* ait hic non est animalculum, sed *Idolum* qualecunq; etiam hominis seu pictum, seu sculptum, seu fustum. Hoc sensu sic Cicero vocat signa, Latini propriissime vertunt *signiferum*. Germani infeliciter: *Den Thier Kreis* Circulum animalium, magis genuinè: *Den Bilder-Kreis* circulum signorum, qui vero XII signa germanicè vertit die XII *Zeichen* non attendit ad genuinum significatum vocis signum, quod hoc loco idem quod *Zōdion* significat, germanicè *Bilder-Zeichen*: Aut vox *Zeichen* latior olim fuit, quam hodiè, comprehendens etiam significatum vocis *Bild*: hodiè namque vox *Zeichen* significat generaliter vel indicium qualecunq; ut bubones notam, & ex anthemata pestis genitalia sexus, vel notam qualemcunq; scriptam, ut characteres Planetarum & signorum scriptos aut signum qualecunq; memorie causâ collocatum, seu in scriptis, ut Obelisci, Asterismi manus indiculi littera, NB. scilicet; seu extra, ut congeries lapidum cruces, nodi in arborum frontibus stigmata,

inci-

incisiones & simi
minime quadra
Zeichen & i
miraculum
dum propriè
vabilis, quan
xerius Affe
p. 22 Macro
Tholof. Sym
Et sane
ret optato, a
chris, quæ m
ferum aut in
Verba Arces
ensis Emble
& Faminarum
mentum su
te Astrolog
ni, qui su
cus signa Z
& India p
tenus Apoc
si mavis, A
nulli sibi a
ut hodie im
igitur omni
figuræ sicut
Astrologos
los in arbor
ros, Gem
illud Ptol
subiectos
Nugivend
Eum,

Incisiones & similia: quæ sensu signis caelestibus
 minime quadrat. Specialiter vero Germanis
 Zeichen & c. Sonat ostentum caeleste portentum,
 miraculum rursus proprie de signis non admo-
 dum proprie de Signis Zodiaci; tanto tamen tole-
 rabilius, quanto portentosiora in caelo monstra fin-
 xerunt Astrologi. Tract. de Trigonigono c. 5.
 p. 22 Macrobi. Somn. Scip. l. 1. c. 2. seqq. Gr.
 Tholof. Synt. A. Mir. l. 8. c. Vosstus Idol l. 1. c.

Et sanè in multis imperitorum animis hæc hæ-
 ret opinio, ac si Cælum fictis pictisque Simula-
 chris, quæ mera Astrologorum sunt Mystera, re-
 fertum aut in crustatum sit, nec carent suspitione
 Verba Autoris cap. 10. §. 7. p. 202, Ubi Apo-
 nensis Emblematis, qui miras formas Virorum
 & Fæminarum aliorumque animalium finxit, pa-
 trocinium suscipit, quæ sic habent. Cum igitur
 hic Astrologus incomparabilis animadverteret,
 eos, qui sub certis Planetarum conjunctionibus
 cum signis Zodiaci nascuntur, in eisdem affectus
 & studia plurimum propendere & c. Nulla-
 tenus Aponensem ob hanc licentiam carpit, vel
 si mavis, Audaciam: Veteres enim, expresse ait,
 nullas sibi animalium species in caelis imaginatos,
 ut hodie imaginamur c. 11. §. 2. p. 206. Annon
 igitur omnes Planetis signisque Zodiaci attributa
 figuræ fictitiæ sunt, ac ipsa nomina ad arbitrium
 Astrologorum imposita? quis enim nescit, nul-
 los in æthere ac stellato caelo dari Arietes, Tau-
 ros, Gemmos, Cancros? & c. Profertur tamen
 illud Ptolomæi Axioma: *Vultus inferioris caeli*
subjectos vultibus superioribus. Hinc asserunt
 Nugivenduli:

Eum, qui gemmam possideat, cui in sculpeus

bb 5

Arius

Aries, Leo vel Sagittarius, cunctis gratum fore: Cui *Virgo, Taurus, Capricornus, Luna* religionis amplectendæ cupidum effici: Cui *Gemini, Libra, Aquarius* hunc amicum fidum legum tenacem & Concordiæ Studiosum fieri: Contra, cui *Cancer, Scorpium, Pisces*, iniquitatis, levitatis & mendacii avidum: Cui *Saturni* character, gliscentem robore: Cui *Iovis*, amabilem, fieri fortunatum, ad summos honores provehendum: Cui *Martis*, invictum: Cui *Solis*, opulentum: Cui *Veneris*, immerfabilem, & omnium compotem Votorum an vitiorum? Ita etiam cui *Lunæ*. Cui *Draconis* Figura ingemmis: Lætum fore ac divitem: Nam *Draco* Ægyptiis olim Symbolum fuit Divinitatis, & quid mirum, si isto tantopere delectentur Sinenses, de quo forte an alibi. Benè R. *Moses Maimonides*, si inveniantur, inquit, vasa imagine Solis, *Luna vel Draconis* signata eaque sint argentea vel aurea: Velsi reperiantur sic signata Monilia, aut ITACÆLANTI ANNULI; ea prohibita sunt de Idol. c. 7. n. 10. His similia sunt, quæ R. Bahye profert: Mos idololatriæ erat figurare lapidem pulcræ effigiei, eamque ponere coram Idolo, & super illo se coram hoc prosternere apud Cl. *Vossum* in R. Meim. quid faciant illi, qui nimium istis nugis tribuunt. Ne torvum videas, Lector optime, asserunt *Sphragista* isti, si *asini* figura *Chrysolitho*, & *rane* imago *Smaragdo* insculpatur inimicos ad pacem, amicos ad odium impelli, cujusmodi tradit *Ludovicus* dulcis l. 3. de Gemmis c. 6. *Cardanus* l. 18. de Subtil. & l. 16. de V. R. c. 89. Videtur A. Mizaldus satis superstitiosus, sapius ridiculus M. Delrio P. M. l. 1. c. 3. p. 22. Censur.

l. c. 19. c. 31. c. 44. Cent. 1. 1. phus. Cui fre gnericâ Cut. luc aliisque N. simis. Qui tis aut creden onem non id representab tum invento cia? que in specialis ab gura? relin unone nubel lacia Vid. D. Frejus l. 1. gratus, op emu pax u. Loro pax cre mona in o V. 10. In que iubent tuon, ut fortu ut n sculta. De voce: S. lab dete A. 1. lia, & Fo nom.

l. c. 19. c. 31. c. 44. c. 52. c. 94. Centur. 2. c. 8. c. 44. Cent. 3. c. 6. c. 98. R. Goclenius Philosophus. Cui strenue insanire libet Comm: de Magnetica Curatione. Ex Tralliano, Gordonio, Melic aliisque Nugatoribus commiseratione dignissimis. Quid si Nola pileo affanas tales allerentis aut credentis pileo appendantur? Annon Morionem non ideali sed reali laborantem Phantasia representabit? Et quæ, sodes, fictorum Schematum inventorumque signorum poterit esse efficacia? quæ influentia, quæ sympathia, quis effectus specialis ab ente rationis? quid operator per se figura? relinquenda sunt ista somnia, quibus præ Junone nubes, & præ veritate fraus placet ac fallacia Vid. Doctissimus Langius Epist. 34. p. 162. Freigius l. 18. p. 416. Sat formosus, robustus, gratus, opulentus, vivulus ac beatus est, cui ἀπύργασμα τῆς δόξης καὶ χαρᾶν τῆς ὑπερβολῆς θεῶν Ebr. I. 3. Christus, qui nobis omnia in omnibus perplacet. Ps. XLV. 3. Cant. V. 10. In dilecto dilecti sumus. Ephel. I. 6. Audi, quæ jubentur: *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, quia fortis ut mors dilectio.* Cant. VIII. 6. Audi & ausculta. Vid. Cl. Drusus Loc. Difficil. ad Exod. De voce ἰθὺς cap. 45. p. 208.

NOT. 91.

S. 14. p. 226. Ex Chatalive Machatoloth detorsum est Athla.

Ἀθλα seu ab operationes, ipsa sunt domicilia, & Fortunæ loca, unde Manilius l. 1. Astronom.

Has

*Has autem facies rerum per signa locutus,
In quibus omni erit Fortuna condita summa
Ἄλλα vocant Græci.*

Hoc ipso nomine appellantur Amuleta
Ἄμυλλα, de quibus Exc. Julii Reichelij Exercit.
legi poterit post Kircherum & Chiffletium *Liga-
tura* autem idè dicuntur, quia nil certi dici ac pro-
nunciari poterit, nisi omnia sortitione loca inter se
concinne combinentur, & velut sese ligent &
complectantur. Sed aliud *Thema* est *Genethliacum*,
aliud *Athlon*, illud enim notat naturam,
hoc actiones. In geniturâ prima Domus est *Ho-
roscopi*, in actionibus sive *Athlis* est fors *Fortu-
ne*, & novæ actiones exercentur & constituuntur.
Sicuti etiam Fortunam Ducem sequuntur.
Nam in geniturâ intrinsecè, in *Athlis* extrinsecè
considerantur, & horum *Horoscopus* dominans
est; In *Athlis* fors & Fortuna. *Hermes* in Pi-
mandro apud A. Kircherum *Mathem. Hiero-
glyph.* Class. 7. c. 5. p. 191,

CAP. XII.

NOT. 92.

§. 2. p. 229. *Quæ autem in Nubibus appa-
rent signa & notæ minime dubia &c.*

Ptolomæus in *Ceritiloquio* c. 9. censet hæc
feri naturaliter vi Astrorum ac præsertim *Astri
Persei*. Ad stipulatur illi *Augustus Nymphus*: *For-
ma*, inquit, *quæ generantur & corrumpuntur*,
e caelestibus formis subiciuntur atque ab eis mo-
ventur, *quæ quidem forma tunc potissimam impri-
muntur*.

niuntur, eum aptam nanciscuntur Materiam.
 Et ita Persei exhalatio figurabit milites, Auriga
 formabit currus, Bootes Rusticos, Pegasus equos &
 ita de singulis constellationibus aliis l. i. Meteor. f.
 31. & apud Christophorum à Castro, quoad formam
 accidentalem, quæ resultat ex colore & figura fi-
 gurantur Meteora ex parte Materia: Nec unâ
 ratione omnibus sub eâdem figurâ apparent. Nam
 nubes aliis apparet equus, aliis campana, aliis a-
 nimal quoddam: Procul enim existens propter
 differentiam aspectuum, non eodem modo judi-
 catur. Ex parte verò agentis, figurantur pro ra-
 tione stellarum, quæ in ipsis vim habent: Si enim
 prope Globum earum stellarum cernuntur, quæ
 Gallina est, Gallina judicantur, vel id genus, ut
 Pavo, ut Aquila. Si prope Sagittarium vel
 militem milites censentur: Nec ab ratione est, fi-
 gurari hæc à stellis à quarum virtutibus fiunt, ut
 planè cernimus in graninibus & lapidibus ac aliis,
 quæ figurantur pro ratione. Horum verò mo-
 tum duæ possunt esse causæ: Universalis; Vis
 cæli: Particularis; Frigiditas mediæ regionis, è
 quâ repellitur veluti trajecta. Proleg. in Proph.
 min. l. 1. c. 17. Astellis varietates in ære contin-
 gentes proficisci docet I. Iovianus Pontanus T.
 l. lib. de Fortuna c. 8 Sed figuræ effici non pos-
 sunt, nisi ab agente, eas figuras habente: vel vim
 eas efficiendi. A speciali DEI providentiâ hujus-
 modi oriri, aut per Angelos fieri, quis negabit,
 qui Astris, Vaporibus, ac Nubibus ad Javua-
 ta τῆς Φύσεως producenda, ut miseras, clades
 portendant, utuntur. Ivo Parasinus l. N. l. 3.
 p. 533. & 616. A. Kirscherus Diatribe de Cru-
 cibus Prodig. part. 3. c. 1.

NOT.

§. 2. p. 230. *Id sane experientia comprobatur portentia ea sequi res ipsas.*

Nota sunt & proposito nostro inservientia verba Tullii: *Monstra, inquit, dicuntur, quod aliquid venturum monstrant ostenta, quod ostendunt, prodigia, quod prædicunt, portentia, quod portendunt.* Lib. de Divinat. Ostendit nonnulla & dignissima notatu liber Maccabæorum historica l. 2. c. V. v. 2. & c. X. v. 29. Josephus B. J. l. 7. c. 12. Occurrunt oculis humanis *Acies Ignea, Cyparissis* vocant, priusquam Italia gentili gladio ferienda traderetur, in caelo visa, ipsumque qui postea humani generis fufus est, sanguinem coruscantes *Gregorius M. Homil. l. in Evang. I. B. Fulgosus l. 1. c. 4. Hector Boëthius de R. Scot. l. 3. fol. 40.*

Apes Apiumque volantium examen Callinij caelum exhibuit, & Romulo urbem condituro læto fuit auspicio Liv. l. 3. Dec. 3.

Aquila vel volans ut Bndisslinij Anno 1593. observatum, sive *deplumata* in caelo apparuit apud *Garribum* in Phænom. Vid. *Peucerus* Teratolc. p. 733. seqq. & *Vlyffes Aldrovandus* Medicus clarissimus Ornith. l. 1.

Ara. Anno ante Christum 212. Adria in sublimi visa & hominum species circa eam in candida veste adorantium, ut habet diligens Prodigi-
orum Scriptor *Livius* l. 4. Dec. 3. *Sabellus* l. 3. Ennead. 5.

Arbor. Anno 1532. tempore *Iohannis Ducis Saxonix Electoris, Isenaci* apparuit antiqua, marcida, everfa. 2. *Eques* gestans arborem, sed truncatam ramis, 3. *Canis venaticus.* 4. *Magna*
& atra

& atra Cru-
tum horribilis
tam flammam
trajici videba
Teratolc. p.
p. 8.

Ar-
Contra arma
pitus & tu
bellis accep
(idem An
prope Calm
dusse scribi
marmertinis
de ortu occ
que ab occa

Bacul-
dem Vir vilis
gentem, que
gust. Nimp
p. 19. Reate
nalis per XI

Bor a-
1646. in in
vilis. Fove

Canis
Al. ab Al.
Spect
fitantes bo
60 fibenes p

Canis
oppositum
crucis ad in
Fnelius l. 3

Scæra Crux in densâ nube. 5. Ex nube ex-
celsum horribile fulmen cum terribili fragore & tan-
tam flammarum vim deferre vîlum, ut pagus, qui
trajici videbatur, incensus putaretur. *Pencerns*
Teratolc. p. 733. Joh. Garzeus c. 4. Meteor,
p. 8.

Arma L. Opimio & Q. Posthumo Coss.
Consæ arma in celo volare visâ. *Armorum* stre-
pitus & *tuba* sonitus auditos è caelo Cimbricis
bellis accepimus, crebrosque & prius & postea
(idem Anno 1677. mense Febuario in Alsatiâ
prope Calmariam non sine stupore Gallorum ac-
cidisse scribitur) Tertio Consulatu Marii ab A-
mamertinis & Tuderibus spectata *arma* cælestia
ab ortu occasuque inter se concurrentia pulsâ,
quæ ab occasu erant. *Plinius* l. 2. N. H. c. 57.

Baculus. Anno Domini 774. Barbatus qui-
dam Vir visus ignitum *baculus* in manu ferens in-
gentem, quo totus mundus exuri videbatur Au-
gust. Nymphus in Meteor. & C. à Castro proleg.
p. 19. Reate sereno caelo *Baculus* seu virga pasto-
ralis per XII dies apparuit. *Finecius* l. 3. Mirac.

Bos atricoloris, qui ignem mingeret Anno
1646. in inferiori Pannoniâ sub igneo Chasmate
visus. *Finecius* l. 5. de Mirac.

Canis. Canum figuras per aëra visas refert
Al. ab Al. l. 3. c. 15. Basil. Anno 1559.

Spectrum apparuit: unde canes circumcur-
santes horrendo latratu cives terruerunt, *I. Ly-
costhenes* p. 35. vid. *Arbor*.

Cataphractus Miles flammeo gladio contra
oppositum exercitum inter tres punicii coloris
cruces ad integram ferè horam visus in Poloniâ.
Finecius l. 3. *Pencerns* d. l. p. 834.

Caste-

Castelli ardentis ostentum cœli facies horrendo atrore internicantibus fulgoribus cum *Alexandar M.* exercitum in Persiam duceret, exhibuit. Sabel. l. 6. Enneid. 4.

Clypeus in aère sapius visus. Vid. Aldroyandus Ornith. c. 1. *Clypeus* ardens ab occasu ad ortum scintillans transcurrit Solis occasu. L. Valerio, Marro COSS. Plin. l. 2. c. 34.

Columba. Hujus figuram apparuisse in cœlo cum Sceptro in pedibus per duarum horarum spatium cunctis videntibus, memorat Al. ab Al. l. 3. c. 6. Antiochiæ Anno 394. per dies XXX. in cœlo apparuisse ardentis ac pendens columbæ signum, testatur Conr. *Lycosthenes* fol. 48r.

Cruces ad integram ferè horam in Polonia visas scribit Fincelius l. 3. de Mirac.

Anno 1218. In Episcopatu Monasteriensis meridiano tempore. *Tres Cruces* apparuerunt in mediâ pendens Viri, brachia extendentis manibus, ac pedibus clavis quasi affixus & demisso capite effigies visa. Cum ista præterissent duæ aliæ prodierunt, pallidos quarum altera versu meridiem stetit altera versum Septentrionem. Hartmann *Brannius* C. P. p. 352.

Anno 1273. In Coronatione Imp. *Rudolphi* Habsburgensis Aquis super B. Virginis Templo *Crux* lucida & quasi aurea hominibus conspicendam sese præbuit. A Crantzius l. 8. Saxon. c. 30.

Anno 1547. Quo *Concilium Tridentinum* promulgatum est Idibus Decembris, non procul ab urbe Româ, circa horam tertiam pomeridianam sereno cœlo confecta fuit in aère.

Crux

Crux rubra,
in cuius vertice
d. l.

Equi

Al. 3. c. 1.

Equi

paruerunt v.

Gigant

lo & terra &

ex *Dione*

Hist

vibratas (scilicet)

Anno 1000

Oriente cœlo

Pansalton

l. G. p.

Igni.

v. ignis nubi

Anno

in *Athenis*

pare & mori

spectrum pr

German.

Leo.

sem sagitta

quam avis

lieris man

L. de Noris

duo consp

concertant

mordicus ar

Helvetico.

& 735

Cruz rubea, & juxta illam *Virga sanguinea*, in cujus vertice *Aquila* vibrabat alas. *Fucelina* d. l.

Equi subsultantes in cœlo visi apud *Al.* ab *Al.* 3. c. 13.

Equites armati 2. *Maccab.* V. v. 2. & 3. apparuerunt v. *Arbor*.

Gigantum species sub *Tito Vespasiano* in cœlo & terrâ & interdiu in *Campania* conspecta: fuit ex *Dione* apud *J. B. Fulgosum* l. i. e. 4.

Hasta. *Hastas* in cœlo præliantium more vibratas *Italica* apparuisse scribit *Julius* *Obf.* c. 77. Anno 1009. Imperatoris *Alexii* temporibus in Oriente cœlo sereno *hasta ignea* cœlo visa *Hier. Pantaleon* Medicus *Basilienensis* de *Ord. S. Johannis*. l. G. p. 15.

Ignis. Ardere cœlum sæpius visum maiore vi ignis nubibus correptis *Plin.* l. 2. c. 57.

Anno 1677. Mense *Februario* *Mænia* urbis *Athenensis* in *Flandriâ* igne flammante cum stupore & morbo incolarum cincta apparuerunt, sed spectrum precibus incolarum extinctum. *Relat. Germ.*

Leo. *Leo* tenens dextro pede anteriori *fascem sagittarum* prope *manipulum spicarum* ad quam avis avolabat, videbatur, subtus imago *Mulieris* manus capiti suffulcientis *Nob. Chr. Brabeus* l. de *Novis Astris*. c. 17. In *Helvetiâ* Anno 1547. duo conspecti exercitus & duo ante illos inter se concertantes *Leones*, quorum alter alteri caput mordicus avulfit, uti refert *Perizonius* in *Chronic. Helvetico*. c. 35. *Peucerus* in *Teratôs*, pag. 734. & 735

Luna Soli aduersa in quadram abire visa, Hæctor. *Boëthius* l. 7. c. 5. sub finem p. 129.

Manus velut scribens visa ab Heliopolitanis Plin. l. 13. c. 7. Sic *Manus* atra & longa cum inflexâ virgâ versus templum versa â vigile *Stralsundensi* Anno 1670. 18. Januarii è turri observata servata fuit & Anno 1671. 28. Augusti *Ratibona* è rubicundâ nube longa manus prodiit in Viram ingentem conversa, è quo Aquilæ species efformata, contra quam Leo quasi dimicaturus insurrexit. Relat. Germ. Dan. V. 5. 6. Vide stella. *Manuum duarum* velut in fide junctarum ostentum cœlo valdè sereno Anno 1352. *Bajona* conspectum, ut in Annalibus tradit Fritschius. O si tale in terris hoc Bellonæ turbine ostenderetur miraculum & daretur pro spectaculo beneficium. Psal. LXXXV. v. 11. & 12.

Mensa. Notabile est, quod refert *Peucevus* d. l. p. 735. quò benivolam lectorem remitto.

Mulier. Mulieris imago ignei coloris in cœlo apparuit in Cephalaniâ Julius Obl. c. 73. Lycosthenes p. 365. v. Leo.

Naves. Navium species v. Classes in cœlo apparuerunt, ut refert *Boëtius* l. 4. fol. 68. & nostrâ ætate sapius, apud *Stralsundenses* Anno 1665. 10. April. Ostenda 1666. 7. Septembris: Cujus eventum nonnulli experti & alii adhuc dum prestantur. Bonæ causæ DELUS largiatur victoriam.

Pila à Leone versus Liliū agitata, sub specie *Aquila* à diversis avibus deplumata cerni potuit. *Virbi* 1650. 23. Martii. Visum ostentum à Cl. *Bræhe* ejusque lociis lib. de *Novis Astris* c. 35. qui suum de illo tulit iudicium. Id in cœlo

cœlo contigit. *Regulus*, cum riramusculum sectantibus

Sagittarius de V.

Serp

ingenti ma
mordicus
voravit]. B
de Cometis

Soler

speciem pra
peritus al
quilonarem

4 p. 93. A
gerimum
continens

Scotia A

Anno 12

epulum pa
ravit, hau

J. B. Fulg

Sic

culâ Tab
vis oculis

nis stella

30. Janu
pagam

duæ veri
humiles d

vicem Lep
Altera in
repente S

cælo contigit; in terris ominosum fuit, quando *Regulus*, cum in Pompejanam curiam rostro Lauri ramusculum gerens involasset ab aliis avibus insectantibus convulsus J. B. *Fulgosus* l. 1. c. 4.

Sagittæ & jacula bello Mutinensi visa *Cardanus* de V. R. l. 14. c. 69.

Serpens armatus sub *Antonini Pii* exitum ingenti magnitudine apparuit, qui apprehensâ mordicus *caudâ* semetiipsum supra dimidium devoravit J. B. *Fulgosus* p. 791. Confer. *Exstornius* de Cometis p. 237. 246.

Solestres in medio trium orbium, qui *Iridis* speciem præbebant, videbantur, tertius horum imperfectus altero cornu occidentalem plagam, *Aquilonarem* altero spectabat J. B. *Fulgosus* l. 1. c. 4 p. 93. Anno Christi 442. *Soldie* medio nigerrimum præ se tulit colorem, cælumque dies continuos duos stellis fulsit sub pietissimi Regis *Scotiæ Arthur* mortem H. *Boëthius* l. 9. p. 166. Anno 1207. Cum Imperator *Philippus* publicè epulum præberet, Sol in tres partes seipsum separavit, haud multò post in unum orbem converfas J. B. *Fulgosus* d. l. p. 95.

Stella. Anno 1500. in *Alsatia* non procul à *Tabernis* visum est in sublimi caput *Tauri* torvis oculis, inter cujus cornua insolitæ magnitudinis *stella* micabat. *Perizonus* d. l. Anno 1670. 30. Januarij. *Milliari* ab Urbe *Stralsundensi* ad pagum *Zarendorff* horâ circiter nonâ nocturnâ duæ versus occidentem *stellæ* ingentes aspectu, situ humiles duodecim passibus, uti videbatur, à se invicem sejunctæ in occidentali plagâ apparuerunt. Altera in septentrione, propior meridici altera, de repente *Septentrionalis* per lineam rectam contra

Meridionalem se movit, hæc paululum se commovere visa, at his ab invicem se motis prodierant *brachia* punicea puniceis cum armis, acinacis figuram magis quam gladii referentibus, pugnavit contra manum manus, ut capita manubrii sese prope modum attingere appareret, recessit elatâ manu *septentrionalis* stella in locum priorem; mox iterum *meridionalem* aggreditur pugnatque anteâ & quidem quinque. Regressâ tandem ad locum *septentrionali* stella & demisso telo, sextâ vice cum armis *meridionalem* adoritur, manumque armatam erigit & cominus dimicat, tandiu donec in *meridionalem* abire videretur, ac spectatores ex duabus unam tantum superesse cernerent *stellam*. Duravit portentum ad semi horæ spatium, postea evanuit. *Trabs* ignita, incredibili magnitudine, in terram delapsa apud *Soroxam* l. 3. c. 5. p. 435.

Vexilla. Lazurea & antea concertantes inter se *turmas* Anno 1554. Constantiæ apparuerunt. *Frischius* l. 4. Annal. & dudum ante Anno Christi 315. *Constantino* M. contra *Maxentium* pugnantem *Crucis vexillum* apparuit in aère, de quo vide *Notam* 5.

Sed quid, *benigne Lector*, sentiendam de his in cælo portentis, prodigiis ac imaginibus, quæ tamen non in cælo sed in *elementari* mundo insunt, & Lunâ omnino inferiores, uti suis Mathematici deprehendunt *Telescopiis*, juxta *Regiomontanum* Tract. de cometis. Cum celestium corporum influxû efformari non possint ut probe *Uarzens* dijudicat; aliundè causa accersenda est. Citra omnem controversiam l. à *divinâ* potestare.

Cicero

Cicero ex Cl
per quas Nu
tribus infor
sæpe calat
sam efficien
designat Jo
CXXXV.
dignis T. 2.

II. Ab
& Ministerio
et ministros
CIV. 7. Cre
vel à sanctis
amore gener
coram dicer
maginibus de
tini, non ut
illo modo re
fri copsemm
mor instrua
DEUS mala
chern in sua
17. & 84.

III. A
tan unipolix
est transform
mine Apoll
tè à legi
dominatur a
ait Corn. à L
rii fortitudin
are sæpe proc
is meteoris est

Cicero ex Cleanthe unam adfert ex quatuor causis, per quas Numinis divini Notiones hominum mentibus informatæ sunt, esse prodigia celestia, quæ sæpè calamitatem prænunciant, lib. de N. D. Causam efficientem primam Joël Vates Entheus Deum designat Joëlis II. v. 10. 11. Vid. Act. II. Psalm. CXXXV. D. Gubertus Voëtius longiore vitâ dignus T. 2. D. 55. D. N. Mir. p. 915.

II. Ab Angelorum bonorum promissitudine & Ministerio *Facit enim Deus Angelos Spiritus, & ministros, ignem urentem ac fulgentem Pl. CIV. 5. Credibile est pleraque ostenta à Deo ipso vel à sanctis Angelis confici & confirmari, qui amore generis humani, quam ex æterno DEO coram didicerunt Ideam & seriem eventorum his imaginibus delineatam nobis contnendam proponunt, non ut prævideamus, quæ subterfugere vix ullo modo possumus, sed ut his admoniti de nostris cogitemus peccatis, & admoniti revereamur Justitiam & vitam emendemus, & ut DEUS mala avertat supplicemus. vid. A. Kircherus in sua Diatribe de C. P. part. 2. c. 1. p. 25. 27. & 84.*

III. *A Damonum fraude. Est utique Satan $\mu\upsilon\pi\iota\omicron\varsigma\epsilon\chi\upsilon\textcircled{C}$, qui se in Angelum Lucis potest transformare 2. Corinth. XI, 14. Quo nomine Apostolus vocat τὸν ἀρχὸν τῆς ἐξουσίας τῆς αἰρῆς. Ephes. II. v. 2. Qui in tenebricoso dominatur aëre. Communis D. D. est opinio, ait Corn. à Lapide, quod aër iste plenus sit contrariis fortitudinibus puta Damonibus, quæ scilicet in aëre sæpè procellas, turbines, fulmina, tonitrua ac meteoræ efficiunt, ut frugibus, bestiis ac hominibus*

nibus noceant: Quia in terra estus, sterilitates, morbos, pestes, inundationes, bella, aliusq; clades concitant: Qui denique homines assidue ad gulam, libidinem aliaq; vitia sollicitant, & impellunt saepe ad terrorem panicum. Vid. Strozza l. 3. de Magia c. 5. & 6. J. Wierius de Præst. Dæm. l. 1. c. 12. p. 58. seqq. Joh. Garzeu c. 4. p. 9. Inde est, quod asserit Peucerus: Fulgentium in aëre effigierum magnam varietatem & c. DEUS, Angeli saepe Diaboli effingunt: Saepe nubes vaporesq; radiis perspersi in multaq; stellarum desuper & partibus aliis plus minus aliis nitentes vario positu exprimere videntur. Teratose. p. 733. Sæpe hominis Idea sibi fingit, idem p. 727. & 736. verè Medina loquitur: Agit Deus cum hominibus non modo humanâ linguâ per sacros Vates, ut à peccatis avocemur & resipiscant: Sed nonnunquam ipsis Elementis in formas & imagines diversas ad excitandum terrorem compositis. 2. Param. c. 3. Scilicet rarâ à DEO insiguntur verbera, quin præcesserint appetentis calamitatis indicia. Naxera T. 2. p. 683.

NOT. 94.

S. 7. p. 237. Cruces in vestibis efformatus & c.

Ita asserit Cardanus, & testatur Historia. Præterquam enim, quod Anno Christi 361 Juliano Apostata ingresso vites post vindemiam uvis acerbis & in maturis onustæ apparuerunt; Ros in Juliani & Comitum vestes ex aëre delapsus singulis guttis signum crucis impressit pro omine, Impera-

Imperatorem
rum, sed glo
ut habet Zo

An
imperante
anno XII. et
lymitani reli
com Cyrillo
thianis, & r
milapidem
repente foru
moem structu
sit, disculit,
lapis mansiss
ingatis, part
num igitis, q
goes, lecar
menta in ci
mappis altar
anorum sed
orum lumina
aliisque vici
Et, quod m
ronatam in
rulle referu
arte, imò r
mens. H
Ann
rator in Ar
lum mover
derepentè c
guum.
Anno
re motu col

Imperatorem immaturo ætatis tempore periturum, sed gloriam crucis CHRISTI duraturam, ut habet *Zozomenus*. H. E. lib. 5. c. 1.

Anno Christi 363. *Iuliano* prædicto non imperante sed sæviante sub *Liberii Pontificis* anno XII. cum stolidis Judæis Templi Hierosolymitani restaurationem concessisset, orantibus cum *Cyrillo* Hierosol: Ecclesiæ Episcopo Christianis, & ridentibus Judæis CHRISTI verba; *non lapidem supra lapidem mansurum*: Ecce de repente formidabilis terræ motus exortus, & omnem structuram cum lapidibus funditus concussit, discussit, disjecitque, ut *nullus super lapidem lapis mansisse reapse videretur*: Judæis partim fugatis, partim interfectis, inlecutus terræ motum ignis, qui opificum palas, ferras, ascias, ligones, secpres, malleos, scalpra atque alia instrumenta in cineres redegit, & nocte insequenti in mappis altarium, libris, vestimentis non Christianorum sed Judæorum & Gentilium *crucis* radiorum lumina figuratæ Hierosolymis Antiochiæ aliisque vicinis urbibus impressæ comparuerunt: Et, quod mireris, *Iuliano* Tyranno Crucem coronatam in extis animalium introspectiendis apparuisse referunt, at Cruces nullâ industriâ, nullâ arte, imò ne vi quidem elui potuerunt. *Sozomenus*. H. E. lib. 5. c. 2.

Anno Christi 395. Cùm *Arcadius* Imperator in Armeniorum favorem contra Persas bellum moveret, coëuntibus in prælium militibus, derepentè cruces in vestibus patuere in *victoriae* signum.

Anno 419. quò multæ in Palestinâ villæ terræ motû collapsæ, CHRISTUS in nube apparuit

& Baptizatorum vestimentis Crucis CHRISTI imago expressa apparuit. *Marcellinus in Chronico.*

Anno 954. Ignis cælitus demissus Parisiis sub formâ Crucis vestibus hominum inhæsit, *Leo Ostiensis in Chronico.*

Anno Christi 958. Ottonis M. Anno XXII Imperii Cruces in vestibus apparuerunt, quin etiam infectæ maculis & velut lepræ sanie conspersæ videbantur. *Trithemius de Monast. Hirschschangensi.*

Anno 1245. In Regno Castellæ in congregatione Judæorum vanis, Pseudo Messiarum solatiis deceptorum visæ Cruces in sindonibus, quarum prodigioso spectaculo plurimam fidem Christianam conversi, ut habet *Alphonsus Spina* Medicus Judæus, qui Miraculo huic interfuit lib. de Bellis Domini contra Judæos.

Anno 1500. in Germaniâ ad Rhenum & Spanhemensi Monasterio, item Moguntiz, Bingenæ Cruces parvulæ & confusi coloris in lineis, vestimentis, peplis, mensarum mappis, & in cistis alioque reconditorio inclusis linteaminibus conspiciebantur adjunctâ quâdam pinguedine, ut nullâ potuerint lotionem deferri, ad X tamen diem perse evanuerunt: Pöst biennium secuta pestis, quæ oppida suis viduavit incolis.

Anno 1502. In Pomeraniâ Cruces diversæ coloris visæ, potissimum in vestimentis Mulierum è multis etiam locis signa Passionis Crucis conspècta, quæ abradi non facile potuerunt. P. Friseborn in *Chronico Stetinensi* l. 1. p. 134.

Anno 1. Regiminis *Elisabethæ* magnæ
Bri-

Britannia Re
solemnitati in
opinionem t
locum rep
tes crucis t
runt.

Anno
pasculi illu
pulus prim
funtarum p
leratus tant
ad XXX m
lum terra m
sogens igne
hanc miror
har, & fra
perant, eff
pâ; Hum
sole exsic
abstomilem
sulfuræ
rejestamen
tū & im
credibili f
erubesse
sta efflu
rea Leon
minum c
addit a q
re indij
giata cr
super ho
lans un
rus & J. B.

Britanniæ Regiæ, dum Regni Procere publicæ solennitati in templo interellent, ingens præter opinionem tempeſtas exorta fulminibus & fumo locum replevit: Quo evaneſcente cuncti præſentes crucis typo inſignitas veſtes animadvertunt.

Anno 1660. III^{to} Julii circa primam crepuſculi illuſcentiam in Monte *Veſuvio* fumus igni miſtus prima dedit tempeſtatum calamitatumque futurarum præluſia. Fumus in pini morem allevatus tantum paulatim incrementum cepit, ut ad XXX milia paſſuum ejaculatus in altum calum terra miſcere velle videretur. E veſtigio ingens igneorum globorum eructatio inſecuta, hanc murmur ſubterraneum horrendi tonitru inſtar, & fragores non abſque fulminibus exceperunt, effuſâ ingenti ſub nigri coloris arena copîâ; Humidiore ſubſtantia initio videbatur, at ſole exſiccata in candidum floccis goſſypii haud abſimilem vertebatur colorem, niroſa ſalina, ſulphurea & bituminoſa miſcella indicium. Hiſ rejectamentis inſequentibus diebus ad X Julii noctem & interdum Mons ſarive non deſiit cum incredibile ſumi & ſaxorum copîâ, ut mons montes eructaſſe videretur, quorum incremento ambitus ita effloruit, ut nive tectus videretur. Sole interea Leonem ſubeunte in liateis ac veſtimentiſ hominum crucularum phaſmata obſervata fuerunt additâ quâdam viſita in impreſſa, ut non Natura induſtria, ſed occultiore manus penicillo effigiata crederentur. Ad cujuſmodi conſpectum ſupor hominum mentes concitavit & fama volans univerſam Italiam complevit. A. Kirchetus & J. Bapt. Zupi Relatione. Cùm nihil fortuito,

aut casû fiat, unde istæ cruces ortum habeant, disquiritor. Citra dubium DELUM agnoscunt Autorem, qui omnes Naturæ effectus suâ providentiâ & virtute complectitur, & *solus in celo ac terrâ facit miracula*; Sed etiâ causarum naturalium concursus hic locum habet, divinæ gloriæ semper famulatus. Quædam phænomena nihil aliud, quam vapor ex rejectamenti natus, quod varia figura, numerus, color, odor comprobare poterit. Sed de his Doctissimus Kircherus videri poterit Diatribe de Cruc. Prodig. quæ Neapoli comparuerunt Impr. Romæ 1661.

NOT. 95.

§. 7. p. 238. *Mutojam &c. Interdum tritico vino &c. pluisse.*

Nec omitto etiâ Lanâ; ut in Galliâ, juxta agrum Atrebiensem: item Lacte & terrâ in agro Tusculano J. B. Fulgosus de Prodig. l. 1. c. 3. p. 91. Imo & lapidibus. Devictis Sabinis quum Tullii regnum in magnâ gloriâ surgeret, Regi ac Patribus nunciatum in Monte Albano lapidibus pluisse: Quod cum vix credi posset, missis ad videndum prodigium in conspectu, haud aliter, quàm cum grandinem venti glomeratam in terris agunt crebri cecidère calo lapides Alex. ab Alex. l. 5. c. 23. Excell. Dn. D. G. V. Stocken Amœn Hist. Cent. I. c. 17. p. 104. Anaxagoras Clazomenius Olymp. 78. 2. Anno prædixit, quod postea contigit, lapidem ad fluvium Egos in Thraciâ ubi species ejus in planstri magnitudinæ apparebat, delapsurum. Plinius Cælestium litterarum scientiâ quibus diebus saxum casurum

rum esset è Sole, de quo ipse rectè dubitat, prædixisse docet. l. 2. c. 58. Durante Comerâ, flavit ventus, qui suo impetu lapulem subvehere & in fluxum dejicere potuit, ait Doctiss. Gassendus l. 10. in Diog. Laert. 1144. Quid si ex Dæmonis ope ejusque revelatione, ut fidem mendaciis suis conciliaret, Anaxagoras, hæc præscivit & prædixit? Vid. *Delrio* D. M. l. 4. c. 2. *Strozza* l. 3. c. 33. Imperante *Lothario* Cæsare Anno 8. Imperii ad significandam pestem, quæ isto anno crudeliter in Saxonibus sæviit, grandine mixtis lapidibus pluit. Anno, qui *Friderici* Mortem antecessit, in Italiâ lapidibus aquâ mixtis pluit *J. B. Fulgosus* l. 1. c. 4. *Cardanus*, Vidimus, ait, Anno 1510. cum cecidissent è caelo lapides circiter bis mille & ducenti in agrum fluxio *Abduæ* conterminum, ex his unum centum & viginti pondus, alium sexaginta. Delati fuerunt ad Regis Gallorum Satrapas pro miraculo plurimi quibus Color ferrugineus, durities eximia, odor sulphureus. Intra viginti menses pulsus Galli. l. 14. de V. R. c. 62. In agro Repallenti non longè à Cremâ caelo sereno lapis decidit, capitis humani magnitudine, qui se in terram ultra duas ulnas condidit, & in saxum illidens in duas partes fractus dissilit. *J. B. Fulgosus* p. 92. Anno 1492. Non procul à Basiliâ ad oppidum Ensheim triangulari formâ pondus 300 cecidit Lapis sequebatur *Friderici* Imperatoris obitus. Vid. *Pencerus* in *Teratosc.* p. 737. *Majol. D. C. Coll.* 1. v. 10. Lapidem autem pluuisse contingere autumat *Cardanus* ex causis naturalibus. At quia hæc superioribus sunt subjectæ, prodigiosa pluvia est, maximas calamitates prænuncians ostenditque hominum

num corda lapidea esse crudelitate ac ferocitate consolidata duris lapidibus quasi confringenda l. 14. c. 70. p. 539. Gravior foret, si veritate niteretur, Nummorum cœlitus delapsorum pluvia, de quibus mentem suam aperit M. Tielmannus Frisius Autor germanicus, cujus verba latine sic habebunt: *Referunt varia experientie homines decidisse aliquando de celo in pluvia, quâ Iru, quam clarissime exsplendescens, fulgorem suum in pluviales guttulas injecerit, Nummos antiquis Romanorum argento, forma ac specie faciebûs quoque collotenus impressis per similes, nisi quod undique præacutus radius instar stellarum cingerentur, unde stellarum jacula asterisci guttæ Apollinis atque Iridis flores à nonnullis appellati.* Specul. Monetar. l. 1. c. 22. Paria habet L. Thurneiserus; Sunt Nummi aurei densus compacti, rotundi, & patelle instar aliquantum concavi. Modo guttæ Apollinis, modò spermata Solis & Iridis vocantur Virtute Solis (per operationem influentis cujusdam naturalis ac Elementaris Virtutis) cum Sol Iridem illuminat, in ipso puncto conjunctionis radiorum Solis & Iridis subno creari, ita formari, ac postea decidere creduntur. *Miranda in iis figura atque Imagines, quarum raro duo sibi similes judicantur, sententiisque admodum adversantibus pronunciantur, dicuntur etiam Ἰππῶν à Sole & occultâ quâdam spirituali præparatione, quemadmodum græcum ex Ἰππῶν & ἦλιος compositum descendit, de quibus fulius Paracelsus l. 4. De Impres. Cœlest. c. 15. Hæc Thurneiserus in Onomastico p. 44. in voce Ἰππῶν & ἦλιος: Equidem ineffabilis DEI potentia mirificè operatur tam in aëre, lapidum, sanguinis*

guinis framenti que pluvis, quam terrâ auri, argenti, cæterorumque metallorum & fossilium proventu, de quibus videantur viri Clarissimi *Dn. Sachs à Levenheim* *Gammæ*. c. 6. & 8. *D. Major Dissert de Cancris & Serpentibus petrefactis. Dn. Vogtius Delic. Physic.* c. 5. Non fallax tamen conjectura est, quam *Excell. Reichelius* de anili acidifculâ *Thurneiseri & Frisii* sententiâ profert. Numos a Vandalis cum suis *Asteriscis* mirisque ac Magicis, (Gnosticis ac Phantasticis) characteribus in Siciliâ, si qui reperti fuere, cusos, quos sigillorum Patroni & propugnatores pro cælitus demissis nummis æstimârunt, sibi que & aliis nimium quantum! imposuerunt. *Exercit. supra citat. n. 30.* Somnia esse credas, & Jovis in sinum Danææ effusi imbris aurei guttulas superstites, ut *Stoicus* aliquis in porticu habeat quod clamet: *Ὅλον κενὸν!* Quantum enim est in rebus & Ideis humanis inane!

NOT. 96.

§. 8. p. 238. *Cætera quoque meteora, quam naturaliter generentur, in serviori tamen interdum dispensationi divinæ, ita Manna Israelitarum. &c.*

De hæc memini aliquid allatum. not. 26.

Pauca, quia *Gassarellus* noster illicium præbet, subjungenda sunt. Et I. an *Meteorum?* *Josephus* Judæus equidem scribit ætate suâ pluvisse *Manna*, in ipsa regione, in qua Hebræis l. 3. c. 1. *Quin & nostris, ait, temporibus tota ea regio genere hoc compluitur, quemadmodum olim in Moysis gratiam DEUS id alimentum demisit.*

p. 73. *Roric* tamen nomine appellat: *Ros*, ait, *de*
caelo delabitur, qui cum Manibus eius (Moyſis)
herens concreviſſet, ſuſpicatus ille hanc quoque
alimoniam à DEO demitti, deguſtat: Latusque
re compertâ turbamignarum & putantem NIN-
GERE monet opinione falli, NEC VULGAREM
ROREM DE CÆLO DESCENDERE, ſed a-
limoniam, quæ ope alia deſtitutos periculo famiſ
eximeret, at mox præguſtatum offert, ut ex per-
to crederent. Loco citato. p. 73. ſequentibus
verbis Manna deſcribit. Et hinc Doct. Com-
mentator in Exodum Iohannes Dela Heye: Erat
ros, inquit, inſtar farine vel tritici ex parte mo-
liti. Unde ex Manna conſiect poſerat, quicquid ho-
die ex tritice à farina facimus, tundeſatur, pinſe-
batur, coquebatur in furno, frigeſatur oleo, in-
dulcorabatur melle. p. 27. Quæ Valeſii mens lit,
legatur S. Phil. c. 52. Carolus Franciſcus de
Raconis part. 2. Diſp. de mixtis. Quæſt. 4. p. 181.
Idem cum naturali & communi fuiſſe aſſeverare
audet. Videatur Gaſſendus in l. 10. Diog. Laërt.
p. 1119. ſeqq. Lev. Lemnius lib de P. & H. Bibl.
c. 3. Galenum ſecuti, qui, ubi de melle agit, re-
*fert in Monte Libani ſæpius decidere *Droſomeli**
*& *Aeromeli*, mel roſcidum & ærium, ſuntque*
illi halitus aquæ terræque ſolis calore exactè at-
tenuati & cocti & frigore ſecuta noctis in unum
coacti, denſatiſque l. 3. de Aliment. Facult. c. 39.
Mathiolus in l. 1. Dioſcor. c. 70. 71. 72. 77.
Plinius l. 12. c. 90. Huc referendum, quod Ful-
goſus tradit. Anno 1494. Adventantibus in Ita-
liam Gallis, Manna pluit, quæ ex arborum fron-
diſus lecta ad Medicinam ſalubris fuit mandenti
l. 1. c. 4. Sed premenda Verba ſacriæ Hiſtorix
 Exod.

Exod. XVI. v. 12. Et Josephi dicentis, non vulgarem fuisse *Rorem* sed de cælo descendentem: Et ita appellari potest *Manna*, *pluvia voluntaria segregata à DEO hæreditati* Ps. LXVIII. v. 10. Planè miraculosa, **QUOTIDIE FACTA PER ANNOS QUADRAGINTA** in equali fortitudine ac robore & fortassis cum maiore etiam vi, non tantum ad alimoniam sed & divinum decretum animas & corpora conservans. Iliodoros Pelusiota l. 3. Ep. 341.

2. An impressam habuerit figuram & in *Græcis* characterem hebraicum ἢ Vau? Textus habet: Et dixerunt: **מַה הוּא** quid hoc? quia ignorabant **מַה הוּא** quid illud? Septuaginta: ἰδούτες ἢ οἱ ἄνθρωποι ἰσραὴλ, εἶπον ἕτερον τῶν ἑτέρων, τί ὄντι τῆς τοῦ, & ὡς εἶδεισάν τε ἦν. Propria dictio est ἢ composita à Populo ipso prius admirato cibi novitatem, ac dicente **מַה הוּא** *Man hu!* Ignorabant enim, quid esset, idè ἀδιὰκριτος nomine *Man hu?* tam excellens bonum, cum nomine alio circumscribi non posset, insigniverunt, quorum interrogationi Moses respondet: Hic est panis, quem dedit vobis *Iehovah* ad vescendum. *Chaldei* addiderunt & ut *Manna*, quos Latini sequuntur. Josephus: καλῶσι ἢ ἑβραῖοι τὸ βρώμα τῆς μάνας. Τὸ δὲ μάν. ἐπερώτησις καὶ τῶν ἡμετέρων διὰ λέγον, ἢ τῆς ἐστὶν ἀνακρίνουσι. Hoc (alimentum) *Hebræi* *Manna* vocant. Nam hæc vox *Man* in nostrâ vernaculâ est percontativa, quid hoc est? Interrogans. lib. 3. A. J. c. 1. p. 73. Sic ante enim *Septuaginta* *Senes* reddiderant ἢ ὄντι ὄντι. *Drusius*, cui adscriptor *Piscator*, ἢ vocem esse vulgæ *Ægy.*

*Ægyptiacam, & idem dicitur quod ἄρτος, & hæc ut satis diu in Ægypto commoratos, fuisse ufos. Vid. in Loc. Difficil. ad Exod. c. 27. p. 188. seqq. Apud Autorem libri Sapientia c. 16. v. 20. Manna dicitur ἐπιμῶ ἀψιθῶ ἀπ' οὐρανοῦ. Paratus Panis de coelo præstitus, esui aptus, nec aliâ preparatione indigens. Sine labore præparatus. Oleaster à τῶν numeravit, deducit, unde minah seu mina vel libra genus ponderis & Mana h. e. donum, portio, pars, & Man quod Mana vo camus. Et hinc dicunt paratum ad comedendum apud Joh. de Lattar dicto loco, & cum illo linguæ Ebrææ scientissimus *Simoni de Myis* docet, Man appellata est à verbo מן Minna, quod est præparare & veluti ad numerum exhibere, quasi in dic. u: cibum à DEO paratum. Neque enim ita dicta videtur, quod illam cernentes Israëlita percontati sint invicem, quidnam esset: Nam Man ut Chaldaice & Syriace sit vox percontativa; non tamen est Hebraica. Non autem tunc Israëlita loquebantur Chaldaicè, sed Hebraicè, miror hoc non vidisse *Iosephum*, nihil dico de latino interprete, qui hic græcum secus us deflexit ab Ebræo Comment. in Psal. LXXVIII. v. 25. p. 465. Ita adversatur *Druſio Musius* solertissimus Bibliorum interpres.*

Vatablus *Man* à τῶν significat donum ac si dicerent: donum est, quod Dominus pollicitus erat sedaturum nobis. Significat portionem sive partem, tanquam dicant, portio nostra est, quam dedit nobis Dominus: Ita exponunt Doctiores Ebræorum. *D. Rivetus*, videtur, inquit, significare numerosum, quia descendebant grana magno numero. Exercit. in h. l. p. 420. 421. Sed cum infor-

mâ

nd & magnitudinem
men *Coriandrum*
fuisse oportet
tum, qui Pan a
tuerit. Et quomodo ad gaudium
mysterium in
gnata, cum Hebraicis
naris tantum
nis initialem
arripit, ut loquitur
cur non comestulcat?
In enim: *yes* prius
vros indicat a
divinitatis origi
sonam. n Hebraicis
ta Trinitatis
vinam & hanc
n & copulativam
precedentem
Cabalisticæ S
Man, inquit
manationis V
l. 3. A. C. P.
Rabbinorum
si voces
retundenda
Spiritus an
6. interpre
lain. l. 2. c.
Alcasar in
in Exod. VI
Manna in

mā & magnitudine *Coriandri* deciderit, quasi *Se-*
men Coriandri Num. XI. v. 7. Valde minutum
 fuisse oportet Literam *Vau*, & summè ocula-
 tum, qui *Vau* à *Iod* vel *Tsain* discernere po-
 tuerit. Et quia Rabbinorum dogma quodam-
 modo ad gustum videtur esse *Gaffarello*, quale
 mysterium in litterà *Vau*, quā *Manna* putatur si-
 gnata, cum Hebræis exculpit? & cur notam *Se-*
narii tantum imaginatur? Cur non cum Rabbi-
 nis initialem *Mem* aut *He* finalem *Gaffarelus*
 arripit, ut solam *Vau* de medio subducatur? Et
 cur non combinationem, quam *Vau* aliàs infert,
 inculcat? In Nomine Tetragrammato *יהוה*
 enim *Iod* prima, principium significat, & *Pa-*
trēm indicat æternarum personarum principium,
 divinitatis originem, primam in S. S. Trinitate Per-
 sonam. *He* duplex est & secunda, quia *secun-*
da Trinitatis Persona duplicem habet naturam,
 divinam & humanam. *Vau* *Tertia* conjuncti-
 va & copulativa Spiritum Sanctum à Patre & Filio
 procedentem æterni amoris vinculum denotat.
 Cabalisticæ Sapientiæ Thesaurarius Joh. *Caprio*
Vau, inquit, denotat Essentiam supernorum E-
 manationis VI, qui dicuntur *Malachim* מלאכי
 l. 3. A. C. p. 715. Hæc igitur de litterà *Vau*
Rabbinorum doctrina ut *Gaffarello* suas qua-
 si voces reddam, inservire nobis potest ad
 retundendam Judæorum, quos *littera occidit*,
 Spiritus autem vivificare potest 2. Cor. III.
 6. interpretandi audaciam ac lasciviam. P. *Gal-*
latin, l. 2. c. 10. *Baradius* T. I. l. 5. c. 6. p. 183.
Alcasar in Apoc. p. 140. seqq. J. C. *Dietericus*
 in Exod. VI. v. 6. p. 161. Donum illud cœleste
Manna in memoriam revocare debuit *Numus*

aut Siclus *Samuelus* Prophetæ: Spectabatur in alterâ parte manipulus spicarum vario florum ac fructuum genere interfructus, sed inter duas urnas, puta vini ac olei consistens: In alterâ exhibebatur, de qua *Drusus* loc. Difficil. ad Exod. c. 18. p. 189. cum Lemmate: *Negaltha* *Leswon* h. e. ereptus à jejunio. Apud *Vilalpandum* de Pond. & Mens. l. 1. Disp. 4. c. 27. Id verò nobis benignissimus Deus præstat Plal. XXIII. v. 12. 3. 5. & XXXIII. v. 19. *Panis de cælo, verissimus, dulcissimus, saluberrimus* CHRISTUS Animas à miseriâ, ab iniustitiâ, ab exilio, ab exitio, à jejunio, à morte, ab inferno eripit. *Casarius*, juxta percipientis ait desiderium esse illius erat dignitas (ubi de Manna sermo est) & unumquemque variis ac alienis saporibus reficiebat *melissimum pluvia illius donum, & multiplex sacri imbris obsequium* Homil. 3. de Paschate. Huc facere arbitror, quæ *S. Hieronymus* docet: *Quicquid volueris ex Sermone divino, nascitur, sicut tradunt Iudæi, quod Manna quando comedebant, secundum voluntatem unius cuiusque suo sapiebat in ore, verbi causa: Qui Manna comedebant, si desideraret pirum, si uvam, si panem, si carnes, secundum voluntatem comedentis, sic erat sapor in Manna in ore desiderantis*, Commentar. in Plal. CXLVII. Num. XI. v. 7. *Iosephus*. A. J. l. 3. c. 1. p. 72. & 73. De meo JESU jure justissimo id affirmatum iveris, meditare, & quære in illo omnia. Omnia inveneris, omnia habueris, Panis cælestis est Joh. VI. 50. *Manna* est omnimodi Saporis & oblectamenti, injusto homini est *justitia*, maledicto *benedictio*, tristi *letitia*, infirmo *robur*, esurienti *panis*, sitienti *agua*, nudo *vestis*.

hic, ex illi refectio
lanita. mortuus
IN OMNIBUS
omnia perip
est ante omni
STANT Colo
dote, quoniam
qui sperat in
decerit ag
ditissima etc.
racillima cont
illo Angelus c
lib finem p. 9
id Nicolai ol
singularis.

S. 9. p. 24
pro Cruce
Variat
in sub obseq
mod à Viris
nense Julio.
panis grandin
decidibile. S
rodem præter
nem quadra
denudati bra
tulis sanguine
ta non sperne
ppora! uti
nihil significat
vranæ. gram

ſu, exuli refugium pariter ac domicilium, ægrotis ſanitas, mortuis vita, damnatis ſalus, OMNIA IN OMNIBUS, ET OMNIBUS OMNIA, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & OMNIA IN IPſO CON- STANT Coloff. I. v. 17. *G*uſtate ergo & vi- dete, quoniam ſuavis eſt Dominus; *B*eatus vir, qui ſperat in eo! Pfal. XXXIV. 9. Sic nec *P*io deerit ἀὐτὸς Ἰησοῦς. de quo videatur eru- ditiffima *L*xc. Dni. D. *K*orholt Fautoris hono- ratiffimi contra *S*almaſium Exercitatio, & cum illo *A*ngelus *C*arinus Diſquiſit. Locorum N. T. ſub ſinem p. 99. *F*rancof. 1602. Nec non *H*en- rici *N*icolai olim P. P. *G*edanenſis Tract. de pa- ne ſingularis.

NOT. 97.

S. 9. p. 240. *V*iſa eſt ſapinus grando, in quâ figura *C*rucis &c.

Variat sæpè sæpius figuras *N*atura; ſed non niſi ſub obſequium *C*reatoris. *A*ddere placet, quod à *V*iris fide dignis allatum eſt, Anno 1676. menſe *J*ulio. In viciniâ *U*rbis noſtræ *F*lensbur- genſis grandinem copioſam cum figurâ *o*culorum decidiffe. Sed & hoc memorabile eſt, *M*enſe eodem præterlapſi anni repertam in agris grandin- em quadratam, hominis figuram ad umbilicam denudati brachiisque carentis & in pectore gut- tulis ſanguineis notati repræſentantem. *L*ectu- ra non ſpernenda eſt, ait *A*utor: *A*t ego; non figura! uti enim dantur *M*eteora ἀόμωρτα nihil ſignificantia, ut ſunt pluvie, nives, rores, pruine, grandines, fulmina & tonitrua, ſi ordi-

ne, tempore, loco, modo conveniente fiant: Ita etiam *σημείων* significantia præter Naturæ cursum, insolitoque modo occurrentia, & insolitis figuris modisque, calamitates, bella, clades, seditiones, conspirationes, hostium irruptiones, mutationes, pestem, famem, tyrannidem, ac mores denotantia. Vid. *Garzeus*, *Fromundus*, *Gassendus*, *C. Bartholinus* & *Peucerus* *Meteorol.* p. 585. seqq. *Cardanus* lib. de V. R. c. 70. in fine p. 544. & *Alexab Alexl.* 3. c. 5. v. Nota. 95.

NOT. 98.

§. 9. p. 241. Scribit de nive *Sexagonam* inveniri.

Non hic de colore aut de albedine Nivis quaeritur, nigram enim appellare ausus *Anaxagoras*. *Conimbricenses*, genuinum & verum colorem Nivi attribuant candidum. Oritur, ajunt, candor in nive potissimum merito earum partium, quæ magis acrescunt. Ob quam item rationem albescit spuma & aqua interfuso oleo, ut docet *Aristoteles* l. 2. de Gener. Animal. c. 2. Ubi & nivem spumam quandam esse dicit. Vid. *Plin.* l. 17. N. H. c. 2. Candor itaque verus & expressus Nivis color est ut volunt *Conimbricenses* tract. 7. de Meteor. c. 5. p. 65. Ita derivant à partibus æreis, cum aer ex se nec candidus sit nec cæruleus. Doctissimus *Gassendus* candorem ex bullularum superficieculis derivat in lib. 10. Laert. Cl. *Vogtius* colorem omnem denegat, cum sulphur non habeat ratione essentia, sed ratione existentia & loci, & sic propriè non colorem p. 830. cent. 3. Q. P. Quæst. 92. Confer *C. Bartholi-*

colinus *Dilp.* de
e ut philoſoph
bedine, inquit
cari animus fut
an alba fit, alb
dore lucis diffi
quo turgeſcit
ri. Nam
feſcit, Meteor
ſequitur Philo
Aqua ſpumam
ſubſtantialiter
non credo, A
Perſpicuitatem
em. Con
pneis bullis
de Nive idem
corius est
Nive ſequi pro
Nivem non pe
Artic. 2. Un
tem à Sole N
lum candore
ſubſtantiali
quidam mixti
quibus tota
ſulle præcip
Ita dixerat
ruſcere.
Nive
ſoteles l. 5.
lib. 11. c. 3.
In Ni
Nare vermi

tholinus Disp. de Nive. *Libertus Fromundus* liberè ut philosophatur, ita liberè loquitur. De *albedine*, inquit, *an candore nivis*, multa hic altercari animus fuit, magna enim reverà dubitatio est, *an alba sit*, albore scilicet illo, quem vulgò à candore lucis distinguimus, hoc certum est Spiritum quo turgescit causam imprimis esse illius candoris. Nam vetustate & halitu evanescente rufescit, Meteorolog. l. 5. c. 5. p. 326. Rem persequitur *Philos. Christ.* l. 3. de Animâ c. 3. Artic. 3. *Aqua spumans*, ait, & *Nix tam candida, quid substantiâ aliter aliud est, quam aqua*; attamen non credo, *Aquam à suâ formâ posse dealbari. Perspicuitatem habet à suâ formâ non albedinem.* Candor autem spumæ & lumen Solis spumeis bullis aëre plenis infusum & sic tingens. De Nive idem existimant nonnulli: Sed fortasse verius est quod ait *S. Thomas*: *Albedinem in Nive sequi principia essentialia subjecti, & ideo Nivem non posse fieri nigram.* I. P. Quæst. 9. Artic. 2. Unde præter lumen extrinsecum affusum à Sole *Nix ab intrinseci principii essentialibus candorem aliquem habet.* i. e. à formâ suâ substantiali, non elementi aquæ, sed corporis cuiusdam mixti; præsertim quantum ad Spiritus, quibus tota undiq; turget, & in quibus candor ille præcipuè lucet. &c. p. 519. Lovanii 1649. Ita dixerat antea vetustate & halitu evanescente rufescere.

Nivem vetustate rubescere, tradidit *Aristoteles* l. 5. de Historiâ Animal. c. 19. & *Plinius*. lib. 11. c. 35.

In Nive, ait, *reperiuntur candidi & vermiculose* *vermiculi in mediâ quidam altitudine rufescentes*
ad 3 tule

zuli (nam & ipsa Nix vetustate rufescit) *hirtipilis*. Ita in *Armeniâ*, si Eustatio Comment. in *Æliad*, fides est habenda; **Rubentes Nives** reperiri refertur ob minii, quò ea regio scater, copiam, Alexander ab Al. l. 4. c. 9. *Comimbricenses* tract. 7. c. 5. Nivem *Ceruleam* juxta fretum Magellanicum videri refert *Cardanus*: Existimandum est, addit, solam superficiem sic affici: *Nam & in nostris regionibus quandoque Crocea aut rubra conspicitur.* Rubescit enim vetustate, antiquior ergo ubi evaserit, *Cerulea* fiet, non solum ob vetustatem ipsam, sed quod ad glaciæ naturam accedat: Et prospectum è longinquo, quemadmodum in aère evenit, *Ceruleum* ostendat. l. 1. de V. R. c. 4. Sed de Figurâ Nivis nivoso hoc anno pauca sunt subjungenda: *Sexagonam* reperiri, ait *Gassarellus* noster, nec à vero abit; Iterum nobis in gelidas partes citandus est *Cardanus*: Idem narrat, persape eadem nocte nivem cadere decem aut quindecim modis variatam, ut non modo Crucis, modo stellæ, modo floris, aut rosæ, aut liliæ, aut scorpiæ, vel muscæ Imaginem quandam referat; **MIRUM** sanè est, ut, que noctis primâ horâ cadat, tota crucis Imaginem, exempli causâ, que secundâ stella que tertiâ liliæ, atq; ita de singulis, referat &c. Porro **UNDE FIAT**, non adeò planum & perspicuum. Sed videntur omnia & vaporis crassitie procedere, propterea neque semper apparent. Ut enim cera formatur, aqua non formatur; ita contingit de vapore crasso aut liquido, formatur autem à ventis, ut etiam illis velut in floribus ac papilionibus ex uno multa prodeunt l. 14. c. 70. p. 544.

Hæc

Hæc facie in triplicem
tas cruceis dicitur
mus de Mundi
offert jam
ostendit. C
regius Calicut
ferit, in fossis
torum floribus
causa, quod in
rit impregnata
erudita Neote
ximo delodat
lic certalioque
& ut *Fremont*
loquit Figuram
nam quali nro
natur, & recur
que à furo
mirabilem han
pulcherrima, m
ter radius, q
om aquilaser
omniis intelli
quarum.
eratonis Sym
tiam in anim
mam mundi a
nam Sapien
dens, us intr
id genus ex
pra tetram. N
no: Sed jam
fendus esset
descendentem

Hæc facie intriplicatas & quadruplicatas & stellatas cruces distinguitur, ut habet Cl. *Olaus Wormius* de Mundi Fabrica. c. 4. p. 92. Et visui se offert jam *Pentagona*, jam *Hexagona*, modò *Octangula*. Cl. *Virorum Pet. Borellus* Medicus regius *Castrensis*, ubi de mirâ in glaciè figurâ differit, in fossis urbis repertam narrat, instar horum floribus decoratorum, idque fieri istâc de causâ, quod in iis à longo tempore aqua sale fuerit imprægnata. Obs. Medic. Cent. 2. c. 2. Hic erudita *Neotericorum* doctissimorum opere maximo defudat *Curiositas*. *P. Gassendus* nihil hic certi alioquin Philosophus acutissimus definit, & ut *Fromundus* colorem, ita ille in medio relinquit *Figuram*, usque adeò, ut saltum *gallicanam* quali *nivem* pertimescens facere non subve-reatur, & recurrendum statuat ad *Animam Mundi*, quæ à supremo opifice *περμεργειν* edocta, mirabilem hanc contexturam facit, quâ materies pulcherrima, numero perfecta profundat è centro sex radios, qui bini bina latera sint *sexangulorum equilateralium*, & per quorum *cuspides summæ* intelligatur ductus *circulus*, *capacissima figurarum*. Ut *Caroli V. æternæ memoriæ Imperatoris* *Symbolum PLUS ULTRA*, locum, etiam in animo *Gassendi*, obtineat, non ad *Animam mundi* aut *igneas Cœli arces*, sed ad *æternam Sapientiam* evolat, quæ in orbe *terrarum ludentis*, ut in terra viscera *homines, pisces, alia id genus ex saxæa materiâ* conformat; Sic supra terram *Nivem* compingit *ordinatissimis figuris*: Sed jam desuper cum nive cadit, & nisi *Gassendus* esset *Charmides* aliquis *Cômici* verbis, *descendentem illum* exciperet;

Pudicum neminem esse oportet, qui à celo in terram usque pervenerit! Dubitat igitur an ad Naturam sit deflectendum; ut enim rerum omnium peculiaris sunt semina: sic peculiare afferit figuras. Et ut animalia, Plantæ; Lapides, gemmæ, mineralia, fossilia dum coagulantur, dum supprimuntur, figurantur formis invariabilibus; sic nivem ratione sibi propria concresecendo figurari tradit, id dignum ei consideratione, si quisquam aquæ marinæ partem exhaustam in nivem videat abire, & partim conslipari & in sal abire, istud formari in cubos, quorum sena sint latera, sic nivem formari in stellas.

Ut nusquam esse dicitur, qui ubiq; est; ita ad circumstantiam se convertit Gassendus, ut, dum spumula obrigescit, varia in se contrahi suspicio fit, fierique contactum in quosdam nervulos qui aquilateralem & æquiangulorum sunt latera. Hæc ex Gassendo allegare volui, cum eundem in omnium manibus non versari meminerim. Vid. Comment. in lib. 10. Diog. Laërt. de Ph. Epicuri ¶ 113. Excellentissimus Dn. Bartholinus Medicorum seculi nostri Deus hæc facere quadantenus videtur cum famigeratissimo Philosopho, Renato des Cartes (cujus vitam laudatus modò Borellus descripsit, & cujus Mathesi acutissimus & celeberrimus Dn. D. Lipsforpius, corculum mihi serio amore æternum æstimatissimum defendendam masculè suscepit & adstruxit. Part. 3. Phil. Carte. specim. p. 107. Quo lectorem remitto) Illi itaque a totâ materia seu particularum ejusque vel appositione vel divisione figuras derivat, prout etiam certis figuris explicat, ut videre est in doctissimis questionibus Academicis de Natur. Mirab.

Mirab. Quæ
1674. Sexag
centrato tribu
cherum, qui
qui in medio
glaciem effor
V. l. 2. p. 1. c
señtatores
cipiis agnosc
Parallata ob
frigerisque v
nes & positio
autumant; E
tempore hybe
natur, allato
de quibus legi
scimus in lib
tant in Atom
suum atque
corporum vi
um hujusmodi
provenire ne
ura niveos
trato, qui,
angustia pe
qua data po
terebantur
format, p
one, que,
stellatam,
ro lineâ ut
mit Diarr
Cui doctio
Naturæ Co

Mirab. Quæst. 2. p. 19. & 26. *Hafnia* Anno 1674. *Sexagonam* figuram *Spiritus* calido concentrato tribuit, *Doctrinæ* laude dignissimus *Kircherus*, qui affert experimentum *Carbonis* accensi qui in medio folii glaciei positus & inde diffusus glaciem efformat in crustam *stellatam*. *Tr. de L. & V. l. 2. p. 1. c. 12.* Idem alibi, *Democriti*, inquit, *sectatores* (qui scilicet *Atomos* pro rerum principiis agnoscunt, & cum *Hen. Regio* *Cartesii* *Parastata* ob varias in aëre agitationes & coloris frigidisque vicissitudines, & hinc diversas flexiones & positiones varias oriri posse *Nivis* formas autumat; *Exemplo* à variis imaginibus, quæ tempore hyberno in cellularum januis, conspiciuntur, allato. *Phil. Nat.* 1. 3. c. 8. p. 226. 227. de quibus legi poterit *atomorum* *Defensor* *P. Gassendus* in lib. 10. *Diog.* p. 324) *Causam* confertur in *Atomorum* certâ *dispositarum* lege *confluxum* atque in *plasticam* *Nivis* *salinorumque* corporum *virtutem*. *Nos*, *relictis* aliorum *placitis* hujusmodi *stellati* corporis effectum aliudè provenire non dicimus, quàm à *Spirituoso* halitû, *vera* *niveos* *floccos* *salinosque* *vapores* *concentrato*, qui, cum *frigore* *ambrente* *constringitur*, *angustiâ* *peritus*, *ruptus*, *carcerum* *repagulis* *qua* *data* *porta* *ruens* *corpus* *niveum* *salinumve* *terebrando* in *stellatam* *seuradiosam* *figuram* *efformat*, *pro* *superficie*, in quam incidit, *dispositione*, *quæ*, *si* *sabra* *fuertis*, in *perfectam*, *si* *polita*, *stellatam*, *si* *rugosa*, *varie* *distortam*: In *tota* *verò* *lineâ* *utique* *non* *aliud* *quàm* *Crucem* *exprimit* *Diatribæ* *de* *C. Pr.* *part.* *2. c. 2. p. 56. & 57.* Cui doctiores, credo, *subscribent*, *donec* *melior* à *Naturæ* *Consultis* *adferatur* *ratio*.

S. II. p. 242. seqq. *Cometa primo occurrit.*

Doctè *Gaffarellus* Doctorum de Cometarum generatione profert sententias, ita, ut Astronomiæ ac Astrologiæ cultoribus liberum relinquatur, unam ex recensitis amplecti rejectâ tamen ultimâ Rabbīnorum nugatoriâ *Cometas Animalia* esse ætherea.

Cui dicat *tu mihi sola places!*

Sunt, qui Nobilissimi *Tychonis Brahe*i cujus cedro dignam memoriâ G. P. J. *Resenius* lib. Inscript. Danic. optimo gratæ posteritati commendat sententiam omnibus præferendam judicant; statuit enim ille Uraniæ Janitor, Cometas, quos ob eruditionem adamatus *A. Kircherus* ex maculis Solis conflare autumat, in Itiner. *Exstatic.* esse opus Naturæ, & generari in viâ lacteâ ex substantiâ æthereâ, siquidem, ut semina eorum in *Galaxiâ* in ipso rerum primordio à DEO posita, ubi successu temporis ad maturitatem pervenerunt, *Cometem* ex multis conglobatis stellulis producunt; qui ab internâ formâ & Spiritû motore à *Galaxiâ* avulsus moveri & circuli magni circumductu incipiat. Si quid singulare insolens & extra ordinarium in Cometis agnoscendum, ut plurimi agnoscere coguntur, *Angelorum* intervenire sustinent ministerium, non quasi ex nihilo, ut *Paracelsus* somniat, & *Fromundus* suspicatur, corpora ista producant, hoc enim solius DEI est opus; sed quod ad materiæ apparatus, motum & directionem concurrant *Cl. Schneuberus* *Conversio Cometarum Uranophilis* Lautissimo. In-

fulsâ

fulsâ est jam
Phantasia, esse
perficite igni
Democriti pro
pino, Comet
Hinc Cometa
neris ludos fa
se narrat *Plu*
tentia Auro
Romanâ divi
te *Malu G*
Cometa per m
tur. Autore
Da. *Osiander*
super hoc arg
telorum oper
hoc explicat,
abitur The
rosdemque V
missare, eo
omnipotent
rum myriad
guavit ac illu
non posse, n
Fromundus
infinita boni
manu con
horre debet
rotandi, atre
guendi Com
moni, Diabo
to quasi Da
mar abjurat
mitorem,

falsa est jam citata *Rabbinorum* de Cometis
Phantasia, esse Animantia ætherea, quæ in su-
 perficie ignis appareant: Inspida, quæ ex scholâ
Democriti prodit. Nec *Bodino* ingrata fuit opi-
 nio, Cometæ illustrium Virorum esse animas.
 Hinc Cometam tempore *Augusti* Genetricis Ve-
 neris ludos facientis visum, *Cæsaris animam* fuis-
 se narrat *Plinius* l. 2. N. H. c. 25. At mira est sen-
 tentia Autoris *Anonymi*, quam scripto linguâ
 Romanâ divulgavit Anno 1662. sub titulo Come-
 tæ *Malus Genius!* In quo disquiritur; Annon
 Cometæ per malos Genios moveantur & dirigantur.
 Autore *Mercurio* Platonissante. Excell.
 Dn. *Osfander* Theologus Wirtenbergensis. Orat.
 super hoc argumento cum de Cometis, quod *Angelo-
 rum opera* moveantur, indefinite loquitur,
 nec explicat, bonumne an malum intelligat. Non
 arbitror Theologos Astrologosque Christianos
 eosdemque Viros doctissimos, modo nolint *pla-
 tonissare*, eò abripi, ut statuant DEUM O. M.
 omnipotentissimum, qui *Soli, Luna, & tot stella-
 rum* myriadibus motum cursumque proprium assi-
 gnavit ac illum conservat, *Soli* Cometæ elargiri
 non posse, nisi id fiat *Angelorum* operâ, vid. *L.
 Fromundus* l. 4. Artic. 3. p. 156. & quod pro
 infinitâ bonitate non bonis Angelis, quod utraque
 manû conceditur; sed, à quomens pia & sana ab-
 horrere debebat, educendi, proferendi, circum-
 rotandi, attenuandi, subducendi aut penitus extin-
 guendi Cometæ spartam MALO GENIO Dæ-
 moni, Diabolo, imminentium factorum constitu-
 to quasi *Daducho* demandet, faciatque ac consti-
 tuat abjuratum Salutis humanæ hostem, Bonorum
 monitorem. Quis enim Cometarum usus? aut
 quis

Othothâ veniendo. Sunt enim sidera signa quæ aliquid venturum quid piam significant: ut *Gaffarello* aliquid demus, litteræ sunt *in calis tabulâ quasi depicta*, ex quibus ventura possis legere. Vid. *J. Camerarius* Disp. de Cometis p. 17. seqq. Confer. Pf. LXXVIII. v. 12. & 43. Pf. CV. v. 27. Joëlis II. v. 10. Matth. XXIV. v. 18. Luc. XXIV. v. 18. Vid. Cl. *Ursinus* de *Virgâ vigilante*. Jerem. I. v. 11. 12. Ita, ut non audiendus hic sed improbandus sit *Gassendus*, cum ait; *terrifici sunt* (Cometæ) *sed nostra dementia, quæ panicos sibi obijcit errores*, at propriis malis non contenta extranea undique adiscit l. 10. *Diog. Laërt.* in *Epicurum* p. 1165. in fine. Non tuelascivierunt circa portenta ac prodigia Pagani, à quibus profectum: ἕως κομήτης, ὅστις ἔκκαρὸν Φέπειν. Nullus Cometa fulsit, qui non portendat malum apud *Camerarium* d. l. Non sic *Virgilius* hac in parte *Gassendo* religiosior:

*Non aliàs celo ceciderunt plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsère Cometa!*

Non sic *Euripidis* quatiens cothurnos *Claudianus* asserit.

*Nunquam celo spectatum im pene Cometem
Crimenque timendi.*

Modestus est omninò *Gaffarellus*, cum eorum opinionem, qui Cometæ pro miraculis habent, non omninò spernendam esse existimat c. XI. §. 11. p. 245. Quàm varia enim Cometarum figura. Nec injuria (*Scottus* Fato longiore dignior quærit, cur sub tam variis figuris spectentur? videntur enim nonnulli prælongâ distenti caudâ, quidam rotundâ & jubatâ instructi, alii barbatâ: respon-

det

det ille: cùm figura Cometarum non nisi à fumidæ exhalationis dispositione dependeat; ideo quia alia in longum ad instar *machera* extenditur, unde dicitur *Xiphis* (seu gladius Cometa) Alia in orbem convolvitur *crinitam*, alia in radiosam stellarum figura discurrit, aut in barbam densatur, variæ oriuntur figuræ. Itin. 1. Dial. l. c. 5. n. 18. p. 230. Variæ figuræ sunt variæ *alturae* & *pressurae*! Certas observationes *Gaffarellus* noster communicat. 1. Si *Columna* figuram referant, præsignificari Virtutem Monarchæ Religiosi, Reipublicæ. 2. *Globosum* aut rotundum denotare bonitatem boni Principis. 3. Si *Pyramidatis* sit incendii periculum esse pertimescendum. 4. Si *undosus* videatur; seditiones prænunciare & motus animorum multosque populos. 5. Si cum *cornu* fulgeant, Principis potestatem prædicari. 6. Si *gladius* appareat, strages portendit. 7. Si *tuba* instar sese efferat, bella, si *reli* speciem præ se ferat, *pestem* prælagiri. Relinquendæ sunt istæ Regulae in medio. Vide Parallela A. *Kircherum* Diatribæ part. 3. c. 1. p. 85. Nullatenus tamen ad hæc figuras adstricta est summa illa *Providentia*. Docuit enim Rerum Magistra *Experientia* & Cometarum *Historia*; Cometam tam gladium quam Pyremidalem incendia futura ostendisse, de reliquis idem esto *Iudicium*.

Anno a. C. N. 480. Cùm Persarum Monarcha *Xerxes* Græciam invaderet, Cometa fulsit figurâ *cornu*, sive *Geracias*, at quæ inde à *Xerxe* potuit sperari potentia tam miserè cum suis copiis attrito.

Anno ante C. N. 1332. Per Arabiam sub sagittario instar *ROTÆ* Cometæ arsit. Ex signaturâ

rarâ *Gaffarellus* bebat, quas *Ros* xic: Vid. *F* tempus declarat. Cometa vilis: Vid. *Plin.* vilis, in quo *Plin.* l. 2. c. 1.

Anno apparuit medius cedens; *Paulus* stellarum *fridiffes*, *Al* tum suum in orbe deluti ex *mensibus* tu emissa *flamma* incipit magis *incensificien* *illa* in idem *qua* primus *RADIX* *quidam* *novem* *profert* *us* *ardens*, *si* *Nicophorus*

Anno *C* *stella* *ingens* *DRA* *CONI* *ono* *radii* *pro* *in* *Hibernia* *terminabatur*

Anno *excellens* *i*

turâ *Gaffarelli* varias mutationes portendere debebat, quas *Rota* designat, sed *Famem* post se traxit: Vid. *Ecstormius* de *Cometis*. Figuram tempus declarat & que explicat. Ante C. N. 355. Cometa visus, in quo jubæ effigies in hastam mutatæ Vid. *Plin.* l. 2. c. 25. Ante C. N. 355. cometa visus, in quo subæ effigies in hastam mutatæ. vid. *Plin.* l. 2. c. 25.

Anno Christi 393. stella prope *Luciferum* apparuit medio noctis tempore *Lucifero* parùm cedens; Paulatim verò ad eam ingens etiam aliarum stellarum vis aggregabatur. *Spectalum id si vidisses, APUM EXAMINI, quæ circa Ducem suum in orbem obvolvunt, contulisses. Et quæ veluti ex mutatâ & violentâ concussione ab omnibus eis emicuit Lux in viam quandam commixta flamma evadebat: Et GLADII prorsus ancipitis magni & horrendi cum terrore quodam relucens faciem reddebat. Quod enim reliquæ stella in idem reciderunt visum, & via, eaque sola, quæ primum inspecta fuerat, habitu toto veluti RADIX aut CAPULUM aliquod appareret, & quodam modo fulgorem exhibita illius stella omnem proferret, perinde atq; ex lucernâ funiculus ardens, sic flamma in sublime tollebat & c.* *Nicephorus Callistus* *Eccl. Hist.* l. 12. c. 37. p. 638.

Anno Christi 451. Super *Insulam Britannia* stella ingens inspecta, cujus radio *GLADIUS DRACONI* similis adhærebat, & ex ejus ore duo radii procedebant: Alter ultra *Galliam*, alter in *Hiberniam* tendens in septem minores radios terminabatur. *Sigebertus* in *Chronico*.

Anno Christi 677. per tres menses Cometa excellens flammam quasi columnam præ se tulit.

lit. Idem Chronic. & Hist. Eccl. c. 7. c. 13. Anno 1593 in Styriâ *Stella* quædam nigra in Sole apparuit *Machinis* bellicis ex opposito dispositis, ex quibus magnæ quantitatis pile in Solem torquebantur *Arthursum* Mercur. German. T. 4. l. 1.

Quid hujusmodi figuræ sibi vulerint, insequentium temporum decursus, non *prosignaturâ* sed pro DEI iustitiâ, percepit. DEUS cum indignos dignatur alloqui Iræ & clementiæ Testimonium exhibet? *Iræ; qui secure & nihil timeant: Clementiæ; qui obediunt:* Per signa itaque hujusmodi DEUS voluntatem suam explicat vel in bonum vel in malum, pro dispositione mortalium; bonum vel malum iis intentatum acceptantium. A. Kircherus Diatribæ part. 3. c. 1.

NOT. 99. Additamentum.

§. 13. p. 256. *Neg. etiam non possumus eos ludibrio habere, qui Apollonium Thianæum &c.*

Priusquàm ad cælum evolet *Gassarellus*. ut picta cæli laquearia & fulgentia siderum emblemata rimetur, de *Avium Loquela* caput XI. claudit, risumque mereri æstimat, imo pro ludibrio habendos, qui *Apollonium Thianæum*, quod voces & cantus avium discernere nec non inter pretari potuerit, inter *Magos* recensere aucti. Cur defensionem Apollonii quem excellentem fuisse Magum & ex Dæmonum relatu & disciplinâ multa dixisse & fecisse admiranda testatur D. *Hieronymus* ad *Paulinum*, quemque nemo non, si *Caracalam*, qui illum amplectebatur, *Flavium Vopiscum*,

hom. qui et
excipias, pro
cinium sulci
protectio
nigas Card
c. 91. Ubi
Magica. 8.
um ac Anim
me existime
fore pitem,
pertere ar
bus rebu va
igitur Card
nes, (de quo
utilitatibus
in herba &
ma Disq. M
Cardanus an
nerat, non
mentax dep
Touano fuit
pro talis & p
arellus imm
& Juriconsu
amboque la u
rito respicien
tut piter la b
Plantis men
archu jan
Bruta ut am
malia plau
ria: Tom
Hieronymus
sum, lecto t

enum, qui ut augustius nomen illum venerabatur, excipias, pro pessimo praestigiatore habet, patrocinium suscipiat, juxta cum ignarissimis novi. Res protecto non caret suspitione. Suppeditavit has nugas *Cardanus*, sed ille tam candidus, ut lib. 16. c. 91. Ubi enarrat *Artesyi & Mihini Artis Magicæ*. 8. capita, inter quæ tertium: voces Avium ac Animalium interpretari fateatur; Nemo me existimet hæc scribere, aut quod vera talia fore putem, aut quod res falsas NB. ad Historiam pertinere arbitret; sed, ut quilibet intelligat, quibus rebus vana Gentilitas fidem habeat: Quæ igitur *Cardanus* plus satis alibi superstitioni deditus, (de quo *M. Delrio* scribit! in *Cardani de subtilitatibus & Var. libris passim latet anguis in herba & indiget expurgatione Ecclesiastica hma Disq. Mag. l. 1. c. 3. p. 21. & P. Gassendus: Cardanus ait, qui eo tempore, quo se obiturum dixerat, obiit, mediâ Mortem procuravit; ne mendax deprehenderetur, sicut à Scaligero & Thuanus fuit annotatum l. 10. in Epicur. p. 977.) pro falsis & pro vanis habet & accusat; hæc *Gassarellus* immemor religiosi sui statûs Theologus & Juriconsultus famigeratissimus excusat. Avium loquela ut ridicula, sic quia in se nulla est, meritò rejicienda. *Empedocles* alibi hallucinatus, turpiter labitur, cum Avibus, Animantibus & Plantis mentem & Providentiam tribuit. *Plutarchus* jam olim docuit libro peculiari, quod *Bruta usantur ratione*, & aliò disquirat, *utrum animalia plus habeant rationis aquaticis an terrestria?* Tom. 3. Moral. Ex quibus haud dubiè Hieronymus *Rorarius* Pontificis ExLegatus suum, lectu tamen dignum, de Prudentiâ Animalium*

libellum adornavit. Sed quis loquelans, quâ se invicem intelligant Bruta ac Aves Homini cognitam tradidit? nemo nisi febriliter somnians, conceditur, Aves *tempestates nunciare*. Nil tamen ad Christianos Ethnica spectant *Auguria*, quæ re verâ sunt præstigiæ Christiano homine ac nomine indignæ dudum damnatæ. Deut. XVIII. v. 10. Et quid Fideli cum avibus dictis olim alteri i. e. interdû supervenientibus, eû arculis, quæ arcebant, eû *Parris* five inauspicatis, quid cum *Enebris* & *Vougris*, quæ se vellendo dira quæque nunciabant, de quibus *Alex.* ab *Alex.* l. 5. c. 13. Videatur & *Plinius* l. 10. c. 12. *Cicero* l. 1. de *Divinat.* *Dionys.* *Halicarnass.* l. 2. ab initio. *Alex.* *Sardas* de *M. G.* l. 3. c. 16. *Cardanus* l. 16. c. 97. *Rosinus* *A. R.* l. 3. c. 5. *L. Bisciola* T. 1. l. 7. c. 10. p. 512. *Gassendus* in lib. 10. *Diog.* p. 1665. *Clar. Geierus* de *Superstis.* p. 22.

De *Præavis* Avium *Physici*, licet nullo penitus rationis discursu cognoscant, sagacissimo tamen Naturæ instinctu æris sæpius permutacionem, quæ eas vellicat, noxamque infert, percipiunt. Cujus perceptionis causam magis ad Avium naturam, quam cœlum referendum esse statuunt. Ut multi homines sapius ex alteratis corporibus Lunæ Solisque conjunctionem, & futuras conjiciunt tempestates: Sic *Aves* ex ambientis æris vapore afficiuntur, & temporis naturalis mutacione naturaliter denunciant: Hinc vox volatus & cantus aëreatum; Hinc incolarum arborum motus & subsultatio; & pennarum aliarumq; ad volandum excussio rostroque facta dispositio vid. *J. Jacobus Graferus* *Theol. Mystic.* *Dissert.* 3. quod *Aves* circa *Festum Paschatos* sint lætiores

p. 14. seqq. Ob Sympathiam, quam habent cum astris, & influxum, quem in se sentiunt, hujusmodi eveniunt: Hac spectat Gallus cantus, de quo dici potest; Cum Sol jam sensibiliter prætergressus est mediæ noctis circulum, & versus Auroram accedens frigidam noctis auram prius quiescentem propellit; Sensibiliter excitari Gallum ejus frigore, & ex pergesatione commotum, ac forte præ metu, ne excidat per terrefactum, & se silentem cantare, amon forte etiam dici potest, esse ipsi Gallo stata dormitionis & expergesationis tempora, veluti vobis quoque & cæteris Animantibus sunt; Et quotiescumque aut ex se aut alterius cantu expergesit, commovetur, & ne collabatur, se sistit (scilicet alis perstrepat) in illum cantum prorumpere, qui ipsi ut naturalis, ita & familiaris est, ac interdum etiam alius noctis horis sepeq; interdum sponte excidit; Concitatis nempe Spiritibus, qui illius cerebrum ac imaginatricem & organa motus compellant in lib. 10. Diog. Animadvert. p. 350. Alii hic aliter sentiunt, Seldenus Synt. 2. c. 8. p. 326. & 27. C. Peucerus de Div. p. 760. Petrus Danesius Gallorum Episcopus, cum Guido Faber Regis Galliarum ad concilium Tridentinum Legatus acri oratione mores Clericorum perfringeret, ac necessariam esse Ecclesiæ Romanæ Reformationem urgeret, sed & hæc de causâ à Prælati Italiae risu exciperetur, dicentibus: Gallus cantat! mox subjecit: utinam Petrus resipiscat! Et jam Gallus cantat? Utinam Germania, utinam Europa vigilet ac indolem perferatiscat. Vid Excell. Danhaweri Memor. Evang. Pass. p. 263. seqq.

Et quid de cornicibus, Anatibus aliisque scribendum? Suaviter Virgilius Georgic. I.

*Certatim largos humeris infundere rores
Et caput oblectare freis & currere in undas
Ac studio in cassum cernis gestire lavandi.*

Merula solioſa colorem pro temporis diversitate mutans, balbutit hieme, circa solstitium mater est. Jonston. Polym. c. 37. p. 116.

Coccyx mutat vocem eamcula exorta & latibula repetit & hæc Luscinia doctum suspendit Melos
nec peremptum

plorat Itym. ut habet in Villâ Re-

frig. Baptista *Mantuanus* (cujus *Epitaphium Mantuæ* penes Carmilitas, quorum profectus generalis fuit sequens legitur: Rever. P. *Magister Bapt. Mantuanus Carmelita Theologus Philosophus Poëta & Orator clariss. latina Græca & Hebræa lingua peritiss. ex Franc. & And. Scotorum itinerar. p. 243. & Cl. Th. Reinesii Ep. 78.*) Corvi ægrefcere dicuntur sexagenis diebus; & *Milvi* Podagrâ affici à Solstitio; & *Formicæ*, ut interdum inter Lunij scilicet tempore feriantur; ita in *plenilunio* interdiu pariter ac noctu occupantur, hoc ab Astrorum influxu. Vid. *Aristoteles Hist. Anim. l. 9. c. 49. Grues*, (de quibus *Auför p. 250. seqq.*) Si ad mediterranea loca è mari convolent, vehementes pluvias, teste *Philosopho*, indicant; si inter volandum non clamitent, serenitatem promittunt: Si volantes à recto flectant cursum & retrocedant, infandam nautis tempestatem, & navi procellosos turbines & fluctus minantur. Hinc *Maro* Georgic. 1,

Quibus

— — Quibus sub nubibus atris
Strimonia dant signa Grues atque athera
tranant

Cum sonitu, fugiuntq; Notas clamore se-
cundo.

Et Notorum tegunt calorem cum in Thraciam
revertuntur Al. ab Al. l. 5. c. 13. Sed de his pre-
sagis non controversitur. Extra omnem con-
troversiam positum est, Aves quandoque *Clades*
prænuñciare, de quibus Autor. de *q. Avium præ-*
liis, conspectu, cantu, motu & quiete, quæ non abs-
que omni futurorum deprehenduntur, agit. l. 13.
c. 11. p. 252. Vid. Cl. P. Camerarius O. S. c. 1,
c. 68. & Beatus Dn. Ursinus T. I. An. 1. 3. c. 18.

Anno 1484. *Cornices* cum *Graculis* in ære
passim dimicabant, in, sequebatur bellum inter
Anglos & Gallos, & mox inter *Duces Baviaræ*
Albertum & Christophorum. Pugnatum est in-
ter *Graculos & Cornices* Anno 1525. Nec lon-
gè absuit bellum *Rufficorum* satis barbarum ac
truculentum, quo centum millia *Agricultorum* pe-
rièrunt. Anno 1588. in Autumno & 1599.
Mense Martio *Cornices & Graculi* in *Curia* & in
Templo *Oppidi Marchiæ*, quod *Regiomantum*
dicitur, convenerunt, & ex citato in ære miro
clamore, rostris se invicem fodicarunt, an ut hic
Graculi Cornicum, quod aliàs proverbio dicitur,
oculos suffigerent? & quo cum omine? Insecuta
non tantum inter *Senatum & cives* *Discordia*, sed
& *Urbis obsessio*, quam *Electo Brandenburgi-*
cus Dn. Iohannes Georgius Mense Julio occupa-
vit, coniectis in *carcerem rixarum autoribus*.
Vide *Annales Marchicos Andrea Angeli* p. 404.
seqq. *Frankfurt. 1598.*

Anno 1676. in Regno Galliæ inter Dolam & locum *Salines* appellatum mira Avium versicolorum ac mirè variegatarum sed inter se velitantium multitudo conspecta, quæ rostro ac unguibus sese sauciantes catervatim sed mortuæ deciderunt, usque adeo ut Regionis incolæ delapsas volucres, ne ob fœtorem aër inficeretur, humi condere ac defodere necesse haberent. Avem unam nigram AQUILÆ instar intervenisse ferebatur; quæ non tantum in fugam egerit concertantes, sed & aë-reas ac plumatas hæc copias dilaceravit & dejecerit. *Franget DEUS omne superbum, & plumatam, ut alicubi Barclajus ait, Vanitatem & levitatem disperget! Faciet DEUS, quod minatus est Impiis: Visitabo super eos quatuor species dicit Dominus: Gladium ad occisionem, & Carnes ad lacerandum: Et volatilia Cæli, & Bestiæ terra ad devorandum & dissipandum, & dabo eos in commotionem universis Regnis terræ. Jerem. XV. v. 3. Vid. Cardanus l. 14. de V. R. c. 73. p. 547.*

Sed de *Loquela* Avium quid sentiendum? Non de illâ, quâ erudiri possunt, quæritur, id fieri posse nemo negat, verè enim *Mamilius* l. 5.

Quin etiam linguas hominum sensusque docebit.

Aëreas volucres; novaque in commercia ducet,

Verbaq; præcipiet Natura sorte negata.

Et *Perfius* ptoleg. *Satyr.*

Quis expedivit Psittaco suum xxiq; Picisq; docuit verba nostra conari?

Magi
Vener
Inde Illustr
Ajac. canit
— B
Quæ
Lingu
Seu P
Merul
Sturmo
De Cornice
Plin. l. 10. c.
Exercit. 23
Cl. Ulysses
Anno 1546
in Coronam
non, inclusit
que noctu, q
tercū fuerat
nudo, quæ
siquæ resp
caltra abita
num altercat
Bruni vicer
ta, decant
tum etiam
quens exer
nem venit
hominib
De A
agit, ad cui
larum Pri
ur: Alog

*Magister artis ingeniū largitor
Venter (Fames) negatus artifex sequi.*

Inde Illustrissimus J. Cæsar Scaliger ut videtur in
Ajac. canit :

— *Briata, Pecora, garrulæq; aves omnes
Quacunq; nostros emulantur accentus
Linguamq; linguâ ductili probam fingunt
Seu Phittacus; Corvus, aut Turolus
Merulaque nigra, qua ore buxceo pippat
Sturnusque teneras strepore enscans aures.*

De Cornice vid. *Macrobius Satur.* l. 2. c. 9
Plin. l. 10. c. 42. & 43. *Laudatus J. C. Scaliger*
Exercit. 237. *Miram sed rem audito suavem*
Cl. Ulysses Aldrovandus de tribus *Luscinis.*
Anno 1546. *Ratisbonæ* in diversorio ad aure-
am *Coronam* in caveis, nec procul à se remotis ta-
men, inclusis, ab amico fide digno visis, recenset,
quæ noctu, quicquid dictum factumque domi in-
terdiu fuerat, disertè loquebantur. Eisdem se
mutuo, quasi inter se differerent, interrogarunt,
sibi que responderunt, auditas inter maritum ad
castra abituram & uxorem fugitivum retardatu-
rum altercationes retulerunt, quin etiam Ducis
Brunswicensis gesta, quasi diu fuissent præmedita-
tæ, decantârunt. *Ornith.* l. 18. p. 341. Mul-
tum etiam in Bestiis potest fidelis institutio, & fre-
quens exercitatio. Id saltem nunc in quæstio-
nem venit; *An inter se loquantur Aves, ut ab*
hominibus possint intelligi?

De Apollonio Thiameo, de quo etiam *Autor*
agit, ad cujus adventum in *Indiam Gynosophi-*
starum Princeps ad vicinam arborem dixisse fer-
tur: *Alloquere Sapientem Apollonium, & arbo-*
rem

rem allocutam voce articulata & muliebris ajunt. Petr. Tholoff. de Rep. l. 1. c. 5. p. 226.

Philostratus omnium Græcorum, & qui Historiam scripserunt mendacissimas (quo lilum titulo insignire audeat *Coelius Rhodiginus* A. L. l. 17. c. 13. p. m. 784.) de suo *Apollonio* l. 1. de Vita Apol. jactat, voces Avium intellexisse (quod aliàs de *Melampo*, *Tiresiâ* & *Thalote* veteres tradidisse scribit *Porphyrius* l. 3. de Abst. Carnis) Et, cum audivisset hirundinem (apud *Eumapium* de *Passerculo* dicitur, quis enim hirundini frumentorum usus?) multum vociferantem, quæ secum habebat, sodalibus; exposuisse, quod indicavit *passerculus cæteris*, *Asellum* onustum frumento ante urbem cecidisse, triticum effusum & illuc avolandum esse, idque ita fuisse compertum. Cui sanæ menti persuaderi poterit hæc fabula? Verè *Beatus Franzius*, cum hæc narrat, absque dubio est quidam, ait, *modus communicandi animi sensa per nutum, per alia signa, per immutatas voces.* Hist. Anim. Tract. 2. c. 25. p. 544. Quis negaret, Elephantem Elephantis alterius *barricum* & *julemum* sive lugubrem vocem, leonem alterius *rugitum*, Equum equi *himitum*, lupum lupi *ululatum*, Porcum suis *Grummitum*, Ovem Ovis *balatum*, Canem Canis *latratum* & *gannitum* sive adulationem intelligere? Percipit utique mitrus *lippientem* & *jugierem* milvum, *Cuculus* cuculantem, *Aquila* sive *Melanatus* clangentem, *Corvus* crocitantem, *Bubo* bubulantem, *Noctua* cucbantem, *Gallina* glocitantem, *Pavo* pupillantem, *Perdix* cacabantem, *Columbus* murmurantem, *Passer* pipientem, *Merula* puppantem, *Sturnus* piplantem, *Cygnus* drensantem, *Anser* gratitantem

tem

tem & Anas cum tetriannit sociam, ut *Anguis* sibilantem anguem intelligit. Ita habent unam vocem tanquam peculiarem & notam, quæ à reliquis sui generis dignoscitur, Ph. *Camerarius* Cent. 2. c. 93. Ostendunt sibi invicem Animalia sensum suæ speciei notum. *Elephus* in Coenam lapsus, auxilium poscit & impetrat. *Piscis* qui hamum, & mos, qui muscipulam evasit, aliis, ne capiantur, periculum indicare creditur. Et hujusmodi sunt, quæ *Gaffarellus* de Gallinâ h. l. affert: *Experientiam* testari, vocem aliam à Gallina, postquam ovum passuerit, aliam cum pullos convocet, aliam denique cum Milvum formidet, audiri, quid obstat, pergit: Quo minus longo temporis usui dem in cæteris avibus possit observari? p. 256. Sed hoc obstat, quod nos non possumus illum modum satis assequi, ne dum explicare, ut hic *Doctorem Doctor*, *Physicum Physicus*, *Philosophum Philosophus*, sed *Heterodoxum Orthodoxus*, & *Gaffarellum Franzius* informat d. l. p. 544. Quid? quod bestię careant ratione? & ob id discursu, qui ad sermonem ex instituto proferendum requiritur, destituantur? Possiet *Dæmon*, qui affectum corporis & appetitum, quem invicem bestię vocibus quasi suis indicant, cognitum habet, indicare amplius, & que è longinquo facta sunt, patefacere. Vid. *Strozzi* l. 4. c. 6. M. A. *Zimara* de Mag. c. 17. Possiet efficere, ut Animalia suis temporibus & locis aptissimè quædam dicerent, accommodata personis & rebus, de quibus ageretur, brutis omnimodò ignaris, dictorum ac factorum nesciis M. *Delrio*. D. M. l. 2. Quæst. 19. Quare, & si in Brutis quiddam solertiæ sit, quod rationem & discursum imitetur; rectè tamen concluditur: *Br-*

za ac Aves rationem, discursum, Providentiam proprie dictam, vel sapientiam non habere, & sic nec loquelam. Avium loquelam tradere velle aut credere, stolidi cerebelli Theologiæ ac Philosophiæ saniori valde invidi est indicium. Vid. Casparâ Reyes Quæst. 55. L. Bisciola. T. 2. l. 15. c. 2. P. Tholof. l. 15. de Rep. c. 5. Segreganda igitur sunt, vel, si mavis, eliminanda è mentibus & Christianorum *Δεσεία*. Thianæa ista somnia & Magica deliria; ne cum corvis infernalibus miserum CRAS æternum crocitare jubeatur. Concinnè & rectè Virgilius Germanorum *Opissus* in Hymno de Lachrymis Æternitatis:

Schrey immer CRAS! O Kabe schrey!
Und sing die alte Melodey;
Der Ewigkeit ihr Ziel zusehn!
Kan wahrlich Morgen! nicht geschehn.

Corvus suum CRAS clamitet
Raucâque voce reppetat,
Nullum tamen CRAS adferet
Æternitatis terminum!

Infausta erat Avis ac *Cormix* illa sub *Trajan* Imp. licet prospera pferret, ἐξου πόντος καλῶς h. e. omnia se bene habebunt. Unus enim Spirituum hæc verba prolocutus. Dirus *Corvus* Ephordiensis civi in delitiis habitus, & pro Spiritu, ut ajunt, familiaris, cum enim homo Avem tristem ac tacitum videret, quid tu, inquit, jocabundus, mi *Corvus*, meditari ita *mæstus*? tum ex improvise corvus profert ex Psalmo LXX. v. 6. *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui*, Statimque ex oculis Heri disparuit. In Concilio *Basilien*si doctis quibusdam Viris per silvam iter facien-

facientibus loci
formâ in scia
omnes in Augu
atorum avium
quis esse, ap
nia: animam
loci ad diem
maledictâ vo
nebrarum)
Æternitas!
lavit. Qui
lo post in mor
dem, in ciden
Colonia 1600
quam in fault
retia: quam
delicenter vo
Anno
ndam No
labatur, cū
lent, crevit di
num Domin
grandior sup
non sponte h
perniciem m
Quid Confe
le testes! v
tatores in
& sentire t
Johannes A
nis 9. 52. p
Te

facientibus lucifugorum Dux & Antesignanus in formâ *lusciniæ* liquidissimos cantus fundebat, ut omnes in stuporem quasi datici consisterent; unus viatorum aviculam in nomine JESU adjuravit, ut, quis esset, aperiret, respondit personata *Lusciniæ*: animam se esse damnati alicujus, atque ibi loci ad diem extremi judicii sibi manendum (in maledictâ volebat dicere solitudine, in catenis tenebrarum) sed horribili stridore *Æternitas!* *Æternitas!* *O infinita Æternitas!* edito, avolavit. Qui audierant vocem, in morbum, paulo post in mortem temerarie Curiositatis mercedem, inciderunt. Vid. *Cicogna*. l. 3. c. 6. p. 343. *Colonia* 1606. At perpende, Lector optime, quàm in fausta dira & truculenta Avis sit *Conscientia?* quàm dira & mira illa crocitet? quàm indefuenter vociferetur?

Anno 1549. In Ungariâ tritici acervus cujusdam Nobilis Scorpionibus refertus deprehendebatur, cum igitur manipulos auferre servi vellet, crevit Scorpionum numerus, cum ad Imperium Domini comburendus esset, unus reliquis grandior supremo loco stetit & dixit: *Desinite!* *non spontè huc venimus, sed à DEO in vestram perniciem missi.* *B. Franzus* H. A. Tr. 4. c. 10. *Quid Conscientia dicet Vermis?* *Conscientia mille testes!* venit, ut nunquam abeat, lumque portatorem ingeminare faciet *æternitas!* *æternitas!* & sentire tormenta, tum sanè quando, ut canit: *Johannes Nisus* Hymno 3. de quatuor *Novillimis* §. 52. p. 64.

*Tellus negat succurrere,
Calum recusat ire;*

DEO

DEO libet te perdere,
 Vult Plutote perire.
 Damnatus es, ligatus es;
 Spes omnis exsolavit.
 Aternitas! Aternitas!
 Aternitas ligavit.

Habet aliquid in recessu, quod Sacerdotes V. T. plumas avium & vesiculam gutturis (Vatablus & Pagninus vertunt ventriculum, Lormus vesicam Pulmonis reddit) prope altare ad orientalem plagam in loco cinerum iussi projicere Levit. 1. v. 16. Explicent sive considerent hoc, qui de Loquela avium notitiâ gloriantur. Doctè Petrus Blesensis hæc de re discurret: Huius, ait, avis nostræ vesicula gutturis projicienda est, tumor scilicet, qui de Eloquentiæ pompa oriri solet, excludendus: Plumæ sunt peregrinorum studiorum levitas, ut versificandi peritia, Dialecticorum garrulitas, quæ omnia bonæ menti Dominum mentienti & circa lamenta potius occupata, nihil remedii, nihil utilitatis poterunt conferre. Epist. 21. Projicienda est ista Levitas ad Spiritus S. mandatum, ut simus abjicientes omne mendacium & loquamur veritatem. Vid. Ephes. 4. v. 25. & Radolphus Ardens Pictavus Homil. Dom. 19. p. 273. Per Plumam superbia & fastus animi & mentis temeritas, per vesiculæ guttur effusa virulentæ linguæ levitas constringenda & cineris h. e. mortis ac iudicii memoria quasi sepelienda, corrigenda intelligitur. Omnia quippe quibus hominum mentes plumæ instar elevantur & ascendunt, ut sunt Sapiencia, Potencia, Eloquentia, Gloria, descendunt, omnia ad cineres ad locum sepulchri relabuntur, suumque NIHIL. Quid honos?

pluma,

pluma, quid est
 Gloria? pluma
 vior, auram
 res resolu
 de terra fact
 tuatur, et
 opus, nec r
 quo tu prop
 Theol. My
 turarum est
 contra perf
 matorum va
 mensionem
 ra mundi
 Eusebio Ep
 berimus P
 17. p. 119.
 urgi Sese
 Christianor
 TASI O
 terrena bo
 quod Alp
 Embl. 43.
 tu sub her
 seti comm
 Manuce
 vulgo ap
 si pedibus
 pe aliud
 sis & ex
 comprob
 ragnum
 letvarim
 re olim p

pluma, quid voluptas? pluma, quid gaza? pluma, quid Gloria? pluma est, omnivento velocior, Euro levior, aurâ inanior, undâ fugacior, cū cultore in cineres resolvenda; Nam omnia pergunt ad unū locū: de terra facta sunt & in terram pariter revertuntur, ut habet Ecclesiastes C. III. v. 20. Nec opus, nec ratio, nec Sapientia erunt in sepulchro, quò tu properas C. IX. v. 10. Vid. J. Jac. Graferus Theol. Mystic. Dissert. 27. Hæc loquela Creaturarum est: O Vanitatum Vanitas! Terrena cuncta perfida, mundana cuncta sordida, O vanitatum vanitas! terrena cuncta noxia, mundana cuncta pessima, o misera terrena omnia, o amara mundi omnia, o vanitatum vanitas! Vid. Eusebii Eruditionis & Experientie laude celebrimus Philippus Camerarius Cent. Obs. 2. c. 37. p. 159. Conf. Calendar. Politic. Christ. Georgii Seiseri Exegel. 4. §. 1. 2. 3. 4. Sic ergo Christianorum Amor & clamor: ÆTERNITAS! O BEATA ÆTERNITAS! Sintque terrena in usu, æterna in desiderio. Occurrit hic, quod Alpha Medicorum Camerarius Cent. 3. Embl. 43. subministrat Emblemata: Manucodiatata sub sereno cælo volans. Cum Lemmate: Nescit commercia terra! Tradunt Scriptores de Manucodiatâ h. e. Aviculâ DEI, Paradisi avem vulgò appellant, alii falso Manucodiatam, quasi pedibus careat, quamquam cuivis avicula longè aliud ostendat, & plurimæ ex Motuocis Insulis & ex India Amstelodamum à Nautis allatæ comprobârint, & ipsemet ego in ἐξωτὸν τοῦ Ἰαβύα τρυγία πτερυγία Dresdensi & Gottorpensi observarim, pedes, sed minutos, habere, quâ de re olim plurimi etiam Viri doctissimi dubitarunt.

Vid.

Vid. *Ionstonius* l. 6. de Avibus Rorecælesti tantum modo fruisi, quod rectè Aldrovandus, *Scopius*, *Clusius* aliique recentiores oculati testes negant; Alra tamen petit & reliquarum Avium sodalitiū spernit, earumque contubernium deserit, ut rectè dixeris: *Terra commercia nescit!* aut cæli climata quærit. *Terra commercia nescit, peritque* ☉ ☿ ☽ ♃ sublimis anima, fidelis anima, Virtutis amatrix anima, *Terra commercia nescit!* mundi *commercium nescit*: impiorum *commercium nescit*; mundi lucra stercora nescit spernit. Phil. III. v. 8. ad cælestia aspirat bona ad cælum anhelat, ad DEUM evolat. *Terra commercia nescit!*

*Sursum MENS spectet, terrenaque curæ
sua relinquat!*

SURSUM CORDA!
FIAT!

NOT. 100. & ultima.

Cap. XIII. p. 259. §. 1. seqq. *Quod ex inde periculi, quod docemus varios stellarum positus Hebraic. Characterum diversitatem referra. &c.*

Ad Cælum omnimò animus evehendus est, ad Cælum oculus spectandus est; ad CÆLI LIBRUM verò evolendum movenda manus, & ad ejusdem litterarum aut Characterum lecturam perfringendam calamus arripiendus est.

Tria verò hæc observanda sunt: I. *Libri Confectio.* II. *Inspectio.* III. *Rejctio.*

I. Ad *Confectionem* quod attinet, scire e-

sud.

reditur Ledon
Lectura Cali
Libri esse Au
sanctissim
ut, postmodu
plurimū Parre
nem. Dadi ig
rum multitu
116. floruit,
di aut uberius
mentis aliqua
Præmonstrato
rui, & schem
vero super Ge
tum potest
MENS, quæ
nam signa,
na sunt, in
est aut
NB quasi LI
NIA FUT
ENS, ad con
fatur, sic in
ULIS CÆ
tius vestru
s abnotur C
fatur unum
tim, adimp
tion; adim
Hoc modo
stillas ful
ciam ab E
1. 9.
Joh C

rudito Lectori volupe sit, *Gassarellum*, qui de *Lecturâ Cali* scripsit, non primum hujusmodi *Libri* esse Autorem. Præterquam enim quod sanctissimus ipse divinarum Scripturarum Codex *libri*, ut postmodum dicitur, faciat mentionem; etiam plurimi *Patres* de *CÆLI LIBRO* injecerunt mentionem. Dudum igitur ante *Gassarellum* librorum scriptorum multitudine notissimus *Origenes*, qui A. C. 226. floruit, *LIBRI CÆLI* meminit & meditando aut uberius rem deducendi, quandoquidem inventis aliquid licet addere, *Gassarello*, ejusque Præmonstratoribus exemplar quasi quoddam præbuit, & schema ulterius deducendum reliquit. Ita verò super *Genes. C. I. v. 14.* docet: *Quemadmodum potestas humana minime tollitur, quamvis DELUS, quacunque facturisumus prævideat; sic etiam signa, quæ ad significandum divinitus ordinata sunt, libertati nostræ nequaquam officiant: sed est univèrsum CÆLUM QUASI LIBER (NB quasi LIBER) QUIDAM APERTUS, OMNIA FUTURA IN SE SCRIPTA CONTINENS, idcirco in Oratione Ioseph, quod à Jacob dicitur, sic intelligi potest: Legi enim, IN TABULIS CÆLI quacunque contingent vobis & filiis vestris. Forsan autem etiam illud: Complicabuntur CÆLI NB UT LIBER significativas futurorum rationes consumatas, & ut ita dixerim, adimpletas fore ostendit; Sicut Prophetas etiam adimpletas esse dicimus, cum jam evenerint: Hoc modo in signa secundum scripturæ vocem stellas factas arbitramur. Hactenus *Origenes* etiam ab *Ensebio* citatus lib. 6. de Præp. Evang. c. 9.*

Joh. Chrysostramus auctori græci Antiochenorum
Doctor

Doctor & Christianorum *Demosthenes*, qui vixit A. C. 398. de quo *Sozomenus* Hist. Eccl. l. 2. c. 10. In hunc LIBRUM, inquit, CÆLUM indigitans, aliter & *Idiota* & *Sapiens* intuenti poterunt Homil. 9. ad Pop. Antiochen. *Munda* quippe *Creatura DEI* sunt scripturae, ut loquitur *Clemens Alexandrinus* Strom. l. 6. Non dissentit *Augustinus* Tagostanus Hipponensium Praeful, qui floruit A. C. 426. CÆLUM LIBER EST, in quo omnium rerum futurarum eventus divina manu inscripti sunt. Comment. in *Esaiæ* c. 13.

Paria habet *Basilius* Seleuciæ apud *Ilavros* Episcopus, qui vixit A. C. 450. *Universa* hæc mundi moles, ait, perinde est. NB. AC LIBER literis exaratus palam contestans & predicans gloriam DEI, illiusque augustissimam majestatem Homil. 1. Hexacem. *Dulcisonus* *Bernhardus* de Mundo: LIBER est, inquit, communis catena ligatus in eo sapientiam DEI legat, quicumque voluerit, ille plicandus, quando omnes erunt in beatitudine docibiles DEI. *Joh. VI. 3.* *Esaiæ LIV. 13.* Serm. in *Psal. LXXXIV.* ad hos *Gassarellus* S. 3. p. 263. seqq. recurrere videtur.

At verò cum hujusmodi verba de LIBRO Patres pientissimi adhibuerunt, citra omne dubium didicerunt ista ex sacrarum scripturarum Pandectis & Prophetis. *Esaiæ* potissimum & *Johanne*. Exinde audeat *Gassarellus* asserere s. 2. Probato igitur CÆLUM in scripturâ LIBRUM vocari, nullatenus dubitandum erit, quin in eo LIBRO litteræ & Characteres dentur, qui ab aliquibus intelligi possunt, vocari autem CÆLUM LIBRUM ex *Esaiæ XXXIV. v. 4.* patet, ubi de die novissimo agens, quo omnia quieti da-

dabuntur, ait, CÆLI!

Inventioni
lympici videtur
bis adjungitur
Prophetam, et
sua verba, quæ
Exercitus CÆ
LIBER
tus eorum aut
& sicut decibe
ginta: *Kay*
ma
re regu
ac juvare G
orum iclu op
tatione esse id
CÆLI SICU
similitudinem
cæli: Comp
procedunt
mas SICUT
II &c. pi
omnem seq
toribus pra
ut inverte
ritus S. V
mere: C
sunt.
SICUT
formam
moris est
Polonia
suvidi i

dabuntur, ait, *Complicabuntur sicut LIBER CÆLI!*

Inventionem & compositionem *Libri Olympici* vidimus & illius confectionem. Jam nobis adjungitur II. *Inspectio*. Citavit *Gassarellus* Prophetam, evolvenda sunt Sanctissimi Vatis *Esaie* verba, quæ sic habent: *Liquefcescet universus Exercitus Cæli, complicabunturque cæli Sicut LIBER* □ משה רבך יהנו & *universus exercitus eorum decidet, sicut decidet folium de vite, & sicut decidet de ficu* Cap. XXXIV. 4. Septuaginta: *καὶ ἐλίσθησεται ὁ ἔρανος ὡς βιβλίον καὶ πάντα τὰ ἄσπρα πεσείτω ὡς φύλλα ἐξ ἀμπέλης καὶ ὡς πίπτεαι φύλλα δὸπὸ συκῆς*. Quid hæc juvare *Gassarellum* possint, sub primo oculorum ictu optimo Lectori patefcet, simile scilicet non esse *idem!* *Complicabuntur*, ait *Elaias*, *CÆLI Sicut LIBER*, quare geminam adjungit similitudinem, sicut *Folium de Vite* aut *Ficu*; non dicit: *Complicabitur CÆLI LIBER*. Et tam cautè procedunt sancti Patres, ut similitudinis particulas *Sicut*, *Velut*, *Tanquam*, *Quasi* &c. piis suis addant explicationibus; ut omnem sequius interpretandi proterviam Novatoribus præscindant. Sed tam audax est *Auctor*, ut invertère non erubescat mirèque disponere *Spiritus S. Voces*. *Calum quasi liber* &c. Et substituere: *Complicabuntur CÆLI, quia LIBER sunt*. Stant *DEI* verba! *Cæli Complicabuntur Sicut LIBER*. Solebant Prisci libros suos in formam *Cylindri* convolvere. Ac etiamnum moris est alicubi apud *Judæos*, ut ipsemet ego in *Poloniâ* in *Synagogâ Fordanensi Scenopegiæ Fesfōyidi* in complicatione *Voluminis* *Legis*, cui *vir*

ritum quasi prælato digitos imponebant, eosdem-
que statim oculis pro illuminatione, ut arbitror,
ex Ps. XIX. v. 9. admovebant. Habent autem
Hebræi, unum duntaxat folium sive membranam
oblongam, quæ circa Cylindrum seu ligneum axem
circumvertitur, instar lignæ telæ radio textorio
circumvolutæ. Conf. El. VIII. v. 1. *Arctas* Cæsariæ
Episcopus arbitramur veteri consuetudine usum fuisse
(Apostolum.) Hebræus enim eâ re, quæ
circumvolvitur, usus est; sicut fieri solet in libris,
qui apud nos sunt, quorum evolutio non obscurationem,
sed eorum, quæ scripta sunt, manifestationem efficit
solet in Commentar. Apocalypseos. Hinc Thomas Bright
mannus scriptor acutissimus; similitudo complicati libri
de prompta est ex veteri more, quo librini non compingebantur
in folia, sed instar rotularum convolvebantur, unde
Volumina & ἐπιθῆματα dicta sunt in Apoc. fol. 109, b.
Videntur autem hujusmodi libri aliquam præ se ferre
Cælorum imaginem, quia sicut axem illum ligneum,
qui in medio Voluminis est, plures ipsius membranæ
sive orbis, sive spiræ, altera super alteram ambiunt
& concludunt: Ita hanc terram, quæ medium hujus
universi axem tenet, plures cœlestes orbis; alter
super alterum collocati orbiculariter circundant &
claudunt. Vid. *Sixtus Senensis*. l. 2. c. 92.

Fuit error aliquorum Astrologorum, ait *Origenes*,
CÆLUM ESSE LIBRUM, cujus litteræ & Characteres
essent stellæ, in quo ventura essent scripta, & peritum
quemque futura posse prædicere. In *Philocal.* c. 23. §. 2.
Inspicere lubido sit quæ clarus Modernorum
Hebræorum Rabbi *Menasseh Ben Israël* Quæst. 30. in
Genes. habet. *Sa- era*

era Scriptura, ait, ad exprimendum otium & quietem Israël post mortem Tyranni (Sennacheribi) ait Solis & Luna lucem auctum iri ac Solis lumen septuplo majus fore luce septem dierum: nimirum, dierum initiationis Domus Salomonis, quæ omnia metaphorice dicuntur; contra quando refert destructionem Edom, dicit: Et liquefcit omnis Exercitus Cæli Es. XXXIV. v. 4. Quibus verbis iuvitur, illustres Viros, qui dignitatis causâ cum stellis comparari poterant, subito tunc casuros, quemadmodum vva de vite decidit. Idque DEUS Israël significare voluit, quando inquit: Aspicerent Cælum: etenim visuros eos, quomodo velut fumus evanescat, & terra panis instar in deterescat, ideoque exhortatur eos, agnoscerent à DEO salutem sibi datam, quoniam illi, qui a stigio suo cælum se contingere existimassent, subito cadentes, & fumi instar perevntes contrarium sensuriefent. p. 38. Francofurti 1633. Quâ verò ratione Cælum dicatur Βίβλιον εὐλιοςόμμενον sive liber convolutus inter Doctores, disquiritur. Arius Montanus Hebraicæ linguæ ac Theologiæ scientissimus in h. l. commentatur; stellis fatum adscribebant (Paganis) cujus Vis ac Virtus nec vitari nec impediri ullo modo posset atq; Fati Comittem Fortunam cælo etiam astrisq; intulere, cujus vanæ & infancientis Doctrinæ plena sunt ferè Gentium omnium charta Vid. Doctissimus Nic. Fullerus Misc. l. 1. c. 16. Hanc persuasionem ac Disciplinam exitu manifesto argutum iri Vates prædicit interitum nimirum ac strage & cade nationum omnium promiscuâ, cujus spectaculum doceat, nihil astra efficere, nihil posse, nihil valere aut prodesse circa

DEI voluntatem & consilium, & perinde esse
 INUTILES CÆLI PICTAS FIGURAS in om-
 nibus, quibus divina imminet ira atque LIBER
 sive VOLUMEN densis exaratum litteris involutum
 tamen ac complicatum, quibus nullus legentibus hoc
 pacto esse possit usus. Rekte Gabriel Delazquetz,
 posteaquam improbavit Lyra verba, Gentiles
 ex constellationibus prægnosticantes non potuisse
 cognoscere ventura per Nebucadnezarem, quasi,
 si cælum, inquit, non fuisset complicatum ex eo
 prænoscere potuerint ea, quæ a libero arbitrio Ne-
 bucadnezaris dependebant. Ludovicus Al-
 casar Hispalensis; Agit Esaias, ait, de suppli-
 cio, quod DEUS ex Iudaico populo sumpsit, per
 Vespasianum & Titum &c. Cum hæc verò
 explicacione egregie consonat, ut inter prodigia
 inibi ab Esaiâ relata, quæ Mystici Edom vasti-
 tionem fuerant prægressa, asserat Propheta:
 Complicabuntur sicut LIBER CÆLI &c. Præ-
 terea in sensu Grammatico significatur cælum
 quasi VOLUMEN complicatum, quod antea erat
 expansum. Comm. in Apoc. VI. v. 14. p. 427.
 Quod igitur explicatum erat, complicatur & con-
 volvitur, ipsum enim verbum גלגל Galal, unde est
 illud apud Esaiam גלגל galgal significat: Convol-
 vit. Et hinc Latinus vertit: Complicabuntur.
 D. Hieronymus in Comment: Esaiæ explicans
 illud complicabuntur CÆLI, ut LIBER dixit Cæ-
 los in die Iudicii fore quasi libros complicandos,
 ut non ultra scribantur in eis peccata malorum.
 Et quemadmodum Salvator noster dixit: Gau-
 dete, QUOD NOMINA VESTRA SCRIPTA
 SUNT IN CÆLIS. Luc. 10. v. 20. Et intelli-
 gere voluit eos, quorum nomina sunt in libro vite.

Philipp.

Philipp. IV.
 in libro mor-
 servit scri-
 recedentes
 Cap. XVII.
 37. 38. 39
 cto Esaiâ
 Kai & ego
 me ven
 voluitur:
 ex panis sun-
 parituros v
 he. nullam
 Cellabie eni
 epens pulci
 niti motum
 1447.
 Th. Bri-
 fo, & cum
 rez in libro
 illigunt, &
 complicatio
 involvitur
 he quoque
 tate. Con-
 addit Alfi-
 sum, exte-
 diductam
 expansum
 pus definit
 redacta fu-
 debeat esse
 rarum. T

Philipp. IV. 3. Ita *Jeremias* eos, qui scripti sunt in libro mortis, significare voluit per illos, quos asseruit scriptos esse in terrâ, cum dicit: Domine, recedentes à te IN TERRA DESCRIBENTUR. Cap. XVII. 13. Videatur *Sanctius* in h. l. n. 36. 37. 38. 39. p. 408. 409. Conveniunt cum dicto *Esaia*, quæ leguntur Apoc. VI. v. 14. Καὶ ἔγενος ἀπεχωρίσθη αἰς βιβλίον εἰδίας ὁ μενον. *Et cælum abcessit*, sicut *Liber*, qui convolvitur: Ubi significatur Cælus, qui aperti & expansi sunt, omnibus lumen reddentes, tum apparituros veluti LIBRUM COMPLICATUM h. e. nullam claritatem & splendorem emissuros. Cessabit enim motus stellarum, & quod est consequens pulchra rerum vicissitudo & varietas, quæ cæli motum sublequitur, desinet. Bl. Viegash. l. p. 443.

Th. Brigtmannus dicto loco ex *Triconio* Afro, & cum his *Alstedius* per *Calum* Ecclesiam, quæ in libro Apoclypsæos per cælum figuratur, intelligunt, & ejus desolationem fore sicut LIBRI complicationem, non enim perit liber, quando convolvitur, sed tantus manet, quantus fuit antea. Sic quoque Ecclesiæ nihil decedet de suâ integritate. Confer Hebr. I. v. 12. Ubi observa, sicut addit *Alstedius*, *Calum* Hebræis dicitur ὑπὲρ expansum, extensum tanquam linteam vel tentorium, vel diductam laminam, convolutum autem desinit esse expansum; Ita Ecclesia sub sigillo sexto ad tempus desinit esse *Calum* seu expansum, quatenus redacta fuit ad paucitatem, cum alia *Natura* debeat esse ὑπὲρ h. e. debeat diffundi per orbem terrarum. Trifol. Prophetic. part. 3. p. 52, In Har-

monia Apoc. ex diversorū Theologorū sententiis
 collecta: Explicatio haud abfimilis reperitur: *Pa-*
Calū Biblia aliquot seculis cōvolta lectu prohibi-
 ta accipiunt; vel convolutum librum etiam sub fi-
 nem mundi convolutam Ecclesiam p. 142. Fran-
 cofurti, 1618. Ut convenire videatur cum illo
 Salvatoris nostri CHRISTI: *Verumamen Filium*
hominis, cum venerit, num reperturus est fidem
in terrâ! Luc. XIIX. v. 8. Scilicet ob credentium
 paucitatem atque Atheorum & persecutorum
 multitudinem Matth. XXIV. v. 12. Pl. XII. v. 1.
 Reticere hic non debet singularis opinio *Clementis*
Romani, qui librum complicatum in fine mundi
 explicandum atque aperiendum docet, ob manife-
 standa consummatae gloriæ, nunc ab oculis remo-
 tæ, præmia. Ita verò libro 2. & 3. *Recognitio-*
num mentem aperit; *Duo sunt Cali*, unum *super-*
ius ambiens visibile firmamentum & illud est
perpetuum & *æternum* cum hi, qui habitant ibi;
Alterum hoc visibile inferius, quod in consum-
 matione seculi resolvetur & transibit, ut illud
Calum, quod est antiquius & celsius, appareat.
 Cum enim expletus fuerit numerus animarum,
 quæ prædestinata sunt, & mundi huius tempora
 ad finem pervenerint, tum illud visibile *Calum*
 EVOLVETUR UT LIBER, ut illud, quod est
 superius, appareat, & anime beatorum, corpori-
 bus suis reddita, inducantur in lucem, propter
 hanc enim præsentem Vitam hominum, factum
 est istud visibile *Calum*, ut esset interjectio qua-
 dam & divisio, nequis forte indignus habitatio-
 nem celestium & DEI ipsius sedem videret, qui
 hi soli, quæ mundi sunt corda videnda, præpara-
 ta, & pergit *Clemens*: Nunc id est, Agonii
 tempo-

tempore in-
 bus ad præ-
 OVORUM
 gener f
 resolen, ut
 totius orbis
 Ita & huius
 statum ille
 sunt Clem
 sum detort
 LIBER, ut
 COELI co
 centiâ, quæ
 varias forma
 varium utro
 elici, Pythag
 Macrobius
 Platō dicit
 sones inli
 Caelus Rho
 nican illuc
 nem, &
 cap. XXXV
 ut, alii sed
 rum Musio
 h. l. Noste
 Nablat
 nas, nubes
 Pl. LXV.
 rum more
 lorum mot
 summâ Ca
 h. l. p. 315
 1007, &

tempore invisibilia esse placuit ea, quæ vincen-
 tibus ad præmium destinata sunt, sicut enim TESTA
 OVORUM, quamvis ea pulchre facta & dili-
 genter formata videantur, necesse est frangi &
 resolvi, ut inde pullus procedat & illud, pro quo
 totius ovi forma expressa videatur, appareat:
 Ita & huius mundi necesse est transire statum, ut
 status ille regni celestis effulgeat. Hæc verba
 sunt Clementis Romani. Male igitur in suum sen-
 sum detorsit Gassarellus verba Esaiæ: QUASI
 LIBER, ut inde, nescio quem & ubi! LIBRUM
 COELI conficeret an confingeret? Pro istâ li-
 centiâ, quam Gassarellus sibi tribuit, Cælum,
 varias formas, varia nomina, varium adspectum,
 varium usum ac habitum, varios titulos poterit nan-
 cisci, Pythagoras Mundum statuit esse *Lyræ* vid.
Macrobius Saturn. l. 2. c. 3. Plinius l. 2. c. 3. Et
Plato dudum dixit lib. de Reipub. singulis orbibus
Sirenes insidere, quâ de re alibi dictum. Vid.
Cœlius Rhod. A. L. l. 8. c. 25. Huc non nulli ap-
 plicant illud Jobi: *Quis enarrabit Calorum ra-
 tionem, & concentum Cœli quis dormire faciet*
 cap. XXXVIII. v. 37. 𐤁𐤍𐤍 nebel defluxum deno-
 tat, alii reddiderunt concentum, unde Instrumen-
 tum Musicum *Nablum*. Optime *Mercerus* in
 h. l. *Noster Interpres* inquit, *Concentum Cœli*
Nabla intelligens *Organi Musici* genus non *laga-
 nas*, nubes enim sunt instar *Lagenarum*. Vide
 Pl. LXV. v. 10. *Sed non intellexit Pythagorico-
 rum more, ut quidam hinc colligunt; esse in Cœ-
 lorum motu Harmoniam Musicam; Sed tantum*
summâ Concordiâ volvi orbis celestes. Com. in
 h. l. p. 315. Vide *Pinedam* in Paraphr. h. l. pag.
 1007. & 1025. *In se enim Elementa dum con-*

vertuntur, sicut in Organo Qualitatis sonus im-
mutatur, & omnia suum sonum custodiunt, ait
Philo. Sap. XIX. v. 17. Ipse Psalter Hagiogra-
phus Cœli, inquit, enarrant gloriam DEI. &
iterum: In omnem terram exiit sonus eorum,
quasi ad amussim concinnata sit Harmonia Pl.
XIX. v. 1. Celi enarrant gloriam DEI & quomo-
do enarrant? Per ipsum ad aspectum, tacet Cælum,
sed ipsius ad spectus vocem tubâ clariorem emittit,
per oculos non per aures nos docent, ut loquitur
D. Chrysostomus Homil. 9. ad Pop. Antioch.
Ita Cœlum dicitur domus, cujus columnæ con-
tremiscant Job. XXVI. v. 11. Confer. Joh. XIV.
v. 2. Appellatur speculum fuscum Job. XXXVII.
v. 18. Quia Cælû est pellucidum, sive, ut aliis placet,
& dicitur apud Ravanelum, quia est firmum &
solidum p. 646. Tribuitur Cælo Vultus, quite-
net vultum solii sui, & expandit super illud ne-
bulam, sive nubem suam Job. XXVI. v. 9. Sic
quoque tentorium dicitur Pl. CIV. v. 3. Exten-
dens Cælum sicut pellem: Inde Albertus M. In
LIBRO Unversitatis, inquit, QUI EST CÆ-
LI PELLIS, sicut prædictum est, potuit signifi-
care si voluit, quod sciebat, quod si fecit, tunc ea-
dem est determinatio, de Compossibilitate liberi
arbitrii cum divinâ providentiâ, & cum inter-
rogationis significatione Spec. Astronomic. c. 13.

Lucius Bellantius Senensis, quid obstat, in-
quit, IDEUM in COELI PELLE, omnia aut a-
liqua futura depinxisse, sicut signa, quæ erunt in
sole, Lunâ & stellis extremum diem significa-
bunt, non tamen efficient, contra Joh. Picum
Mirandulam Quæst. 14. Artic. 6. Apud Castri-
um L. J. de Vat. Natur. c. 6. Hæc atque alia plura oc-
currant

currant Lec
alset. Gaffa
concentra
esse, in qu
rium vultu
DEI respic
cè dicunt
dirigitur
Sanctissim
susplicere
interiori
possent, qui
derent. Se
riam suam
nastr agi
nium cum
te, Munda
perpetuo
p. 224
w, non ho
movisio
pota nullu
ritate DEI
mino no str
Ut
stro, v
bibus h
bus comp
ter credul
ut in Com
ro, ait si
gue Char
positus, et

currant Lectori. Quomodo verò hæc conciliasset *Gaffarellus*, Librum esse *Nabulum*, à quo concentus posset exaudiri; & Librum *Tentorium* esse, in quo habitacula posset parari; & Tentorium vultum esse, Solium esse, Thronum esse, in quo DEI resplendat Majestas; quæ omnia metaphoricè dicuntur. Et, si *Liber* qui *patria* est, quò nostrum dirigitur πολιτευμα. Philipp. III. v. 20. Legimus Sanctissimos Viros & Patres nostros identidem suspicere Cælum solitos, tantoque ejus adspectu, interiori gaudio completos, ut sibi temperare non possent, quin maximam vim Lachrymarum effunderent. Scilicet aspiciabant illi Cælum, quasi patriam suam exsules; Quasi portum cum periculo naufragii navigantes; Quasi Coronam & præmium cum fortissimis adversariis Diabolo, Carne, Mundoque, dubio pugna exitu, quondam vivunt perpetuo decertantes, ait *Pererius* in *Danielem* l. 4. p. 224. Dubio, ait ille, exitu! non sic *Paulus*, non sic *Fidelis* 2. *Timoth.* IV. v. 8. Quia ὄπερ κῶμεν *Rom.* VIII. 37. Et certus sum, quod nulla Creatura nos poterit se parare à Charitate DEI, quæ est in CHRISTO JESU Domino nostro v. 39.

Ut, quod res est, scribatur *Gaffarello* nostro, *Guilielmus Postellus* imposuit, qui ex *Arabibus* hujusmodi nugas de *Characteribus Cælestibus* compilavit, & orbi doctiori, quem pueriliter credulum præsumperat, obtrudere voluit, pro ut in *Comment.* In *Iezira* videre est: Si dixerò, ait ille, me vidisse in cælo in ipsis sacræ lingue *Characteribus* ab *Esrâ pulchre* primum expressis, ea omnia, quæ sunt in *Natura* rerum con-

*sticuta, ut vidi non explicite sed implicite, vis
 nullus mihi crediderit. Pari Phantasia correpta
 nugas non agit, sed scribit Cicero Esculanus: Ari
 illa, inquit, quæ Notoria appellatur, cuius Vir
 tute sapientes multa miranda experimenta fece
 runt ad hominum utilitatem. Sculpebant enim
 vel in Metallis, vel in Lapidibus electis, vel in gum
 mi, vel in cerâ, vel in argilla imprimebant notas
 figurarum Cælestium, quas IN TABULIS COE
 LI, viderant & nomina Angelorum addebant,
 quos DEO revelant se (si Cœlo collubescit) cogno
 verant præesse figuris illis & sic ex horum scul
 pturâ & impressione multos admirabiles effectus
 ad Laudem DEI & beneficium hominum Opera
 bantur. In Com. super Ptolomæi Centiloquium.
 Erronibus hæc & Cælestium Characterum Man
 gonibus, socium se addit Robertus de Fluctibus
 alias Flud Anglus Medicus Tract. Apologetico
 de Integritate Societatis Rosæ Crucis Lugduni
 Batavorum apud Godefridum Basson Anno Domi
 ni 1617. Ubi in Frontispicio libri, quasi pro Em
 blemate, Liber in mensâ explicatus cernitur, cum
 Notis Musicis sine Lemmate. Si liceret adde
 re, subjungerem aliquod ex Clm. Jcti Bornicii
 Sylloge 1. Embl. p. 20. Finitum parit infinitum!
 Subintellige, si ab usum respicias, erratum aut nu
 gamentum. Itaque Robertus Fludius Gassarelli
 nostri ipsissimus est præmonstrator libri Olympici
 post Postellum. Inspiciat saltem Lector optimus,
 nisi grave est, caput. 2. Ibi prius de Figuris Talis
 manicis nonnulla Exempla profert de Columbâ li
 gneâ Archite, de Tauri ligneo à se composito, de
 Dracone alas movente & sibilante, ignemque &
 flammam in Taurum ab ore evomente; de Lyra*

per se ab
 acum mod
 Bacone
 l. Not.
 Papam mi
 tarum (m
 peditarum
 nummor
 que arifi
 allaturum
 armatorum
 diu, huc
 cana? Caos
 specula huj
 que Thian
 nimus, me
 um voces ri
 stium Se
 om. 3. c. 7.
 de libro DE
 bri in vifib
 siles dap
 in rerum
 proprietat
 teris & C
 fa. Pl.
 referunt
 terialis su
 aturæ, l
 sunt myl
 cies illa,
 in tabulis
 suam in se
 mu verba

per se absque viventis auxilio Cantum Symphoniacum modulante. Quin part. 2. c. 4. de Rogero Bacone cujus caput *Talumaticum* tetigimus part. 1. Not. 59. Num. 7. p. 269. refert, literis ad Papam missis, promississe se novem specula conflaturum (modo si pecuniarum supplementum ei suppedigaretur, aut si Camera Romana tam prodiga nummorum foret, spem pretio emptura) illorumque artificio se plus damni Turcis & infidelibus allaturum esse, quam exercitu ex centum millibus armatorum composito: Sed ubinam, quærit Fludius, hoc in seculo reperienda sunt hujusmodi arcana? Cautè, Lector Erudite! ubi reperiri possunt specula hujusmodi Thraconica? Apollonium quoque Thianzum cujus Notà 99. præcedente meminimus, memorat potionibus veneficis, quò avium voces rite intelligeret, usum fuisse p. 25. Vide *Sixtum Senensem* de illo lib. 2. p. 67. & *Strotzium* l. 3. c. 7. Inde pergit ad *Cabalam* & c. 3. agit de libris *DELTÀ* in visibilibus quàm invisibilibus. Libri invisibiles Fludio sunt multarum specierum; visibiles duplices; in uno DEUS mysticè scripsit in rerum creatione & insculpsit veras formas & proprietates cujuslibet Creaturæ, hoc in Libro literis & Characteribus arcanis: Citatur ea de causa. Pf. CXXXIX. v. 14. & 15. Porrò Hùc refertur universa *Natura* visibilis, seu mundi materialis substantia, in qua tanquam in Libro, Creaturæ, loco verborum includuntur, sed literæ sunt mysticæ. p. 37. 2. *Librorum visibilium* Species illa, in quâ DEVS digito suo sacro sancto in tabulis lapideis, post Creationem, voluntatem suam inscripsit, in hoc libro *Adamo* sub paucissimis verbis visibilibus operum creatorum *Mysteria* bene

benevolè detexit. sub hâc specie *Liber Principii*, *Liber DEI*, *Liber creavit*, *Liber Tenebrarum* & *Liber Lucis* comprehenditur, *Volunt*, addit ibidem 1. Cap. Genes. Conf. cap. 4. in fine p. 51. non à Mose sed à DEI digito scriptum cum Adamo esse communicatum. Audi Myſteria! Ut *Libri Viſibiles vel inviſibiles*; ita etiam ſcripturæ ſunt exiſtimandæ cap. 4. *Libri inviſibiles*, ſcripta ſunt, quæ in *Ezechiele*, *Daniele* & *Iohannis Apocalipſi* reperiuntur. *Libri viſibilis*, ſcriptura viſibilis, viſibilia naturæ, inſcriptiones in foliis, arbuſculis, lapidibus, & in COELO varios conſpicamur STELLARUM CHARACTERES ET FIGURAS ab invicem differentes, & in terrâ figuræ externas à verbo FIAT! Mediante Spiritu Creationis ordinè ac tempore in Creaturis inſculptas. Ad huiusmodi ſcripturam DEI viſibilem (1) refert *Tabulas Moſis* digito DEI conſcriptas. (2) ſcripturam myſticam per *Mene Thekel Phares* Regi Bab. *Balthaſar* in pariete exhibitam Daniel V. v. 5. & 25. 26. ſeqq. De quibus *Leonhardus Thurneiſerus* Cabaliſticum quid profert מאמא ma ma ma: *Diſt iſt recht alſ Cabaliſtiſch geredt / von dreyen unterſchiedenen Sprachen / als nemlich von Hebreiſch / Syriſch oder Chaldeiſch oder Abyſſeniſch. Un iſt aus ieder Sprach ein Buchſtab genommen / iſt eine bedeutung aller Vollkommenheit / derhalben daſſ im Gewicht / in der Maas und in der Zahl / wie Euclides und Pythagoras melden / alle operation ſehen dann מאמא heifſet numeravit, מאמא menſuravit מאמא lege מאמא ponderavit, Id eſt: Verè hoc dictum cabaliſticè ex tribus diverſis linguis ſcilicet *Hebræâ*, *Syriacâ* & *Chal.**

Chaldaicâ
littera una
tionis, 10
ro, at
peratio co
ex Parac
Onomaſtu
nii 1583
mit apud
ent p. 1
384 & 38
Amor nol
mis in vind
tit. 4. 5. 4
3.
preſſam,
his ſubjung
legitur:
nos inter
Quale illuc
hoc tanga
Tra
ſuiſſe imp
laron Lan
nomine l
thum, q
damo
Pirkec.
ex Alph
Cl. Joh.
1. Exere
ra legitur
ſpirans &

Chaldaicâ sive Abyssinâ, & ex quâlibet linguâ, littera una desumpta, significatio est omnis perfectionis, ideò quòd in pondere, mensurâ, numero, ut Euclides & Pythagoras docent, omnis operatio consistat, quia נדנ is numeravit &c. Hæc ex Paracelso Philosophiæ Natur. l. 15. c. 21. in Onomastici Hermenentici part. 2. p. 167. Berolinii 1583. descripturâ Cabalistico-Cælesti depromit apud Excellentissimum Bangium in Cœlo Orientis p. 137. Vide Pererium l. 6. in Daniele p. 384. & 385. Et Excellentissimus Dn. Wasmuthius, Amor noster, Hebrææ linguæ Vindex felicissimus in vindiciis sacræ scripturæ cap. 1. sect. 1. Antith. 4. §. 4. p. 65.

3. Denique signaculum in fronte Caini impressum, quo distingueretur à cæteris hominibus, his subjungit, De signo Caini Genes. IV. v. 15. legitur: *Posuitque Dominus in Cain signum, ut non interficeret eum omnis, qui invenisset eum.* Quale illud fuerit signum, variè ut *ὦς ἐν τῷ αὐρῶδῶ* hoc tangam intèr Commentatores disceptatur.

Tradit *Rhafi litteram* sui nominis fronti fuisse impressam, ita etiam *Lyranus*, & Rabbi *Salamon Iarchi* impressit, ait, fronti ejus litteram ex nomine tuo. Divinant Hebræi fuisse *נש* Sabbathum, quod in remissionis signum datum fuerit Adamo, & postmodum Caino. Rabbi *Elieser* in Pirke c. 21. Contendit, fuisse signum istud litteram ex Alphabeto Hebraico brachio Caini impressam: *Cl. Joh. Henricus Heidegger* Hist. Patriarch. Part. 1. Exercitat. 5. §. 37. (2.) Quia apud Septuaginta legitur: *ἐξέπνευσε καὶ ἐρέμειον ἐπὶ τῆς γῆς. Suspirans & tremens eris super terrâ vers 12. Docuerunt*

runt nonnulli horribili tremore fuisse afflic-
tum ; Ita Beatus Dominus Lutherus Explic.
in Genes. T. 6. Witteb. p. 69. b. Nec dilentire
videtur ab *Ambrosio* l. 2. de *Cain & Abel* c. 10.
T. 4. p. 138. Dn. *Seluecerus* qui de Tremore
Capitis & Membrorum explicat, cum iste, &
toruitas vultus, & oculorum mutatio atque alia
Ὁ' via παραθήσων. e. Signa reatus in intercus-
soribus videantur. Enarr. in Genesin. p. 252.
Vid. *Benedictus Pererius* in Genes. l. 7. n. 62. p.
242. Quin etiam reperiuntur qui statuunt, ubi-
cunque locorum fuerit *Cain* partem aliquam cir-
cumstantis terræ tremuisse. *Rivetus* Exercit. 43.
in Genes. p. 291. Alii (4) ejus capiti affixum
fuisse *Cornu*, alii (5) audaciam fuisse inditam, ut
nihil timeret. (6) *Efra* signum prodigiumque ali-
quod in oculis *Caini* editam docet, quod fiduciam
illi attulerit : Quam sententiam refert *Ramban*
eod., quod verbum illud posuit, fixum aliquid no-
tet & stabile, non enim dicitur : Dedit aut fecit
Caini signum, sed apposuit illo signum. Et, ut re-
perti, qui terribile aliquid fronti *Cainicæ* impin-
gere voluerunt ; ita etiam, (7) qui *Lepram* in
fronte ejus apartuisse tradiderunt. Suspiciantur
nonnulli (8) *Canem* ei fuisse additum, qui præ-
ret, latratuque admoneret advenientes, adesse,
qui lædere posset ; hunc caverent ! (9) Alii *Co-*
mam proxiham quasi appendunt, ex qua *Lamechus*
cæcutiens à puero seductus, ut *Cainum* pro *Fera* te-
lo interficeret, errorem agnoverit. Alii alia
vid. Doctissimus *De Muis* in Variis Sacrisp. 12. *Si-*
gni modum inquit exponi non posse arbitror, nisi
qui fortè statuerit *Cainum* ex terribus Consci-
entia, ut aspectus horrendum fuisse & aliquâ qua-
litate

litate patib.
aspicientes
degerus d.
Gaffarelli P.
cat, ubi de
bri nature
& impre
vivi & natu
lettem Chan
mam, qui m
tor, quam
exponit,
perficiunt.

Hos au
dos in ather
naturalis e
negatione m
creta sua A
tunc nullus e
lora cœli t
W. v. f.
la firmam
om fixam
clarant
e. ex stell
fiet. etiam
reperiunt
noter
toria & o
deò *Leite*
perspicere
Olympico
Nec dubiu

litare paribili sic in se affectum; ut omnes quoque
 aspicientes indem effecerit, ait Clarissimus Hei-
 deggerus d. I. p. 196. Tandem tamen *Fludius*
Gaffarelli Præceptor Cap. 5. Animi sensa expli-
 cat, ubi de signaculis & characteribus magni Li-
 bri naturæ disserit: In Calo inquit, inserti
 & impressi sunt hujusmodi characteres
 vivi & naturales imò univrsam quasi campum cæ-
 lestem Characteribus visibilibus repletum conspici-
 mus, qui non aliter extellarum ordinibus constan-
 tur, quàm lineæ Geometricæ & litteræ vulgares
 ex punctis, superficies ex lineis, & corpus ex su-
 perficiebus.

Hos autem Characteres Aureis lineis depi-
 ctos in æthere exposuit Creator, ut scripturas aptas
 & naturales eorum concatenatione, serie, & con-
 gregatione in arcâ illâ lucidâ inprimeret, quibus
 secreta sua *Adamo* & illius successoribus revelaret:
 Hinc iustus est *Abraham*, ut attolleret oculos &
 sidera cœli intueretur, eaque numeraret Genes.
 XV. v. 5.

In firmamento enim infiniti characteres Stella-
 rum fixarum, infinita Mytheria intelligentibus
 declarant: Nam præter Hieroglyphicas Natu-
 ræ ex stellis tanquam ex punctis constatus, chara-
 cteres etiam & signacula occulta in qualibet stellâ
 reperiuntur, tam in creatione manifestâ, quàm
 noviter apparente, sive sit per manens seu transi-
 toria & c. p. 55. & 56. Hæc *Fludii* verba i-
 deò Lectori candido ante oculos ponere volui, ut
 perspiceret, quis *Gaffarelli* Doctor, & quis ille
 Olympicorum Characterum Notarius fuerit.
 Nec dubium mihi, quin *Fludius C. Agrippam*
 hujus-

hujusque occultam Philosophiam l. 3. c. 30. hæc in parte consuluerit. Et pariter *Gasparellus* §. 4. p. 267. Ad verò, ut aliquam speciem aut umbraticum colorem Dogmati erroneo affingat, Sanctissimum pro audacia sua Prophetam *Esaiam* docentem & dicentem. *Complicabuntur sicut LIBER COELI C. XXXIV. v. 4.* Loci hujus explicationem in præcedentibus reperire licet.

Nemo nõ videt *Prophetã* loqui per similitudinem: Omnino doctissima Explicatio prædicti Loci Exc. *Bangii* pio Lectori ascribenda est: prædicit *Esaias* inquit *claudens maximas clades & inevitabiles calamitates ob commissã peccata. Ut severitatem divini Iudicii possit exaggerare, sermonem deflectit ad ταναθεβειαν totius mundi, ut ejus cogitatione territi homines desistant ab Idololatria & offensione divini Numinis, &c.* Sic *Es.* X. 19. *Ser.* XV. 9. *Joel.* II. 10. 3. *Cap.* III. 2. *Apoc.* VI. 14. 2. *Petr.* III. 7. 2. *Deprehendimus, confundi hic τὸν βιβλῶνα cum ἰδύητι. Neque enim instar voluminis est ipsum Volumen. Propheta autem vaticinatur οὐρανὸν Cælos SICUT Volumen involutum iri.* Similitudo non sita est in libro, qua scriptilis existit, ut cum *Ammiano Marcellino* loquamur. sed in libro, quatenus est volumen, hoc est, quatenus volvi & revolvi comparatus. *Et enim veluti cœvoluunt Liber nemini fructuosæ lectionis usum præstat: sic Cælum ad instar voluminis clausum, divina vindicta virtutes suas sublunaribus (Inter quæ eminet ἀπαρχὴ ἰσὺν κροταλῶν Jacob. I. v. 18.) subministrare recusabit: Eq; diverso Cælum quamdiu est ὑπὸν retinens primigeny Extenti naturâ], vivificas hominibus & animantibus*

vires ingen
vanitate. N
lus, ut in
convert
sum infert
addeet. P
ploribus ag
p. 178. 1
semper sim
Pl. CXXV
habet Ful
1790. 1791
Textus hab
nantes, ut
cum ὁν C
lato accipi
Kimchi li
monem h
ret in ocul
ulto gaud
rit nos in
abet Vata
atrium no
viri in B
Latini. D
in h. l. H
So ret
tur hunc
improban
v. 7. 8. &
Act. XII.
tque dona
rabantur

vires ingenerat. Exerc. II. de litt. Cœl. & Angl. vanitate. Mom. 7. p. 180. 181. At *Gaffarelus*, ut ingenii acumen contra textus veritatem convertat, inverteit Verba atque alienissimum sensum infert scripturæ, quod *Theologum* minime addecer. Cum illud γ Caph similitudinis de quo pluribus agit Dn. *Bangius* Exerc. 2. C. O. Mom. I. p. 178. 179. contrariari sibi videat, excipit non semper similitudinis notam esse, allegatque verba Pl. CXXVI. v. 1. *Facti sumus sicut consolati*, uti habet *Vulgata*, quæ convenit cum LXX: $\epsilon\gamma\eta\eta\mu\epsilon\nu\ \omega\sigma\epsilon\iota\ \tau\omega\ \theta\epsilon\omega\ \kappa\epsilon\lambda\eta\mu\epsilon\nu\omicron\iota$. Ebræus Textus habet: $\text{וְהָיָה כִּי־יִשְׁׁעֶנִּי־כִּי־יִשְׁׁעֶנִּי־כִּי־יִשְׁׁעֶנִּי}$ sicut somniantes, ut vertit *Hieronymus*. Chaldeus verbum ܟܠܡܢ *Chalam* pro suo Idiomate i. e. *Chaldaico* accipit: sicut *agroti*, qui convalescunt. Rabbi *Kimchi* laudat Parentis sui sequentem interpretationem hujus versus: *Instar avolantis somni erit in oculis nostris angustia captivitatis præ multo gaudio, quod erit, quando DEUS reduxerit nos in patriam*. Cum his concordant, quæ habet *Vatablus*: *Cum revocaret Dominus in patriam nos, qui è Iudæâ abducti fueramus captivi in Babylonem, videbamur somnare præ latitiâ*. D. *Chrysostomus*: $\omega\sigma\epsilon\iota\ \epsilon\gamma\eta\eta\mu\epsilon\nu\omicron\iota$ in h. l. Heic optimè *Megalander Lutherus*: *So werden wir sehn/ wie die Zreumende*. Sequitur hunc hoc in locò *Belgica Versio*, non facile improbanda *Conf. Genel. XLV. v. 26. Es. XXIX. v. 7. 8. & cap. XXXVIII. v. 16. Joh. XVI. v. 21. Act. XII. v. 9*. Sic Græci à Romanis victi libertatique donati, *velut somni vanam speciem arbitrabantur*. *Livius* l. 33. H. R. Nullum igitur hic

reperit solatium suæ causæ *Gaffarellus*, sed somnium, sed in gravius periculum ignis incurrit, quo error comburetur dum ex Pf. LXVI. v. 12. pro LIBRI sui stabilimento citat verba: *Transseimus sicut per ignem*. An seridò credit transisse omnes afflictos per ignem elementarem aut culinarem. purgatorii enim dudum fontibus Israël exstinctum novisse poterat. *Lyranus* locum explicat, de Labore lateres coquendi & aquam comportandi ad commiscendum. Alii per ignem columnam nubis & per aquam Mare rubrum intelligunt apud *Pinedam* in Job. XXII. v. 11. p. 268. Sed Figura efficacissima est, ad notanda summa atque extrema pericula, quid enim igne & aqua periculosus? quid existiosus? Verba sunt Interpretis S. de Muis p. 362. Vid. Ef. XLIII. v. 2. *Ravanellus* p. 757. à principio. *Sixtus Senensis* aliam & alienam habet Explicationem de Corporum Resurrectione Bibl. S. l. 5. Annot 184. p. 484. seqq. Removenda ergò est huiusmodi glossa, ne ab igne pictus liber pereat. *Nisi quæ non verba mea sunt quasi Ignis dicit Dominus* Jer XXIII v. 29.

Explicat verò ulterius librum suum Idealem *Gaffarellus*, ut literas, lineas & Characteres legas. Profingendi facilitate an fatuitate? appingit signa. Idè inscribit ex Genes. I. v. 1. *In Principio creavit DEUS* אלהים ואת הארץ ואת השמים *Eth Haschovemaim eth Haaretz* Cælum & terram. Ex mente *Gaffarelli* verborum sensus foret: In Principio creavit DEUS signum cæli & signum terræ, quo nihil excogitari poterit absurdus. Ita *Gaffarellum* docuit *Fludius*, qui *Eth* numerum singularem 18 othot esse somniat. c. 5. parti 1. Apol. p. 48. sub finè.

Erudere

Erudire pot
addere lib
creatum
principium
in Bara
particular
nil denot
balisticon
vorum
Mem
nam
Principium
tionis dicit
faciendum
mane vocer
non ex dicit
Et Domin
um eum e
et Princi
arissima
qua prime
terita, p
ration de
id reperit
casus de
lestium
Et quid
non no
horab.
epta aut
re aple
Virgo
500000
700 offic

Erudire poterat Autorem *Menasseh Ben Israel*, si addere libet, ait ille, in veritate mundum à DEO creatum, nec sine eâ stare posse, quod denotatur in principio & sine Creationis; nimirum ברא אלהים *Bara Elohim Ath*: Creavit DEUS; Nota particulam ברא carere ibidem suâ explicatione, & nil denotare. Sed aliud conatur Rabbi & cabalisticum quoddam Mysterium profert. *Quarum* vocum, ait, tres postremae litera sunt אלה Mem, Thau, quæ conjunctæ faciunt vocabulum אמם *Emeth* h. e. *Veritas*. Unde Psalmographus Principium verbi tui veritas. Rursum in fine Creationis dicitur ברא אלהים לעשות *Creavit DEUS ad faciendum*, ubi similiter tres postremae literæ formant vocem אמם *Emeth, Veritas*. Estque unum ex divinis attributis illud, nam ait Jeremias. Et Dominus DEUS veritatis. Hoc dicunt sigillum ejus esse: quia ex tribus illis literis prima est Princeps Alphabeti, altera media, tertia novissima; Suntque Symbolum prima causa, quæ principium, medium & finis est; novit præterita, præsentia, ac futura. Sed scire decebat ברא non denotare aliquod signum, nusquam enim id reperiet, sed esse notam Grammaticam quarti casus de quâ re vid. Cl. *Bangius* Exercit. 2. De cælestium literarum Vanitate. 2. Mom. p. 241. seqq. Et quid *Eva* omnium mater, cum dicit: קניתי אשה אש אלהים: *Adepta sum Virum ipsum Jehovah*. An notam aliquam aut signum filii adeptæ aut possedit? spe Messiam possedit, quem re apse enixa in plenitudine temporis beatissima *Virgo Maria* & ipsissimum Characterem τῆς ὑποστάσεως θεῶν Ebr. I. v. 3. possedit vid. Dn. *Walshertus* officin. Bibl. p. 676. Et hic magnum illud

signum Matth. XII. v. 39. 40. Et qui positus in signum, cui contradicatur Luc. 2. v. 34.

Ut quidvis pro quovis arripit *Gaffarellus*, quod æreum *Librum* efformet, ac libret; sic perinde esse arbitratur, quod nemo illi concesserit *ἄρθρον* legere, pro *ἄρθρον*. Equidem *Genes. 1. v. 14.* dicitur, quod *Stellæ* sint *ἄστρα* in signa, quod aliquid debeant significare sive portendere, & Grammatici habent *ἄστρα* litterarum in plurali *ἄστρον* ad differentiam *ἄστρον* signa, ita si *Theologicè* accipiatur vox, designat *ἄστρον* Phylacteria: *Physicè* Meteora: *Politice* Vexilla: ut Grammaticè litteras. Altra igitur omnipotentis Creatoris sunt signa *ἄστρα* Pl. XIX. I. 2. *σημείωσις*: Agnoscat enim suum Ducem Creatorem, unde dicantur *ἄστρον* Exercitus. 3. *ἄστρον*. Usu vel naturali, communi; vel proprio & cœconomico. Matth. XVI. v. 2. Vel supernaturali iræ. Luc. XXI. v. 25. vel gratiæ Matth. II. v. 2. vel Sympathiæ XXVII. v. 45. Vid. *Otto Casmannus* Ast. part. 2. c. 8. C. à Castro l. 1. de Vatic. Natur. c. 6. J. H. *Hottingerus* Hexæm. 90. p. 117.

Nunquid vero exinde, quod Luminaria in signa data esse scriptura testatur, probare poterit *Gaffarellus*, stellas esse Characteres in Cœlo Angelorum ministerio dispositos. An non hoc signum manifestissimum ausus temerarii? An non signum Cabalisticæ Curiositatis? nimirum illa extenso in modum pellis, uti videtur *Reuchlino* tanquam literis inscripta luminaribus & stellis propter localem expansionem dicitur *Rakia*, quod nos à firmitudine firmamentum appellamus. Nam Cœlum invisibile non egebat luminaribus, quoniam *perse spiritualiter est illustre ac mentaliter à primâ*

primâ causâ
p. 724. in fine

Pagan
nicom Incel
sticom Cælon
Hebræorum
gi, ita suam
guæ sua not
nec, si crea
possum sui p
stirologi per
Comes. 8. A

Sed ficti

hellas in ceru

stres dis pon

iac potentia

manifestam

quæ ac equi

gii Gaffarell

mundi Theat

ἄστρον

et, si mavis

accipiat Ang

lib. 3. c. 30.

obstruit, in

ab antiquis

et in (pro li

Regum, qua

beti Gramma

minus Cælon

linguæ Hebræ

p. m. 713. de

stitutionem de

tributionem:

primâ causâ illuminatur. lib. 3. de Art. Cabalift.
p. 724. in fine

Paganum est stellâ esse animatus: *Platonium* Intelligentias Astris præsidere; *Cabalisticum* Cælum Characteribus picturatum; Nam *Hebræorum Magistri* sicut imagines suas *Astrologi*, ita suam in stellis *Alphabetarium*. h. e. Linguæ suæ notas & Elementa invenire contendunt, nec, si credulos oculos nanciscantur, minus hoc possunt illi probabiliter, quam de Imaginibus *Astrologi* persuadere, ut tradit *Picus Mirandula* Comes l. 8. *Astrolog.* c. 5.

Sed fictitium est & nugatorium, ab Angelis stellâ in certum *Alphabetum* quoddam ac Characteres disponi, *DEU* Sequidè pro ineffabili sapientiâ ac potentia *Angelos* suos *Spiritus* & *ministros* ignem flammantem facit *Pl.* CIV. v. 4. Et currus igneos ac equos. 2. *Reg.* 11. v. 11. & c. VI. v. 17. at quid *Gaffareolus* *Promethens*? ille *Angelos* in mundi *Theatro* ac officinâ facit *Typographos* ac *γραμματῶνας*. Tàm potens ille in fingendo; vel, si mavis, tàm facilis in imitando, ut utraque excipiat *Angelicum Alphabetum* *H. C.* *Agrippæ* lib. 3. c. 30. Miraque varietie & orbi litterato obtrusât, in de enata *Autoris* p. 263. *Scriptura* ab antiquis dicta *חֵתָב הַמַּלְאָכִים* *Chetab Hamelachim* (pro *Hamalachim*) *Scriptura Angelorum*, non *Regum*, quam sacra *Scriptura* ignorat. *Alphabeti Grammatici* significationem *Robertus Bellarminus Cardinalis* T. 7. *Opèrum* in institutione linguæ *Hebrææ* c. 1. Ex *Reuchlino* uti videtur l. 3. p. m. 713. delineavit. Ubi *Aleph* viam sive institutionem denotat: *Beth* domum: *Gimel* Retributionem: *Daleth* ostium: *He* demonstracionem;

tionem: *Vau* uncinum retortum: *Zain* arma:
Chet terrorem: *Teth* declinationem: *Iod* con-
 fessionem laudis: *Caph* volam: *Lamed* Do-
 ctrinam: *Mema* aquas: *Nun* filiationem: *Sa-
 mech* appositionem: *Ain* oculum: *Pe* os. *Tza-
 de* latera: *Kuph* circuitum: *Resch* Paupertatem:
Schin Dens: *Tau* signum.
 Cabalístico mysticum Alphabetum proponit *Ren-
 chlinus*, cujus descriptionem subjicio:

Aleph. Nota summarum rerum, quæ divi-
 nitatis effluxu subsistunt, ut Angeli, qui dicuntur
Hajoth Kadofch Animalia sancta. *Beth*, deno-
 tat gradum Angelorum, qui dicuntur *Rophanim*,
 à forma rotæ. *Gimel*, representat Angelos *A-
 ralim* i. e. fortes. *Daleth*, Symbolum est eman-
 ationis quartæ apud superiores, & illorum qui di-
 cuntur *Hasmalim*, qui virtute *DEL* inferiori-
 bus influunt. *He*, notat Entia superiora quintæ
 emanationis, scilicet *Seraphim*. *Vau*, emanati-
 onis sextæ Spiritus dictos *Malakim*. *Zain*, signa-
 culum Spirituum beatorum, emanationis septimæ
 qui dicuntur *Elohim*. *Chet*, Angelos, qui salu-
 tantur *Filii Deorum*. *Teth*, qui dicuntur *Cheru-
 bim*. *Iod* Intelligentias emanationis decimæ, quæ
 dicuntur *Issim* nobiles, sed omnibus Hierarchiis
 inferiores, qui influunt in filios hominum eosque
 replent scientiâ. *Caph* significat mobile ab ipso
El Sadai à causâ primâ immediatè per rationalis
 vitæ spiritum, qui dicitur *Metatron*, influit in
 omne mobile. *Caph* finale Gyrum stellarum fixa-
 rum, quæ sphaera octava aliis dicitur, respectu,
 ad superiora orbis est secundus in XII. signa Zodi-
 aci divisus, quæ alibi *Mazaloth* vid. Not. 90.
 appellantur *Lamet*, signum primæ sphaeræ Plane-
 tarum

taram, qui
 tributus orbis
 ram *Iovis*
 majus *Sol*
Samech Sy
 Not. 80. 2
 paret quasi
 intellectual
 ratis; *Fina*
 representat
 lis, & elem
 mentorum f
Aqua, *Ter*
 antea litera
 est inanimac
 sicut vegeta
 sensitiva, tan
 aris volucres
 solum homin
 fictio & fini
 C. p. 715. 7
 Et hæc
 istarum Sy
 Pro familiâ
 doctissimo
 matico &
 Reperitur
Martiales
 lerim *Cra*
 Herbâ hoc
 78709, l
 tur *Oryz*
 tē idco, qu
 ferat, illa

tarum; qui dicuntur Ambulones & Saturno attributus orbis septimus. Mem apertum notat sphaeram Iovis; Clausum Martis. Nun Luminare majus Solem significat, finale sphaeram Veneris. Samech Symbolum Cochab sive Mercurii de quo Not. 80. Ajin Sphaeram Lune proponit, & apparet quasi oculus sinister mundi. Pe Animam intellectualem, & dirigitur ab intelligentiis separatis; Finale denotat spiritus animales. Tzade, representat materiam Cælorum, quæ intelligibilis, & elementarem, quæ sensibilis; Finale Elementorum formas monstrat, quæ sunt Ignis, Aer, Aqua, Terra; & reguntur per Issim, de quibus antea litterâ Iod facta mentio. Kaph Symbolum est inanimatorum & mineralium & mistorum, Res sistit vegetabilia fructus frugesque. Sin omnia sensitiva, tam reptilia, quàm progredientia, tam aeris volucres, quàm aquarum pisces. Tau Symbolum hominis & Naturæ humanæ, quæ est perfectio & finis omnium Creaturarum lib. 3. de A. C. p. 715. 716. & 717.

Et hæc non Sibyllarum sunt folia, sed Cabalistarum Symbola, quibus Cælum suum exornant Pro familiâ *Alphabeti* deducenda non in gratum doctissimo Lectori meo fore arbitror, si *Grammatico & Cabalistico* subjungam *Historicum*. Reperitur enim ibi *Alpha* Penultorum apud *Martialem* l. 2. Epigram. 57. *Beta* Tyberius *Cælerius Crassus* Tribunus militum dictus, eò quòd Herbâ hoc nomine insignitâ, quæ Græcis dicitur τῆτλον, libenter vesceretur. *Gamma* Vocatur *Orpyllis* Mulier *Cyzicena* fidei levioris, fortè ideò, quòd cum *Gamma* uncini formam præ se ferat, illa venereorum nepotulorum bona ad se

sevocaret. *Delta* audiit *Antenor* Cretenſium
 Historicus, pro bono civium ſolicitus, ΔΕΛΤΑ
 enim Cretenſibus bonum ſignificat. *Epsilon* dice-
 batur *Apollonius* Astrologus ſub *Ptolomeo* Phi-
 loſopho, quod littera *Epsilon* Luna quaſi ſig-
 nam designaret. *Zeta* nuncupatur *Saiyrus* *Ari-
 ſtarchi* familiaris, ob ſtudium inquirendi cauſas
 rerum. *Theta* nominatus fuit *Aropus* ab He-
 ro ſuo *Idmone*, quod ſervili eſſet ingenio. *Lam-
 da* *Cypſeli* Mater ab *Oraculo Pythico* nuncupa-
 ta fuit, eo quod valga eſſet pedibus ac claudica-
 ret. Exortus hoc Alphabetum Vir varia do-
 ctæque Lectionis *Lælius Biſciola* T. 2. l. 17. c.
 20. ſed aliis plenarium ejuſdem deductionem reli-
 quit. His verò, *Benivole Lector*, adjungere
 poteris *Alphabetum Angelicum*, cujus Typos re-
 peries in Tabulis, & quidem Hemisphærio Bore-
 ali in fine *Curioſitatum inauditarum Gaſſarelli*,
 & eadem operâ cogitabis, quam nego-
 tioſum ſit otioſum ingenium humanum in rebus
 niſi ad ædificationem facientibus, quibus Mun-
 dus poterat carere; In huiusmodi ludicris operoſi-
 ſimus quoque eſt, ut apparet, *Gaſſarellus*, qui,
 ut Lectorem quaſi conſtringat, & in partes pro-
 trahat, LINEAS ſuas extendit p. 261. ex Pl.
 XIX. v. 5. In omnem terram exivit \square Kavam,
 Lineæ eorum. Ne odium ſociorum in ſe concita-
 ret, *Bellarmini*, *Lindani* & *Genebrardi* no-
 mina ſuppreſſit, ideò ſe diſputare nolle edicit,
 quomodo legendum aut ſcribendum ſit. Nota
 enim eſt horum audacia, qui pro \square Kavam
 \square Kolam ſubſtituere auſi. Laudandus in eo
 Autor eſt, quod à textu & litterâ abire nolit, ſed
 in eo improbandus maximè, quod alienum ſen-
 ſum

ſum textu velit
 ba Pl. XIX. v.
 Haaretz. Lat
 vit Linea.
 v. 10. p. 7
 poſt Præcept
 rat filum lineæ
 cretâ, aut ut
 rectam ducat
 riâ ex aquivo
 muſſis ſuncu
 rignat Saxa
 ſon & inſtrum
 (lobulo) apper
 rititudinem.
 Lexic. p. 155
 112.

Rabb: K
 ſunt quæ
 inter quas
 nam exten
 odiſimus ha
 e. Scriptura
 am verbu
 membro, &
 tanquam V
 gendam prop
 eſſe vocem
 nea enim & A
 ſuper lignum
 p. 93.

Græcus T
 Πνιφφφφφ
 ſum eorum.

sum textui velit inferre & audeat, Regii Vatis verba Ps. XIX. v. 5. sunt: כִּקְוִי צֶדֶק הָאֵץ בְּכֹל *Bechol Haaretz Iatza Kavam*: In omnem terram exiit *Linea*. קו *Lineam* denotat: Ita Es. XXVIII. v. 10. קוּ קוּ קוּ קוּ לְצַדִּיק לְצַדִּיק לְצַדִּיק *Præceptum post Præceptum, lineam post lineam*. Ita denotat filum lineum, funiculum tenuem, quem miniò, cretà, aut atramento imbuunt fabri, ut lineam rectam ducant, cujus ductum sequantur in materiâ ex æquandâ & complanandâ? Dicitur & amussis funiculus cretà aut rubrica illitus, quo dirigunt Saxa aut ligna; Item libelli perpendiculum & instrumentum, quo filo plumbo (plumbi globulo) appenso, explorant structura in altum rectitudinem. Apud Valentinum Schindlerum in Lexic. p. 1595. Editionis Hanoviensis Anno 1612.

Rabbi Kimchi, orbis caelestes, ait, tam eleganter quasi lineatim fabrefacti super totam terram extenduntur: Ad rem faciunt, quæ Doctissimus habet Musius ex R. Ezra *linea eorum*, i. e. *Scriptura eorum*. Bene convenit scriptura cum verbis, quorum mox fit mentio in sequenti membro, & sic sensus est perspicuus: *In Cælis tanquam in Volumine DEI gloriam omnibus legendam proponi ac simul illis quodammodo inditâ esse vocem, quæ ad omnium aures perveniat; Linea enim & Amussis dum à fabricis lignariis extensa super lignum remittitur sonum edit.* in Ps. XIX. p. 93.

Græcus Textus habet: *Εἰς πᾶσαν τὴν ἐξῆλη-
γεν ὁ Φόγγος αὐτῶν.* In omnem terram exiit
sonus eorum. Repetit verba sanctus Apostolus ad
Rom.

Rom. X. v. 18. *Symmachus vertit* ὁ ἥχος αὐ-
τῶν.

Echo, *repercussus, repetitus, ingeminatus sonus* illorum; Laudandus iterum est candor Doctissimi *Alusii*, qui ferre non potest, cum *Iohanne Isaaco Prof.* Col. in *Defens. Verit. Ebraicæ*; apud *A. Rivetum*. *Comm. h. l. p. 91* Si quis dicat *Græcum Interpretem D. Hieronymum* imò *Sanctum Paulum ac Symmachum* in suis codicibus habuisse *ὁ ἥρ Colam* pro *ὁ ἥρ Kavam* & *M. Delrio*; Non puto, inquit, *Septuaginta & Paulum* legisse *ὁ ἥρ* sed vocasse sonū ipsam prædicationem, *que reverà est perpendiculum ædificiæ celestis*. S. *Adag. 724.*

Cl. Heinsius. *Verba*, inquit *S. Apostolus* accipit de prædicatione *Evangelii* & eius propagatione, *que suo tempore apud omnes augebat*, ut *David* prædixerat: *Vid. Exercit. 5. l. 7. c. 14.* Sensus igitur est *Verborum: Nullus in terrâ locus, in quo communem & generalem beneficentiam per Cælorum motum & adspæctum & influentiam DEUS non manifestari: Sunt enim Linea & Verba Cælorum immutabilis eorum ordo, constans motus, pulcherrimæque scriptura tanquam ad regulam & lineam facta, quibus DEUM O. M. & Sapientissimum, hominibus ostendunt, non in uno terra angulo, sed ubique concionantia, ut ait Doctissimus Rivetus h. l. p. 93.*

Omnes, ait, Thomas Cajetanus, accipiunt à Cælis filium, e. rationes & mensuras operandi ex diversitate temporum, ut vacent operibus suis, colendi agros, pascendi, arandi, parandi victum vestitumque, venandi præliandi apud Lornium T. l. p. 261. Ut Linearum regula duci

ducitur ab uno
feu terminum
ditus varia loc
DEO vocib
tum salutaris
bis fines & ex
Arius Monta
s. mom p. 15
p. 1024.
103. *Kopen*
Jac. Lydius A
potentiam, p
Sapientiam cla
Rex Per
ut in Fra
ociam oris
mirabili regiã
regati locc
omnia,
prebantur,
Aristotele de
um DEUS!
simoni nobis
tas ac tempo
tia corda no
enarrant ge
torum DEL
VIII. v. 4
mini Pl. Cl
Majestatis v
illustrare por
tem, quam
Solem ipsu
tum univer

ducitur ab uno per medium mensurandum in aliud seu terminum mensuræ, & ut sonus à sonante editus varia loca permeat, antequam desinat, sic à DEO vocibus Apostolorum & Discipulorum editum salutaris Evangelii præconium per omnes orbis fines & extremitates dimanavit: Videantur *Arius Montanus* p. 170. *Bangius* Exercit. 2. 5. mom p. 158. *Pareus* in Epist. ad Rom. Dub. 12. p. 1024. *Amesius* in h. l. Quæst. 1. & 2. p. 103. *Kopenius* p. 250. & 251. Et de Linea *Jac. Lydius* Ag. 5. c. 7. Omnia infinitam DEI potentiam, potentissimam bonitatem, optimam Sapientiam clarissime eloquantur.

Rex Persarum, qui apud *Susam* & *Ecbatanas*, ut in Fano quodam Sacratum, nulli temere notitiam oris sui pandebat, sed circumseptus admirabili regiâ, cujus tecta fulgebant eboris nive, argenti luce, flammis ex auro vel electri claritate, omnia, quæcunque per universum regnum gerebantur, Otacustarum relatione discebat ex *Aristotele* de Mundo & *Apulejo*. Non sic Deorum DEUS! quia non passus se esse expertem *Testimonii nobis bene faciendo, dans nobis calidus pluvias ac tempora fructifera, implens cibo & lætitiâ corda nostra.* Act. XIV. v. 17. Cali enim enarrant gloriam DEI, vides Cælos opera digitorum DEI, Lunam & stellas, quas fundavit Ps. VIII. v. 4. Et Impleta est terra possessione Domini Ps. CIV. v. 24. Resplendent ubique divinæ Majestatis vestigia, *Sol tantum unversi partem illustrare potest, illam relinquens Luminu expertem, quam umbrâ terra occupat: Qui autem Solem ipsum & fecit & circumducit parvam, si eum universo conferatur operum suorum partem,*

is verò non omnia posset animadvertere? ait *Ap. nobis l. 1. adversus Gentes c. 14.* Et is, qui *Omnia est in omnibus per quem vivimus movemur & sumus τὸ πᾶν καὶ ἡμῶν ἐσμεν* Act. XVII. v. 28. annon ubique deberet resplendere? utique effulget ubique Domini Majestas.

Præsentem monstrat qualibet herba DEVM!

Inspexit *Eruditus Lector* signa & Characteres, vidit litteras, lustravit Alphabetum. Tam promptus verò noster *Autor* est. ut totum librum explicet, h. e. *Mosaicum* ypr̄ sive *expansum* explanet, illudque Corii ad instar extendat? quin, quia Græcam vocem *πάργυς* sibi suoque Dogmati interservire opinatur, pro pelle habeat. Ita enim §. 2. p. 262. scribit: *Hoc autem in Expanso velut in pelle, DEUS stellas certo ordine disposuit, ut Characteres sint mirabilium ipsius indices.*

Non temperare sibi potest à particula *Velut* in pelle, &, ut comparatè loquatur; & tamen Volumen aliquod characteristicum, imaginatur, Rabbi *Schelomo Tarchi* tam sollicitus est, ut soli, sicut *Natura* cordi humano vesiculam aqueo humore plenam præparavit, thecam quandam adponat refrigeratoriam. *Soli*, inquit, *DEVS* posuit tabernaculum in ipsis, *Cælu*, propterea quo *Sol* in quâdam thecâ aque plenâ, quâ existiment nimum *Solis* ardorem temperari, alioquin fore, ut universus orbis sui subito incendio pereat. quemadmodum nonnulli arbitrantur in *παραληθρία* dicque illo panto critico *Solem* è thecâ suâ proditurum, ut pereat totus orbis incendio. Ita *Judæi* *Hydriis* asfveti thecam ac situlam *Soli* posuerunt. *Manichæi* delirabant, *CHRISTUM* in *Ascensione* & *Sessione*

Beffione ad dext
globo reliquille
tumantes Sole
poris Christi
tra Faustum,
160. Vid. Cl. A
164. Ita illi C
CHRISTO pr

Sed quic
Angelos fecit
oculis ac artib
characteribus in
um & exinde qu
m Librum pro
r, talis Chara
ille debet. E
ngit tingit & e
148. scilicet C
om̄ p̄ expans
que aurâs reb
et extensu ita
a primario L
re Pl. CIV. v
tatur. Con
et, Septuagint
y dia: si vac
his Velut in Pe
Non alien

et indigna.
panfi vocab
rre & aqua
m illam aere
remam, dem
altes omnes

Sessione ad dextram Patris, corpus suum in Solis globo reliquisse; hinc solemque adorabant, autumantes Solem perpetuum domicilium fore Corporis Christi, de quo Vid. *Augustinus* l. 20. contra *Faustum*, & *Sixtus Senensis* l. 5. D. S. Annot. 160. Vid. *Cl. Bangius* Ex. 2. de C. O. mom. 5. p. 164. Ita illi Cœlum in singulares usus, ut *Soli* & *CHRISTO* prospicere videantur, adaptant.

Sed quid *Gassarellus* de *expanso* facit? ut Angelos fecit *Typothetas*; ita *Expansum* facit suis oculis ac ariis, suis lineis ac literis, suis signis ac characteribus instructam *Typographiam* ac officinam & exinde quasi à prælo sudantem & resultantem *Librum* protrahit ac depromit, sed qualis *Librum*, talis *Character*. *Mephoricus* ille est; & hic talis esse debet. *Expansum* illud, in quo suos fingit, pingit tingit & expandit *Characteres*; explicatum Not. 48. scilicet Cœlum est aërum *secundum* *dodie* *Creationis*, præ *expansum* dictum, cum à terræ globo ad usque auras æthereas & Cœlum extimum à *DEO* esset extensum; ita ut regio aërea & ætherea, hæc tamen primario *Lamine* instar diducta sive *cortina* more *Pl. CIV. v. 2.* *expansa* sit, uti *Es. XL. v. 2 2.* dicitur. וַיִּתְּנֵם & extendit, dilatavit *saeculi* *stat.* *Septuaginta* $\alpha\omicron\sigma\eta\sigma\iota\varsigma$ $\omega\varsigma$ $\kappa\alpha\mu\acute{\alpha}\rho\alpha\nu$ $\tau\omicron\nu\omicron$ $\epsilon\pi\alpha\nu\delta\omicron\nu$ $\kappa\alpha\iota$ $\delta\iota\alpha\tau\epsilon\iota\nu\alpha\varsigma$ $\omega\varsigma$ $\pi\acute{\alpha}\nu\eta\nu\eta$ $\kappa\alpha\iota$ $\sigma\iota\kappa\epsilon\iota\nu$ Vid. *Venerabilis Ursinus* *Problem* 2. de *Mundo*.

Non aliena, ait *Clarissimus Simeon de Ayles*, *et indigna*, quæ referatur eorum *Sententia*, qui *expansi* *vocabulus* intelligi volunt, quicquid supra *terre* & *aque globum* cernere est, nimirum *triplicem* illam aëris regionem, *infimam*, *mediam*, *supremam*, deinde *atherem* seu *ignem*, & *orbes caelestes omnes*, quæ *omnia* *die secundo* ajunt *creata*.

ta. Si excipiat *Suprema illa Sphæra, quæ unam saltem ex omnibus cum Abarbanele primæ mundi diæ è puro Nihilo (omnium Creaturarum patria) una cum terræ & aqua globo, uti videtur convincere Genes. 1. v. 1. fabricatam existimo, huic opinioni lubens subscribam.* Var. Sacr. An. 1. p. 6. Vid. *Sirozzus* l. 1. c. 5. & c. 11. Nihil igitur citata à *Gassarello* testimonia juvare possunt causam characteristicam, aut somnium in expanso impressum, suisque Notis insignitum *librum Olympicum*: Nec à partibus stabit, quem citavit, *Johannes Pierius Valer.* cujus fit mentio §. 4. p. 267. *Pana* Ægyptiorum ille producit sive *Jovem*, qui $\pi\alpha\nu$ sive univ. Naturam significat. Vid. *Athanasius Kircherus* Obel. Pamph. l. 3. Myst. c. 10. p. 221.

Hunc hinc pellis varietate tectum tradit, ut ex maculis stellæ referri viderentur: *Quod quidem isti ut ait FORSAN de sacris nostrorum litteris desumpsere, in quibus legitur: EXTENDIT COELUM, UT PELLEM ES. XL. v. 22.* Quamvis *Adamantius* (*Origenes*) dictum de *Anima Sapiente* interpretetur, nimirum illa extensio in modum pellis, tanquam literis inscriptæ, luminaribus & stellis dicitur $\gamma\pi$ sive $\rho\alpha\nu\gamma\acute{\epsilon}\varsigma$ Græcis corium est. Nos vero NB. tentorium illud firmamentum appellamus: *Et aulea picturata vulgus etiam ubique Racia nuncupat.* l. 44. Hierogl. p. m. 330. Basiliæ 1567. Conf. *Reuchlinus* de A. C. l. 3. p. 724. *Pierius* itaque *Expansum tentorium* appellat, non librum sed in modum pellis tanquam literis inscriptæ.

Profectò si *Postellus* suos Stellarum chartas *Steres*, & quod mireris, in *Aquis Cæli*, quibus

ullatenus inferre allaboret, notas non solum faretur eas non set, & negatorem in male creditum ille characterem fisset, de Apol. quidam de alio dico:

R. habet

R. habet

Quæ quælibet in cerebello post modum in pavimento quæ *Gassarello* ait, Ch. suone conflata positorum conatione alterarum UM veridicam addatur, videmus vocalentium discretelle castissime, ut magis unita enim sunt & arcana supur. Apol. p. cap. 6. Que

xullatenus inscribi quidpiam poterit, ut, qui facere allaboret, actum omnino agat, impressas notas non somniasset suæque chartæ illivisset, Gassarellus eas non spectasset. Si Fludius non fluctuasset, & nugatoriam Olympicarum formarum visionem in malè credulum Autorem non derivasset, nullos ille characteres è Fludio & turbatis fluctibus hausisset, de Apologia enim Fludii scripseris, quod quidam de alio iugillabat in ænigmate Grammatico:

R. habet Ausonium Liber hic: habet

R. que Pelasgum:

R. habet Ebraeum: Præter ea quæ nihil!

Quæ quæso temeritas, & quæ stoliditas, ad lubitum in cerebro certas voces effingere, iisdemque post modum liquidissimum & purissimum telluris pavementum commaculare? Fludius Præceptor Gassarello Discipulo prævit, *Nome videmus*, ait, *Characteres illis fixarum stellarum positione conflatos, mobilitate Planetarum, subterpositorum conditione, & quasi sensu & operatione alterari? sic videmus in lingua Latina ANNUM vetulam significare; At si altera litera N. addatur, ANNUM faciet: Ubi magnam videmus vocabulorum tum sensu tum Natura differentiam discrepantiam: & proculdubio, qui recte caelestium Characterum significaciones intelligit, is magna & stupenda proferre potest. Infinita enim sunt Cæli scripturae, in quibus secreta & arcana superiorum & inferiorum reconduntur.* Apol. part. 1. c. 4 p. 48. Similia repetit cap. 6. *Quemadmodum ANNIS & ANNUS,*

simi-

similiter ANUS & MANUS, in quibus desinit
unius litteræ N. & M. sensus scripturæ seu vocabi-
li mutatur, atque ita legentes falluntur & à vero
sensu distrahuntur: Eodem plane modo addi-
one unius vel alterius stellæ Hieroglyphicæ celesti-
bus, quam DEUS hominibus ante tempus debitum
& ab ipso destinatum revelare voluit sensus Hiero-
glyphicæ Scripturæ Cæli jam tandem hominibus
plena revelari potest, qui antea imperfectus, am-
biguus & incertus erat. p. 68.

Utique! si cælum Exemplar foret nugato-
riæ scriptiōnis ac Lectiōnis; & momenta rerum
à Nugatorum figmentis dependerent. Sed an non
hoc est stultitiæ cælum petere? stultæque manu
Cæli domus loquearia velut pueri in parietibus so-
lent, depingere & dehonestare? Fabricantium
hæc Phantasmata refutavit Magnus Kircherus.
Cujus doctissimam *ἐπιπέλασιον*, quæ jure optimo
parti secundæ & notæ ultimæ annecti debebat, in
parte prima post Notam 63. p. 290. invenies.
Et in textu §. 8. p. 276. Videbis, quomodo Gas-
parellus ad imitationem quasi ANUS Fludiane,
cui ANNUS, transactæ sequius Juventæ obver-
satur, & MANUS ad colam, ubi anilia fingit
mysteria, cum filo tremit. Producat suum AME,
FAME, ARME, item §. 9. p. 278. Empereur
& PERE, item ROYAUME & ROME
Glaucoma quasi quoddam oculis legentium ob-
jecturus, Litterarum & notarum mirus ludio.

Potuisset Autor ob famæ propriæ splendo-
rem non Peplo sed Polo Utopico suoque libro fi-
gurato Nomen inferere, ut sua fata exinde vel
ipsemet spectasset, vel aliis in Cælo Characteri-
stico, vel, si id non concessum, in Papyro tamen
spectan-

spectanda &
757 Pineda
voci legit
rem item ter
III. v. 20.

Et Ch
ta, sub form
indicatur, de
Gerhardus A
peræ Mundi
Anno
Tom Sect. 9. S.
GAFFARELL
XXIX. v. & 5.
nam expugna
mon, solen
bus remus m
nobi Jerusale
na existens;
115. Docet P
ille sententia
es, nam ex tro
agnitum sicut
atur Leo Belg
nelum à Lap
plo Hierosol
parte. 3c. 4.
rei sit, min
laptum & for
densissime, e
ris, qui turb
dio à vento
ac in orbem T
in proclivis a

spectanda & cognoscenda exhibuisset. Occurrit
 77y Pineda in lobum T. 1. Explicatione hujus
 vocis legit GAPHAR & designat lutum, pulve-
 rem item terrenum, *limum*. Vid. Ecclesiast. cap.
 III. v. 20.

Et Chaos, *Massa in nullas species forma-
 ta, sub forma APHAR limi & abyssi precipue*
indicatur, de quo celeberrimus Geographorum
*Gerhardus Mercator in Præf. Atlantis de Fa-
 bricâ Mundi c. 7. p. 11. c. 10. & c. 14. Amste-
 lodami Anno 1623. Cl. Libavius contra Crol-
 lium Sect. 9. §. 19. p. 50. Pingatur jam Vox*
 GAFFARELLUS, ARIEL, de quo legitur Es.
 XXIX. v. & 5. Væ! Ariel, i. e. Leo Dei, civitas,
quam expugnavit David, additus est annus ad
annum, solemnitates evolutæ sunt, & erit sicut
*pulvis tenuis multitudo ventitantium te. Voca-
 tur ibi Jerusalem Leo DEI, ob templum & altare*
in eâ existens; quod Ariel dicitur Ezech. XLIII.
 v. 15. Docet *Vilalpandus* communem Doctorum
 fuisse sententiam, templum habuisse formam Leo-
 nis, nam ex fronte erat latum, a tergo Leonis instar
 augustum sicuti *Belgium* Leonem refert, unde di-
 citur Leo Belgicus T. 2. in Ezech. p. 298. Vide *Cor-
 nelium* à Lapide & G. *Alvarez* h. l. Et de Tem-
 plo Hieroso lymitano *Jacobum* Schudam Leonem
 part. 3. c. 4. & *Iconismum*. prius quicquid ejus
 rei sit, minatur DEUS Vanis ac elatis animis
 lapsum & fore, ut copix Chaldæorum innumeræ,
 densissimæ, celerrimæ, molestissimæ instar pulve-
 ris; qui à turbine; & *favillarum*, qui in incen-
 dio à vento excitantur, confringant, disturbent
 ac in orbem Terrarum dispergant ARIEL. *Al-
 tin proclivia ad jacent! Excelsis ruinæ; fastuo-
 sis*

sis interitus, *ut lutum platearum delebo eos*, ait Dominus Pl. XII. v. 43. Quorum scilicet animus Heterodoxiæ studio, innovandi libidine & veritati scripturæ contradicendi nequitia ut & peccatorum sordibus inquinatus est.

Fugiamus injustitiam ne luteis sordibus inquinemur, atque in ejus voraginem, non pes noster exterior, sed quod est gravius Mens nostra mergatur: Philosophia quidem, (nova scilicet Pestelli, Fludii, Gaffarelli aliorumque Novatorum) aurum se querere dicit; sed lutum versat, quæ divinitatem querit in stans (Mytheria in fictis Notis & Coeli tabulis) sed vasa figuli virga confringet, ut loquitur Mediolanensium Ambrosii T. 4. in Enarr. Pl. XXXV. p. 475. & Penna Doctorum delebit ac perstringet Scolorum nugamenta. Sed meliora sanioris Philosophiæ veræque Theologiæ alumnis & cultoribus.

Quibus luto de meliori

Finxit Præcordia Numen!

Plura heic non addo: Refutationis enim operâ *Lectiois scripturæ Cælestis*. Contra Rabbinos *Capol Chomer, Ab Judanem* S. II. p. 283, aliosq; cabalæ h. e. perplexæ prolixæque obscuritatis Inventores feliciter defungitur abstrusioris scientiæ consultissimus *Athanasius Kircherus*. Non dubium mihi, quin alii Viri eruditissimi, si è re literariâ affore censuerint, pro exoptatissimâ erga Musas benignitate, criticâ *spongiam* portentosas notas & Chimæras Chronologicas de quibus *Sixtus Sinensis* B. S. l. 2. p. III. & p. 177. Et *Sim. de Myis* V. S. p. 88. aliique videri poterant, errabundo Fatorum aut Periodorum Syrmati involutas sint absterfuri, perlubenter egomet lucidissimi

mis Phœbi ocellis lampada, quod ajunt, trado, & Librum Olympicum post ejus inspectionem claudo.

Quandoquidem verò III. RELECTIO proposita executione suâ animanda ac armanda est; *Gaffarelli* opinionem deLECTURA COELI planissimè averfor ac rejicio. Turrim quondam altissimam, inutile terræ pondus, *Cajus Caligula* indicium Victoriæ excitavit, ex quâ, utex *Pharo noctibus ad regendos navium cursus ignes emicarent*; Posteaquam ut Milites *Conchas* legerent, galeasque & sinus, *spoliis Oceani Capitolio Palatioque*, ut ajebat, *debitis* replerent, imperasset, *pronunciatoque militi donativo centenis viritum denariis, quasi omne exemplum liberalitatis supergressus*; Abire, inquit, *leti! Abire locupletes! Suetonius in C. Caligulâ Num. 46.* Hanc turrim postea *arcem Britannicum & Britanburgum* dicî, (cujus adhuc aliquando recedente Oceano *ruinæ* non procul ab *Hollandiæ* littoribus cernuntur) *Ortelius & Camdenus* existimant, & quatuor hæc litteras. C. C. P. F. Inscriptas sic interpretantur:

CAJUS. CALIGULA. PHARUM. FECIT.

Consule *Doctissimi Danielis Langhornii* Theologi Anglicani lectu dignissimum *Elenchum Antiquitatum Albionensium* p. 85. & 86. *Londini 1673.* Qui in *Pharo* veritatis confutatus vanas cogitationes & inventiones hominum contemplari, easdemque indignabundâ manû notare discupit *Gaffarelliano* Asserto Turris, instar *Babyloniæ*, in cujus fastigio Liber Characteribus Cœli conscriptus repositus jacet, erecto hæc litteras adseribet:

hh 2

C.C.

*Calum Characteristicum Pictum Fictumque
Cali characteres Phantastica fabula!*

Nollibi enim nisi Cerebellis & Libellis suorum *Glyptarum* ac Architectorum Autorumque reperiuntur.

Mirabile monstrum laboriosissimi operis Concinnator *Laurentius Beyerling* in *Theatro* suo curioso Lectori exhibet de *Philippi Meursii* Protonotarii Apostolici in *Æde S. Petri* apud *Lovanienteses*, senis, qui tria, ut asserit, secula viderit, sorore, toto reliquo corpore perfectâ, Nullum habebat ista caput, sed ejus loco colloq̄ super impositam concham testaceam ad similitudinem mitella, constantem duabus valvâ, quæ aperiebantur ac claudebantur, per quascibum cochleari ministratum sumebat. Hoc ita ex eo, quod Mater ejus tempore gestationis uteri, musculos marinos, quos in foro viderat venales, minus intense desiderasset, potiri verò is non potuisset. Illud monstrum pervenit ad annum XI. *Ætatis*, mortuum ideo, quod semel ex *Iracundiâ* cochlear, quo cibis dabatur, nimis fortiter pramordisset, unde contingebat, illas valvas testaceas frangi, quibus fractis ipsum quoque emoriebatur monstrum. Historia *Lovanii* passim nota, multis in ædibus imago ejus ostenditur. At cujusmodi, sodes, fastigiatum & conchiliatum monstrum licentia & insolentia *Gaffarelli* enixa est? & quas non bracteatas nugas in audita ipsius *Curiositas* abortivit, non cochleari sed penetranti confutationis stylo, ne simpliciorum animos atque oculos in se convertat, conficiendum & confringendum. *Octavius Augustus*, ut *Suetonius*

tomus Anton
exortus cui
operi nec illi
querentibus
spandit Cal
ri sorte afflig
tibus figmen
mergatur, fl
nat. *Frideric*
m ex hibeb
impositum,
guche:

RE
Olim S
Melii & Prot
impulserit, i
innavit.
et in Pagan
limorum L
numibus,
numum *Pris*
natis, eo qu
re voluerit.
p. 24. rogo
antiquando
tomus in Vi
solveretur
secrârunt,
22. p. 90.
tati fame c
Comes *Ad*
quo illum tit
ter Libros
phi ac Astro

tonius Autor est de *O. Augustol.* 2. n. 86. *Pœma* exorsus cui titulum fecit *Ajax*, cum voluntati ac operi nec stilus nec finis succederet, abolevit. quærentibus amicis, *quid faceret Ajax?* respondit *Cæsar: In spongiam suam incubuit.* Pari sorte affligatur *Curiositas* de *Cœli Characteribus* figmentum *Spongiæ* incumbat, aquæ immergatur, flammæ committatur; ut nugari desinat. *Fridericus* Neapol. & *Siciliæ* Rex in *Numo* olim exhibebat *librum*, formæ vetustioris, igni impositum, appositâ super igne *coronâ* cum *Epigraphe*:

RECEDANT VETERA.

Olim *Senatus Atheniensis* libros *Diagoræ* & *Protagoræ* quod de *Diis* minimè divina scripserant, in ignem abjecit & hæc facie errores damnavit. *Augustus* *Cæsar* pro sua religione, quæ in *Paganum* cadere poterat. *Græcorum* & *Latinorum* *Libros fatidicos*, exceptis *Sibyllinis* volumnibus, utut *Sibylla Cumæa* propriis ad *Tarquiniū Priscum* delatis & 300. philippeis æstimatis, eò quòd mulieris rideret insaniam, parere voluerit. Vid. *Lactantius* lib. 1. de *F. R. c.* 6. p. 24. rogo, ut cremarentur, adjudicavit pro antiquando dogmate erroneo, ut refert iterum *Suetonius* in *Vitâ Augusti*: *Romani*, ne cultus dissolveretur *Numæ P.* libros pariter *Vulcano* consecrârunt, de quibus *Lactantius* l. 1. d. *F. R. c.* 22. p. 90. qui factum improbat. Pessimè dignitati famæ consuluit *Ambrosius Theus* Papiensis Comes *Adamæ Alphabeti* promus & *Patronus*, quo illum titulo Excell. *Bangius* insignit, dum inter *Libros Antonii* de *Fantis Tharvisini Philosophi* ac *Astrologi* operâ *Razielis*, *Picatricis*, *Balthum*

*ium, Mercurii Petri Apponis Salomonis ac Interpretis ejus Apollonii reperta scripta iusto Zelo à Patribus flammis ultricibus; quia publicæ infamiæ nota, eò quòd Magiæ crimine ac veneno scaterent, illis iniusta erat adjudicata, diligentius veluti florida ut ait, prata (horrenda spineta) perlustravit in Appendice literarum apud laudatum *Bangium* p. 101. 102. Laudem merentur ante omnes conversi *Ephesi* de quibus *Lucas*: *Multi autem ex eis, qui CURIOSA fuerant sectati, contulerunt Libros & combusserunt eos coram omnibus*: Et computatis pretiis illorum, in venerunt pecuniam *ægyptiæ μνείαδας πέντε* Denariorum quinquaginta mille, Act. XIX. v. 19. *Castellio* quinque Ducatorum millibus æstimavit. *Ita fortiter crescebat Verbum DEI & confirmabatur.* Ante hos idem fecisse nonnulli volunt Regem Pientissimum *Ezechiam*. Narrant enim *Libros quosdam Magicos* ad eum relatos fuisse, quos cum æneo serpente sive *Nehustam*, de quo 2. Reg. XIIX. v. 4. combusserit, recenseturque quoddam ejus Axioma: *In herbis, verbis & lapidibus magna Virtus* apud *Doctiss. Andream Libavium Roseæ Crucis* Fratrum hostem acerrimum, Exam. Abominabilis impietatis *Magiæ Paracelsica* per *Osovvaldum Crollium* Sect. 3. p. 63.*

Fortè igitur *Fridericus* Siciliæ Rex, talia considerans, innuere voluit, *Odia vetera*, pariter ac erronea dogmata extinguenda esse, si hoc regie sensit: *Princeps enim ea, quæ digna sunt Principe, cogitabit, & ipse super Duces stabit* Ef. XXXII. 8. *Coronâ Iusticiæ* decorandus 2. *Timoth.* IV. v. 8. *Bonum factum!* Si quis fanatica

tica scripta
petuâ obliu
REC
CEDAN
DANT V
TERA erg
nioremque
mara! Sc
TERA ma
lita sunt
Cur sit nob
I. NATI
quo vide *Va*
Mon
Constanti
patu à Phil
contemplare
m delecta
audit:
bibliotheca
bis locore
& celestes
E. l. i. c. 1
c. 39. & 4
m philoso
dinus N
scripte l. c.
sime Gel
DEI, m
manife
é creatio
tellecta c
virtus, p
onfabiles

tica scripta & Heterodoxa Dogmata igni, ut perpetuâ oblivione damnentur, imponat:

RECEDANT VETERA Deliria! RECEDANT VETERA Phantasmata! RECEDANT VETERA Errata! RECEDANT VETERA erga Veritatem, veram Theologiam, saniorumque Philosophiam Odia! Schismata! Scœmata! Scandala! Peccata! RECEDANT VETERA mala omnia. *Vetera transferunt, ecce facta sunt omnia NOVA.* 2. Corinth. V. v. 18. *Curæ sit nobis Liber. 1 Naturæ, 2 Scripturæ, 3 Vitæ.*

I. NATURE. Is erat Pauli Eremitæ de quo vide *Vitas Patrum* D. Georgii Majoris, Antonius Monachus ex Coniâ oriundus, qui tempore Constantini Magni vixit, in Ægypto, interrogatus à Philosopho, quomodo res tam sublimes contempleretur, qui omni librorum chartaceorum destitutus esset supellectile; prudenter respondit: *Vniversum hunc Mundum instructæ Bibliothecæ vice esse; Hanc omni tempore & ubi vis locorum consulere, in eâdem se res divinas & cœlestes lectitare, de quo vide Socraie n H. E. l. 1. c. 17. Nicephorum Callistum l. 8. H. E. c. 39. & 40. Hist. Trip. l. 8. c. 1.* Ita Antonius philosophatur & ante illum Clemens Alexandrinus Mundi creationem DEI esse scripturam scripsit l. 6. Strom. Ante utramque verò clarissime Gentium Doctor docuit: *Quod notum est DEI, manifestum est in illis. DEUS enim illis manifestavit. Invisibilia enim ipsius à creaturâ, è creatione, mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: Sempiterna quoque ejus virtus, potentia & divinitas: ita ut sint inexorsabiles Rom. 1. v. 19. & 20. Pulchrè Boëtius,*

cum hominum in res caelestes inquirentium Curiositatem retundit: *Non fas est*, inquit, *homini cunctas divini operis machinas vel ingenio comprehendere, vel explicare sermone, hoc unicum perspexisse sufficit, quod Naturarum omnium Conditor DEVS idem ad bonum dirigens cuncta disponat.* l. 4. Confolat. Prosâ 6.

— — *Pulchrum pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens similique ab imagine
formans.*

Ut Autorem quæras, ut Artificem veneris; à magnitudine species & Creatura COGNOSCIBILITER poterit Creator horum videri Sap. XIII. v. 5. Si Flumen vides, de scaturigine cogitas; Si Creatorem quia nihil est causa sui ipse, Creatorem consideres. In Horologiijs radius horam tibi designat, hora ad primam rotam, prima ad secundam, secunda ad tertiam te ducit, donec tandem ad ultimam, & ab hac ad Artificem perveniatur, qui interea dum Horologium movetur, nullo defatigatur labore, sed suaviter quiescit. Cicognal. l. c. i. p. 10.

In operibus, quæ totus universus orbis continet, manus summi opificis resplendet, & æterna illa mens immota manet, ut quiescas immobilis quasi ad immobile Numen, de quo vide Illustram Saverdam Symb. 24. p. 190. Omnia enim portat verbo Virtutis suæ. Ebr. i. v. 3. Ut tibi liceat esse tranquillo, & commendes Creatori vitas tuas: ipse Facies! Ps. XXXVII. v. 34. O homo, omne quod hujus mundi est, servitio & subjectioni tuæ liberalitas munifici Creatoris indulsit, quicquid Cæli micat, radiat & splendet, ornatus; quicquid Terra fragrat in floribus, sapit in fra-

tribus, gaudet
frum est, nos
mafle loquitur
60.

OMNI

M

2. LIBEL

psam commo
illimum eni
& Testin

estans parv
ificantes C

illumina
emerge &
locerim nec

eis matut
REGEDAN

Recedat
Commenn

liber redeat
neri potui

Magorum
nib. Fingunt
cripto. Ad

ex Paradiso
quas incurrit
ad DEUM

petiulle &
lum Rhaz
albo simile

quem Libru
scere omni
auterunt fa
lis, Terris.

Librum, gaudet in animantibus, nostro amore factum est, nostra addictum est servituti, ut venuste loquitur Petrus Chrysologus Ravennas serm. 60.

OMNIA PROPTER HOMINEM, HOMINO PROPTER DEUM!

2. LIBER SCRIPTURÆ. Solis claritas se ipsam commendat; Sic etiam Veritas. Veracissimum enim Verbum Domini, quod æternum est, & Testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis, & Præceptiones Domini recta, lætificantes Corda; Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Ps. XIX. v. 8. & 9. *Ad legem ergo & Testimonium, quod si non dixerint (docuerint nec crediderint) juxta verbum hoc, non erit eis matutina Lux* Es. VIII. v. 20.

RECEDANT VETERA hominum Figmenta!

Recedat & ad mendaciorum Parentem, à quo Commentorum *Fabris* & *Patronis* prodiit, *Liber* redeat *Adami*, cujus vi omnia cognosci ac fieri potuisse, audacissime mentiuntur *Paracelsi* Magorum; ex *Libavii* mente Socii ac Discipuli. Fingunt enim, ut est in libro quodam manuscripto, *Adamium* cogitantem in ripa, fluminis ex *Paradiso* exeuntis, quibus Bonis excidisset & quas incurrisset miseras, voce, oculis, manuque ad DEUM elevatis malorum aliquod remedium petiisse & tertiâ diè post orationem venisse Angelum *Rhazielem*, ipsique porrexisse Librum igni albo similem, trahentem ad se nigredinem, per quem Librum potuerit intelligere, scire & cognoscere omnia mirabilia, quæ facta sunt, fuerunt, aut erunt faciendâ; item intelligere omnia in Cælis, Terris, aquis, abysis, & sub abysis, Cælos

los omnes Angelosque eorum ministros, Virtute & opera eorum, motum Solis, Lunæ, stellarum earumque naturas, & omnium rerum, quibus mundus regitur: *Habere potestatem super quatuor partes mundi & Angelos Cælorum, ut mittat eos, quo voluerit, ut servum Dominus: Imperare Ventis nocentibus & Dæmonibus; juvare, nocere; percutere, sanare; solvere. Ligare; interpretari somnia, sonos, tonitrua, fulgura, Visiones, prædicere futura in mundo quolibet puncto, quâlibet horâ, die, septimanâ, mense, anno, luce, tenebris, de bono & malo, de vitâ & morte &c.* ut omnia sciat & intelligat. Hæc & alia in *Libro Adami* fuisse referuntur sed Arabum sunt Deliria, cum quibus conspirant *Rabbinica* somnia: Hebræi enim *Librum Adami* dicatum asseverare non dubitant. *Thomas de Torquimade* in suo *Hexaemero* ex *Thomâ Aquinate* l. de Ente & essentiâ meminit *Codicis* ab Adami lingua Hebræâ scripti, de omnibus rerum Virtutibus, lamenis ipsum quoque incisas saxeis artes cistellate ricæ ne per instans diluvium perirent, imposuisse. *Athanasius Kircherus* Obel. Pâmph. l. 1. c. 11.

Alii dicunt *Adamum Setho* filio *Librum* suum tradidisse, post hunc ad *Enochum*, inde ad *Noam*, ab hoc ad *Semum*, à *Semo* ad *Abrahamum*, *Isaacum*, *Iacobum*, *Levi*, *Kaath*, *Amram*, *Mosen*, *Iosuum*, *Seniores Prophetas*, *Sapientes*, tandem ad *Salomonem*, qui virtute ejus domum *Dominum* sine ferri sectione opera *Vermis Zamir*, de quo dictum. Not. 28. p. 147. seqq. extruxerit, pervenisse vide Not. 13. p. 60. & p. 63. Legatur *Celeber. Libavino* contra *Magiam Paravellicam* sect. 6. p. 25.

Rece-

Recedat
pariturâ in or
de quo copio
triarcha
professò Ver
in Paralipom
Dorchem
Celeber. Dr
ct. Sect. 2.
Rejiciat
tesâ Cainitis
per Cham
litis Cain,
militique p
litas & m
ardes in Sep
l. c. 2. p. 8.
Rejiciat
lito Cham
numen mag
militudinis d
novillis auro
Ritus Mago
rus in Hist.
Quæst. 63
Remo
archarum.
864. Bala
ad Joram
3. de R. E
de quâ dict
to *Gelasius*
falsissimè
lomonis p

Recedat fictitia scriptura *Seih de Stellâ* appariturâ in ortu *Mellia*. Recedat Liber *Enochi*, de quo copiosus *Cl. Drufius de Act. ac Enochi Patriarcha Dn. Bangius* Exercit. 1. Quæst. 5. & ex professo *Venerabilis Iohannes Henricus Vrsinus* in *Paralipomen.* l. 1. Melet. 7. Et beatus *Dn. D. Dorscheus* Auctario *Pentadecad. Disp. l. p. 559.* Celeberr. *Dn. D. Wasmuth.* *Vindic. Ebr. part. 1. c. 1. Sect. 2. Thef. l. p. 80.*

Rejiciatur *Chami* Liber, cui scientias & Artes à *Cainitis* hausas commisit. Dicunt *Rabbini*, quod *Cham* filius *Noë* didicit *Artes & scientias* à filio *Cain*, easque scripsit in *tabulis æneis*, tradiditque posteris post diluuium, *Arce* scilicet illatas & inde elatas ac ad posteros propagatas, *Pardes in Sephiroth* apud *Athanasium Kircherum* d. l. c. 2. p. 8.

Rejiciatur *Zoroastris* sive *Zorodast*, quem falsò *Chamum* esse volunt, vid. *Not. 38. p. 191.* *volumen magicum & monstrosum*, cui nomen *similitudinis* datum quod constitit 12060 pelibus *bovillis auro cirenmicinctum*, in quo explicantur *Ritus Magorum*, eorumque scientiæ. *Elmacinus* in *Hist. Arab. Msc.* apud *Cl. Hottingerum* Quæst. 63. *Hexacem* p. 135.

Removeatur suspectum *Testamentum Patriarcharum.* Vide T. 2. *Monument. O. Patrum.* p. 864. *Basilix 1569.* Complicentur *Littere Eliæ* ad *Joramum* scriptæ & è cælo missæ *P. Cunaus* l. 3. de *R. Ebr.* *Comminuatur Clavicula Salomonis*, de quâ dictum *Not. 13. p. 60.* Recensetur in *Decreto Gelasii Pontificis* inter *dammata scripta* Liber falsissimè *Salomonis* adscriptus, qui *Claviculâ Salomonis* prænotatur, quem olim à quibusdam *Im* poste

postoribus vidimus circumferri, continentem genus superstitionis prodigiosæ & maleficæ; item alius, *Salomonis Contradictio*, nuncupatus, ejusdemque, quem *Ciculus Esculamus* in commentariis sphaeræ citat, Liber de *umbris Idearum*, ut refert *Sixtus Senensis* l. 2. in Voce Salomon p. 131. *Pseudographa* & *Pseudepigrapha* falso scripta & falso inscripta ea sunt, quæ *diversi Hæretici* sub nomine *Virorum* tam illustrium quam obscurorum, quos passim *divinæ litteræ* (& *Historiæ*) nominant, & *malitiose* sinxerunt, ut ex eorum effectis titulus *fidem Autoritatemque erroribus suis conciliarent*, qualia sunt Libri *Seth, filii Adæ, scriptura Cham filii Noæ, Abrahamæ revelatio, Moysis Ascensio, Iamnis & Mambri volumens, Eliæ Apocypsis, Esaiæ Assensus, Salomonis incantationes, Christi de occultâ Sapientiâ ad Petrum & Paulum Libri, Pauli Raptus, Pilati Acta, Judæ Ischariotis Evangelium, cæteraque hujusmodi execrandæ Impietatis Commenta, quæ sunt Verba prædicti Sixti Præfat. l. 2. S. S. p. 44. Cont. *Henricus Cornelius Agrippa Phryx miser*, qui serò sapere didicit lib. de *Vanitate Scientiarum* c. 42. & 45. Et *Cl. Bangium* Exercit. 2. p. 117. Antiquentur ergo cum Artibus & simulacris nugatoris litteræ *Impostorum* specioso titulo expolitæ. Adscribantur ineptiis & Fabulis *Adami* de *Alphabeto Adamitico Jacobi Bonaventuræ Hepburni Scoti, & Angeli Rochæ inventum; Iohannis Augustini Panthei, de Enochii litteris & Voarchodumia Spectro commentum; Ambrosii Thesæi Papiensis Comitæ stramineum Calcarum litterarum fulcimentum; Cornelii**

Agrippa

Agrippa Ang
tum, & tra
stelli, Fludii
Sola & un
mm carum f
muscupantur
clarus Patro
tas veracum
mâ successio
tus, est in
men propter
CA AUTO
Marcellinum
Petrus docet
TERMIORUM
EM, cui be
cessis in lococ
itor oriatu
nem intellige
propria inter
de humana
spiritu S. inf
mones 2. Pet
Servantini
ctor: Ser
bes, ibi Se
nam Eccle
Ibi Stellas
15. Dan
co signa re
Leonem,
Agnum, q
Venite &
Timoth. II

Agrippa Angelicorum Characterum *Vasframentum*, & fraudis documentum *Paracelsi*, *Postelli*, *Fludii* & *Gassarelli* aëreum pigmentum. Sola & unica perstet *Sacra Scriptura*! *Omittamus earum scripturarum fabulas*, quæ *Apocrypha* nuncupantur, eò quod earum *occulta origo* non claruit *Patribus*, à quibus usque ad nos *Auctoritas veracium Scripturarum certissima & notissima* successione pervenit. In his quidem *Apocryphis*, etsi *inveniatur aliqua Veritas* (suavis) tamen propter multa *falsa*, nulla est *CANONICA AUTORITAS*. *D. Augustinus de C.D. ad Marcellinum l. 15. c. 23.* Quid ergo? hoc quod *S. Petrus* docet, teneamus & faciamus! *Habemus FIRMIOREM PROPHETICUM SERMONEM*, cui bene facitis attendentes, quasi *Lucerna lucenti in loco caliginoso*, donec dies illucescat, & *Lucifer* oriatur in cordibus vestris. Hoc primum intelligentes, quod *omnis Prophetia scripturæ propriâ interpretatione non fit*. Non enim *voluntate humanâ allata est aliquando Prophetia*, sed *Spiritu S. inspirati*, locuti sunt *Sancti DEI homines* 2. Pet. 1. v. 19. 20 21. Joh. V. v. 39. *Scrutamini Scripturas!* Ita jubet *Cælestis Doctor*: *Scrutamini Scripturas!* Ibi *Cælum* habes, ibi *Solem* *Iustitiæ* *Malach. IV. v. 2.* Ibi *Lunam* *Ecclesiam* *Cant. VI. v. 9.* *Apoc. XII. v. 5.* Ibi *Stellas Fideles* *Matth. V. v. 14.* *Philip. III. v. 15.* *Dan. XII. v. 3.* Ibi *plura quam in Zodiaco signa* reperies; *Arietem Taurum, Gemellos, Leonem, Virginem, Arborem, Serpentem, Agnum*, querite & invenietis *Matth. VII. v. 7.* *Venite & videbitis* *Joh. 1. v. 39.* *Ulsque adeo* 2. *Timoth. III. v. 16. 17.*

*Non fallit Textus. Multos speciosa fefellit
Glossa DEI Verbo nitere saluus eris!*

VERBUM DOMINI DEI NOSTRI MA-
NET IN ÆTERNUM!
ET QUI VOLUNTATEM FACIT DEI
MANET IN ÆTERNUM!

III. *Liber Vita!* Cui Fideles dicuntur in-
scripti. Equidem quem modo venerabundus
consideravi *Scripturæ Liber maternali-
ter*, ut loquuntur Theologi, *Vita* dicitur; quia
Verba Vita continet *El. XXXIV. v. 16. & Sy-
rac. XXIV. 32. Hac autem omnia Liber Vita &
Testimonium altissimi legem mandavit Moses*;
Sed alius *Vita Liber* Iustrandus est *metaphoricus*,
cujus meminit Apostolus *Philip. IV. v. 3. & dicitur
Vita, & viventium Ps. XCVI. v. 29.* Sed quid
Liber Vita? æternum est illud *DEI decretum*,
quo salvare decrevit eos omnes, *quoniam Christum
erant credituri*, estque cum singulari approbatio-
ne & dilectione in scriptorum conjuncta *Scientia
& notitia paterna*; Huic *Libro Vita* non Ange-
li, ut *Franciscus Suarez* tract. 2. l. 1. c. 20. sta-
tuit sunt in scriptis nec omnes Homines, ut *o-
lim Samuel Huberus* & post illum *Franciscus
Puccius* contendit; Sed *Soli Credentes*; Hi enim
Salvandi *Dan. XII. v. 1. Marci, 16. v. 15. Eph. 2. v. 1. 8.
Apoc. III. v. 5. & c. XX. v. 15. Sancti*, qui scripti in
*Vita Jerusalem El. IV. v. 3. Christo Viti inserti
per fidem Palmitis Joh. XV. v. 12. Rom. XI. v.
24. Civis Cæli Eph. 2. v. 13. & 19. Inscriptur
Studiofi Matriculæ Academicæ & participes sunt
Privilegiorum: Civis Civium catalogo & jus Ci-
vitatatis nanciscuntur: Miles libro Militiæ, albo*

amico-

amicorum amie
do Libro Vita,
quantur, creden
incredulitate
Verba libri fig
L. LXIX. v. 29
Dr. Gesnervs
Itaque so
sunt Lib
vives Haba
sistiam om
Vita dicitur
XIII. v. 8
eam (Jerusa
minationem)
scripti sunt in L
dicitur.
peccata mun
legatur D
D. S. Clor. 2
pretiofo
Act. XX
& fundamen
in respectu.
inquisitio
4. ad in
DEI Libron
tina in totius
lorum, atque
preleget & re
thodoxa long
L. C. de extr
Dr. Sigwar

amicorum amicos inferitur; nec absque commo-
do Libro Vitæ, ut jus Civitatis aeternæ conse-
quantur, credentes inscribuntur. Qui propter
incredulitatem, ut illi, quibus *omnis visio sicut*
Verba libri signati Es. XXIX. v. 11. non delentur
Ps. LXIX. v. 29. Vid. Theologorum celeberrimus
Dn. Gesnerus Disp. XII in Daniel. Thesi 144.
seqq. Itaque soli vere credentes, quamdiu cre-
dunt, sunt *Libro Vitæ* inscripti, nam *justus suâ*
fide vivet Habac. 2. v. 4. Et *Christus est* *Emis legis*
ad justitiam omni credenti Rom. X. v. 4. Idem *Li-*
ber Vitæ dicitur etiam *Agni*, qui est *Christus*.
Apoc. XIII. v. 8. & Cap. XXI. v. 27. *Non intra-*
bit in eam (Jerusalem caelestem) *conquinatum aut*
abominationem faciens & mendacium; sed qui
scripti sunt in Libro Vitæ & Agni. Liber
Agni dicitur, quia *Christus Agnus DEI* tol-
lens peccata mundi Joh. I. v. 29. (de quo doctis-
sima legatur Disputatio inauguralis Venerabilis
Dni. D. S. Clotzii piæ memoriæ Rostochii habita A.
1.634.) pretioso & proprio sanguine Ecclesiam redi-
mens Act. XX. v. 28. Qui inscriptionis meritum
est & fundamentum. Ita *Vitæ Liber Agni* dici-
tur in respectu. 1. *Ad Descriptionem*. 2. *Ad Vi-*
tæ inquisitionem. 3. *ad Libri scripti fundamen-*
tum. 4. *ad judicium extremum*, in quo *Agnus*
DEI Librum Vitæ aperiet, & salvandorum no-
mina in totius S. S. Trinitatis, cunctorum Ange-
lorum, atque omnino hominum conspectu, quasi
præleget & recitabit Vid. de Ecclesia Christi Or-
thodoxa longe merentissimus D. Gerhards T. 9.
L. C. de extremo judicio §. 54. p. m. 123. Excel.
Dn. Sigwardus Tract. de libro Vitæ; Thesi 139

p. I. Conf. Dn. Gesnerum Disp. de Electione. Pelargum Orat. de Lib. Vit. Cl. Joh. Gisenium in Via Salutis Disp. 11. Dn. D. Balduinum & Joh. Velasquez in Phil. IV. v. 3.

Quando Augustinus in maximâ Carnis & Spiritus luctâ verlabatur, nesciens, quo se verteret, ad aures ejus Vox accidit: TOLLE LEGE! TOLLE LEGE! Idem tibi, Christiane Lector, dictum sit de *Libro scripto intus & foris signato septem sigillis* Apoc. V. v. 1. Conf. Ezechiel. II. v. 9. TOLLE LEGE! TOLLE LEGE! Ad Cor apprime, æstimâ & dilige. *Quis hic Liber?* ille, qui de se dixit ad te: *In manibus meis descripsite.* El. XLIX. v. 16. *Christus est, qui factus nobis Sapientia à DEO, justitia & Sanctificatio & Redemptio; Ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur in Domino glorieiur!* I. Corinth. I. v. 31. *Qui reliquit nobis unum exemplar, ut sequamur vestigia ejus.* I. Petr. II. v. 21. *Qui dixit: Discite à me* Matth. XI. v. 29. *quâ Col. II. v. 3. Hic Liber fuit apertus, & extensus in Cruce, ut omnes in eo maximarum Virtutum exempla perlegerent, vimque illam amoris, quo DEUS mortales fuit persecutus, intelligerent scriptus erat intus & foris. Intus quidem, per amorem & dolorem; foris autem per vulnera. Quia verò foris Labores tantum, quos pro nobis ferebat, videbamus, opus fuit lanceâ latius ejus aperiri, ut magnitudinem amoris, à quo exteriora illa signa oriebantur, crederemus. Ecce venit cum nubibus & videbit (eum) omnis oculus, & qui eum pupugerunt* Zach. XII. v. 10. Apoc. I. v. 7. *Scd erunt oculi tui (Anima fidelis) videntes Præceptorem tuum.* El. XXX. v. 21. Certè

Certè Christus
fuit etiam Sa
ipso, tanquam
NÆ VERE
scientia Mythe
gens Sanctitat
in, dans cor
da. Profecto
Vite & Vita el
num, & te fac
Creatoris t
nterem fulgid
age, ut in te
ere pronuncia
ore ac pector
ad faciem, e
mel. XXXII.

In Gurgite
fille Alvin
nne librum,
intravit
a. Ad Imagi
candidati beat
e consiliantill
imprimis
lioni, quem
tantam, de
Cant. III. v.
Gaudet
aculo animæ
GALI
STRA SCH
v. 20,

Certe Christus Dominus *Preceptor* noster est, simul etiam *Sapientia* & *Liber*. Ipsemet in se ipso, tanquam in *Libro*, habet *VITÆ ETERNÆ VERBA*. Joh. VI. v. 69. Ostendens *Sapientia* *Mysteria*, elargiens *justitia* bona, docens *Sanctitatis* Dogmata, præbens *Salutis* solatia, dans cordi vera vividaque vitæ aternæ gaudia. Profecto hic *Vitæ Liber* est! & tibi *Liber Vitæ* & *Vita* est, mi *Christiane*, quid? Cælum ipsum, & te facit Cælestem Cælum, ac Templum tui Creatoris I. Corinth. III. v. 6. Intuere *Characterem* fulgidissimum, ut dilectus sis in dilecto. Id age, ut in te *signum Salutis* reperiatur. Sic de te pronuntiabitur: *Urbi, Iehovah ibi!* & læto ore ac pectore fateberis: *Vrbs Dominum facta ad faciem, & salva facta est anima mea!* Genes. XXXII. v. 31.

In Gurgite *Antenis* Simulacrum Tiburtinæ Sibyllæ *Albunea* inventum esse dicitur, tenens in manu *librum*, cuius *Sacra* *Senatus* in *Capitolium* transtulerit. *Lactantius* l. 1. de F. R. c. 6. p. 24. Ad *Imaginem* *DEI* regenti & aternitatis *Candidati* beatam animam æstimo, quæ *fidissime* ac *constantissime* mente asservaverit *Librum*, *scriptum intus & foris*, dixeritque cum sponsâ: *Inveni, quem diligit anima mea, tenui eum nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genetricis meæ.* Cant. III. v. 4.

Gaudete, hunc *Librum Vitæ* pio seduloque oculo animæ i. e. *Fide* intuentes Joh. VI. v. 40.

GAUDETE, QUOD NOMINA VESTRA SCRIPTA SUNT IN CÆLIS, Luc. X.

v. 20.

ii

Vid.

NOTÆ.

Vid. *Blasius Viegas* Comment. 2. Sect. 1. in Apoc. c. 5. p. 255. & *Ludovicus Alcasar* in Apoc. c. 5. Notat. 1. & 2. p. 377. seqq.

Claudam cum Beato Dn. *Sigwarto*: Faxit individua Triunitas, ut in exhaustam DEI PATRIS bonitatem semper (meditemur, consulamus imploremus ac) deprædicemus ne nos accuset LIBER NATURÆ; de CHRISTO JESU (DEO DEIQUE Filio & Salvatori nostro unico) credamus; ne nos confundat LIBER SCRIPTURÆ: UT SPIRITUI SANCTO humiliter obediamus; ne excruciet nos LIBER CONSCIENTIÆ. Omniaque nostra cogitata, dicta & facta cum LIBRO JUDICH ita conferamus, ut heic LIBRUM PROVIDENTIÆ gratâ mente agnoscamus: Illic autem in LIBRO, VITÆ script; gaudeamus, Agnoque DEI in perenni gloriâ (*oculis animisque Electorum splendidissimè ac suavissimè indefinenter* in Cælesti Jerusalem explicata) adhæreamus, æternum in DEO docti & latantes concenturi Seraphinorum *Terod-rov. El. VI. 31.* Sic de quo Beatus legatur Dn. *B. Menzerus* T. 7. Gifens. Disp. 20. p. 49. in 2. Ad Timoth. 2. v. 19. *Firmum stat illud fundamentum, habens hoc SIGILLUM:*

NOVIT DOMINUS, QUI
SUNT SUI

Beni-

Benivole Lector!

HÆc tibi, hac vice in *Gaffarelli* *Curiositates* notata à me sufficient, cui Provinciam uberiorius inquirendi & clarius ac copiosius obscuriora explicandi atque explanandi Provinciam comitto. Candidam Benevolentiam saltem tuam modis optimis rogatam habeo, ut præsentia; sub manu inter occupationes ita me Fides! Plurimas & quotidianas, imò, ut præfiscini! Fateor, horarias, nata, boni consulas; ac Typothetarum erratis, quæ propter absentiam meam passim irrepsérunt, amicè & doctè ignoscas. Si ubique erudito ingenio tuo satisfactum non fuerit; consulas, sis, citatos à me Autores, *Gaffarelli* asserta adstruentes vel destruentes. Ad hos te remitto, litè, ita solenniter protestor! nullatenus meã facturus: Valere te interim ex Voto tuo, & heic vivere jubeo felicissimè, & æternum olim meum in Cælis gaudere Interea. Placeat nobis Symbolum Menzerianum:

Τὰ ἀνώποα καλλιῶ.

SOLI DEO GLORIA!



(o) (o) (o)

Autores in Præfat. & Notis
allegari.

A		B
A bul-Pharaj.	Andr. Angelus	Fr. Baco
Abnephius	J. Anias Viterb.	Joh. de Bado
Aben-Ezre	Appianus	Bened. Balduinius
Abulensis	Apollidorus	Pasch. Baldus
Ælianus	Apulejus	Th. Bangius
Æmilius Probus	Aquila	Cas. Baronius
Æneas Gazæus	Th. Aquinas	Seb. Barryodius
Æschylus	Archangelus de	Dan. Bartholi
Agellius	Burgo Novo	Casp. Bartholinus
Agmon	Arcta	Ærasm. Bartho-
Georg. Agricola	A. Argolus	linus
H.C. Agrippa	Arias Montanus	Th. Bartholinus
Alberus M.	Aristoteles	Barsonites
L. Alcasar	Aristophanes	G. Beatus
A. Alciatus	Rud. Ardentius	R. Becchai
Alcoranus Tur-	Arngrimus Jonas	Rob. Bellarminus
cicus	Arnoldg de V. N.	Petr. Bellonius
Alexād. ab Alex.	Arnobius	Mate. Bernegge-
Alshelmus	Artesius	Bernhardus (r9
J. H. Alstedius	Ars sacra	Berosus
Al Sharesdan	Asciatus	Greg. Berseman-
Gabr. Alvarez	C. Astacus	nus
Guil. Atvernus	Athanasius	Christ. Besoldus
Atvetanus	Athenaus	Theod. Beza,
Ambrosius	Aubery	Biblia Belgica,
Ammian. Mar-	Aventinnus	Vatavli. Monbā-
cell,	Ausonius	ni, Vulg. LXX.



Lab

Lal. Bisciola	Job. Burmeisterg	Chius
Bizamenus	J. Bustamantinus	Job. Chokier de
Bizarrus	Job. Buxtorfius P.	Surlet
Job. Bodinus	J. Buxtorfius Fil.	Chrystostomus
J. Boemius	C.	Guil. Chulius
Sam. Bochartus	Jul. Caesar	D. Chytraus
Job. Bolducce	Calertus	P. Ciacomus
Oliv. Bonartus	Georg. Calixtus	Cicero
Bonellus	Abr. Calovius	H. Ciofanus
Ant. Bonfinius	Job. Calvinus	Strozzi Cicogna
Jac. Bonfrerius	Joach. Camerari ⁹	Clangor Buccina
P. Bonus	Th. Campanella	Clarivus
P. Borellus	Lud. Capellus	Dan. Clafenius
Hect. Boetius	Hier. Cardanus	Gast. Clavens
Arn. Boot	Bened. Carpzov.	Clem. Alex.
Anth. Bootius	Is. Casaubonus	Climacus
Job. Bosfaccus	Ott. Casmannus	Cluverus
Sev. Boxhorn	I. Cassio	Cocceus
Hartm. Braunius	Cassiodorus	Adrian. Cocquius
Adam Bremensis	Seb. Castalso	Cognatus
Job. Brentius	Did. del Castillo	Cemestor
Th. Brighman.	Petr. Castellanus	Conringius
Barn. Briffonius	Chr. à Castro	Conzenius
Th. Browne	Nic. Caussin ^{us}	Th. Conper
Chr. Bruno	Cajetan. Cardm.	Cramerus
Fr. de Bry	Did. Celada	Crellius
Brynolphus	Guilh. Chabotius	Cregautius
Buchaus.	R. Chaja	Chr. Crinesius
Aug. Buchnerus	Barth. Chassaneg	Paul. Crinitus
Wilh. Budaeus	Mart. Chemnitig	Osov. Crollius
Peir. Burgenfs	Lud. Chifletius	Cromerus Pol.

Job.

Job. Cruquius
 J. H. Crisostomus
 P. Cunnam
 Qu. Curtius
 Cyprianus
 Cyrillus A.
 D.
 Damascenus
 Lamb. Dancus
 Cass. Danus
 Werth
 G. Danha
 I. Deo
 Mart. Dele
 Democritus
 Thom. Demp
 rus
 I. Deodatus
 Jo. Denfius
 Lud. de Dri
 meimus D
 betus
 Job. M. Dill
 Edm. Diken
 Dnn
 Diodorius
 Dionysius
 xandr.
 Dionys. Ar
 Dionysius
 thufian.

<i>Joh. Crugvius</i>	<i>Dionys. Halicarn.</i>	<i>I. Firmetius</i>
<i>I. H. Crusius</i>	<i>I. C. Dietericus</i>	<i>Flacius</i>
<i>P. Cunens</i>	<i>M. Donatus</i>	<i>Flacius Illyr.</i>
<i>Qv. Curtius</i>	<i>I. G. Dorschaus</i>	<i>P. Fleter</i>
<i>Cyprianus</i>	<i>I. Dresferus</i>	<i>Rob. à Fluctibus</i>
<i>Cyrrillus Alex.</i>	<i>Ier. Drexelius</i>	<i>I. Forbesius</i>
<i>D.</i>	<i>I. Drufius</i>	<i>Steph. Forcatulus</i>
<i>Damascenus</i>	<i>H. à Dyest</i>	<i>Ioh. Forsterus</i>
<i>Lamb. Dana⁹</i>	<i>E.</i>	<i>Gr. Franciscus</i>
<i>Casp. Danck-</i>	<i>Raph. Eglinus</i>	<i>Wolf. Franzius</i>
<i>Werth</i>	<i>Geb. Elmenhorst.</i>	<i>Marq. Freherus</i>
<i>I. C. Danhaberus</i>	<i>Ioh. Elverfeld</i>	<i>I. Th. Freigius</i>
<i>I. Dec</i>	<i>Casp. Ens</i>	<i>I. Freitagius</i>
<i>Mart. Delrio</i>	<i>Ephrem</i>	<i>Ph. H. Fridlibius</i>
<i>Democritus</i>	<i>Epiphanius</i>	<i>Ioh. Frischmutus</i>
<i>Thom. Dempste-</i>	<i>Erasmus Roterod.</i>	<i>Lib. Fromundus</i>
<i>rus</i>	<i>Cl. Espentinus</i>	<i>I. B. Fulgosus</i>
<i>Cl. Deodatus</i>	<i>Engybenus</i>	<i>Nic. Fullerus.</i>
<i>Ant. Deusingius</i>	<i>Eusebius</i>	<i>G.</i>
<i>Lud. de Dieu</i>	<i>Ensthatius</i>	<i>Gagonius</i>
<i>Kenelmus Digh-</i>	<i>Aug. Etzlerus</i>	<i>P. Galatinus</i>
<i>beus</i>	<i>F.</i>	<i>Galli-Razin</i>
<i>Ioh. M. Dilherr</i>	<i>Pet. Faber</i>	<i>R. Dao. Gantz</i>
<i>Edm. Dikensonig</i>	<i>Laur. Fabritius</i>	<i>I. Garzens</i>
<i>Dion</i>	<i>Casp. Facius</i>	<i>Petr. Gassendus</i>
<i>Diodorus Siculus</i>	<i>Paul. Fagius</i>	<i>Gasto Clavens</i>
<i>Dionysius Ale-</i>	<i>G. Fallopius</i>	<i>Th. Gatakerns</i>
<i>xandr.</i>	<i>Min. Felix</i>	<i>Gaulmsn.</i>
<i>Dionys. Arcopag.</i>	<i>Ioh. Foknelius</i>	<i>Mart. Geierus</i>
<i>Dionysius Car-</i>	<i>Emund. Figrelis-</i>	<i>Gilb. Genebrar-</i>
<i>chusian.</i>	<i>us</i>	<i>us</i>

Mich. Gennadius	Phil. Hartmann	R. Jarchi
Joh. Gerhardus	Joh. de la Haye	Janſenius
Gerson	J. H. Heideggerus	Jerancuricus
Sal. Gesnerus	Heinsius	R. Jonathan
Sal. Glasius	Helmontius	Jonſthonius
Rud. Goclenius	A. Helwigius	Joſephus
Godolevius	Henningus Hen-	Jovianus
Melch. Goldaſtus	ningi	Irenaus
C. Goldmeier	Hort. Hermetic	Iſidorus
Goropius Becanus	Herodotus	Fr. Junius
Jac. Gothofredus	Hefſchius	Juſtinus
Gr. Gratarolus	B. J. Heyhold.	Juſtinus Martyr.
G. Grefinger	Hieronymus	Ivo Parisinus
Gregorius Ma-	Hildebrand	Juvenalis
gnus	Fr. Hildeſheimig	Juvenius
Gregorius Naxi-	Hoffmannus	K
anzenus	(nus Holvellius	Kanutus
Gregorius Nyſſe-	Homerus	R. Karina
Jac. Gretzerus	Horatius	A. Keſlerus
Hugo Grotius	Horneus	B. Kerkermann
Joh. Gryphander	Horus Apollo	J. Keplerus
Guntherus	Hottingerus	R. D. Kimchi
Ant. Guevara.	Jac. Houvel.	Kipping.
Johann. Guidius	Hugo Cardin.	Ath. Kircherus
Gr. Lit. Gyrald	Hugo Grotius	Conv. Kircherus
H	J. Huſſemmannus	Kirchmannus
Theod. Haclſpan	Nic. Hunnius	Kirchmeier
J. J. Hainlinus		Kirſtenius
Joſeph Hallius	I	Steph. Klotzius
Phil. Hannorel.	R. Jacob Jebuda	Barthol. K
Urb. Hantſchmä.	Leo	Kernmann oppen Kri.

Krelius
 Kunaus
 L
 Joh. de La
 Lactantius
 Lactius
 D. Laertius
 P. Lambecus
 Henr. Lan-
 Lunckſchius
 Langius
 Jacif. a Lap-
 Corn. a Lap-
 Lavaterus
 Laurenberg
 Edward. Lecl-
 Leo
 Linden
 Levi
 Livius
 Licetus
 H. Lignard
 Litchfoot
 Linneus
 Welb. Lin-
 Honr. Lin-
 Lindenber
 R. Lipman
 Juſt. Lipſius
 D. Liſtorp
 Lorus

Kreilius	Loccenius	7. Martheus
Kunadus	Lonizer	Matthia
L	7. Lorinus	G. Mebius
Joh. de Laet	Lucianus	7. Medus
Lactantius	Lucretius	Meibomius
Laelius	Lullius	Meisnerus
D. Laertius	Marr. Lutherus	Fr. Mejerus
P. Lambecius	Conv. Lycosthe-	7. Mejerus
Henr. Lancelot-	Joh. Lydius (nus	Mendoza
Lanchischius (rus	N Lyra	Pomp Mela
Langius	N Lyranus	Menebenus
Pacif. a Lapide	Lyserus	Menoehius
Corn. a Lapide	M	Mercerus
Lavaterus	Macarius	Mersenius.
Laurenbergius	N Machiavellus	Meurnius
Eccard Leichne-	Macrobius	Micellus
Joh. Leo (rus	Magius	Henr. Michaelis
Leusden	R. Maimon	Michovius
R. Levi	7. D. Major	7. Micralius
Libavius	Majolus	C. Minor
F. Licetus	Malcolmus	Anten. Mizaldg
H. Lignardus	Maldonatus	Molineus
7. Lighthfoot	R. Manasse Ben	H. Mollerus
Limneus	Israel	7. Mollerus
W. Lindanus	Maresius	Moneus
Henr. Lindhut	Ant. Margarita	Montanus
Lindenberg,	Marlinus	Sev. de Menzami-
R. Lipman,	Martialis	bano
Just. Lipsius	Petr. Martyr	Mortaigne
D. Listorpius	A. Masius	Th. Mortonus
Livius	Masquardus	Phil. Morneus

<i>Vinc. Mussa</i>	<i>Outzelius</i>	<i>I. Picus Mivan-</i>
<i>Mythologia</i>	<i>P.</i>	<i>dul.</i>
<i>Mylius</i>	<i>Pagninus</i>	<i>Pierius</i>
<i>Sim. de Myes</i>	<i>Palingenius</i>	<i>Pigbius</i>
<i>N.</i>	<i>Pancivollus</i>	<i>Pignorius</i>
<i>Natalis Comas</i>	<i>A. Pantheus</i>	<i>Pindus</i>
<i>Ed. Naxera</i>	<i>Nic. Papinianus.</i>	<i>Pineda</i>
<i>Nephiles</i>	<i>Paracelsus</i>	<i>Ioh. Piscator Her-</i>
<i>Nicetas Choniat.</i>	<i>Paraus</i>	<i>born</i>
<i>H. Nicolai</i>	<i>Paretz</i>	<i>Pitheus</i>
<i>Niderus</i>	<i>Patritius Senensius</i>	<i>Platina</i>
<i>Nierenbergius</i>	<i>Paulus Diacon.</i>	<i>Plato</i>
<i>Iul. Nigronius</i>	<i>Pausanias</i>	<i>Plautus</i>
<i>Nitschius</i>	<i>Pelargius</i>	<i>Plutarchus</i>
<i>Gr. Nissenus</i>	<i>C. Pellicanus</i>	<i>Ed. Pocokius</i>
<i>Nizephorus</i>	<i>Peltanus</i>	<i>Treb. Pollio</i>
<i>O.</i>	<i>Ben. Pererius</i>	<i>M. Polus</i>
<i>I. P. Obrechts</i>	<i>Perkinsius</i>	<i>I. B. Porta</i>
<i>Oecumenius</i>	<i>Isaac Perescius</i>	<i>Possevinus</i>
<i>Olaus M.</i>	<i>Perseus</i>	<i>Gvil. Postellus</i>
<i>A. Olearius</i>	<i>Dion. Petavius</i>	<i>Pradus</i>
<i>Ioh. Olearius</i>	<i>Sam. Petitus</i>	<i>Procopius</i>
<i>Oleaster</i>	<i>Petronius</i>	<i>Posellus</i>
<i>I. Olhafius</i>	<i>Petrus de Cruce</i>	<i>Pulmonius</i>
<i>I. P. Oliua</i>	<i>Peucerus</i>	<i>Cland. Ptoloma⁹</i>
<i>Olympodoros</i>	<i>Pfeiffer</i>	<i>Q.</i>
<i>Onuphrius</i>	<i>Phabedius</i>	<i>Franc. Quares-</i>
<i>Origenes</i>	<i>Philo</i>	<i>mius</i>
<i>Andr. Osiander</i>	<i>Philostratus</i>	<i>Quercetanus</i>
<i>I. C. Otto</i>	<i>Philotis</i>	<i>Quintilianus</i>
<i>Qvidius</i>	<i>Photius</i>	<i>Quistorpius</i>

R. Rob

R.
Raldag
Radzovius
Rainoldus
Ralbach
Rayson
Rattery
Ravianellus
Redener
Rimerus
Rina
Ruchlinus
Ryndaus
Reyes
Rhodigin
Rhodius Hisp
Ribera
Riccus
Ritius
Rittershusf.
Rivinus
Rivinus
Mart. Roa
Robertus
Rogerus
R. Rolfini
Rondeletius
Al. Rossa
M. Rota
Fr. Ruén
S.
P. I. Sach
vvenbe

R.

Raldag
 Radzivilus
 Rainoldus
 Ralbach
 Rarson
 Ratterey
 Ravanellus
 Redener
 Reimerus
 Reina
 Reuchlinus
 Reynaudus
 Reyes
 Rhodigin
 Rhodius Hipp
 Ribera
 Riccius
 Ristius
 Rittershus.
 Rivetus
 Rivinus
 Mart. Roa
 Robertus
 Rogerus
 R. Rolfinchius
 Rondelerius
 Al. Rossius
 M. Rotardus
 Fr. Ruéus
 S.
 P. I. Sachs à Le-
 wvenheimb.

P. Saint Floir
 Ferd. Salazar
 Salmoron
 Salmuth
 R. Salomon
 Salustius
 C. Sanctius
 Maxim. Sandans
 A. Sardus
 Saubertus
 SAVEDRA
 Saxo Gramat.
 Scaliger
 Chr. Scotanus
 Schallerus
 I. Scharpius
 El. Schedius
 I. Schefflerus
 Ioh. Schoner
 Sigismund. Sche-
 retz
 Schertzerus
 Schickardus
 Schindlerus
 Schmidius
 Casp. Schottus
 Schröder
 Schultetus
 Schappius
 I. M. Schruvim-
 merus
 Seldenus
 Seelmaternus

Nic. Selneccerus
 Sendivogius
 Seneca
 Dan. Sennertus
 Serarius
 Servius
 Sulp. Severus
 I. Seyboldus
 Silius
 Ios. Simlerus
 Sixtinus ab A-
 mama
 Sixtinus Seners
 Slegelius
 Slenerus
 Slevogt
 Rain. Snojus
 Sophronius
 Frid. Spanheimi-
 us
 Spartianus
 Speidelius
 Spelman
 Spencerus
 Sperlingius
 Th. Spizelius
 Stagyrita
 Christ. von Stök-
 ken
 Stengelius
 Henr. Stephani
 Stephanus Ste-
 phani
 Steu-

<i>Stechius</i>	<i>Anc. Torquatus</i>	<i>Vofius</i>
<i>Stewechius</i>	<i>R. Tosignanus</i>	<i>Ulfedius</i>
<i>Seobans</i>	<i>Tostatus Abuleus</i>	<i>Uptonius</i>
<i>H. A. Stock flöb</i>	<i>Alex. Trallianus</i>	<i>Ursinus</i>
<i>Strabo</i>	<i>Typothius</i>	<i>Uranus</i>
<i>C. Strafo</i>	V	W
<i>Strauchius</i>	<i>Valerig Maximig</i>	<i>T. Wagnerus</i>
<i>Strigutius</i>	<i>Valesius</i>	<i>Bald. Walag</i>
<i>Suetonius</i>	<i>?. C. Vaninus</i>	<i>Walfigus</i>
<i>Suidas</i>	<i>Aug. Varenius</i>	<i>M. Walther.</i>
<i>M. D. à Susannis</i>	<i>Varius</i>	<i>?. Walcherus</i>
<i>And. Susonis Fil.</i>	<i>Varablus</i>	<i>Waserus</i>
<i>Symmachus</i>	<i>Gabr. Vazquez</i>	<i>Weigelius</i>
T	<i>?. Veccius</i>	<i>?. Wellerus</i>
<i>Tacitus</i>	<i>Vegetius</i>	<i>WVesthafius</i>
<i>?. Tackius</i>	<i>?. Velazquetz</i>	<i>G. WVicelius</i>
<i>Th. Tailornis</i>	<i>M. P. Venetus</i>	<i>Joh. WVierius</i>
<i>Talentonius</i>	<i>Verdecius</i>	<i>WVigandus</i>
<i>Tappius</i>	<i>R. Mos. Vidol.</i>	<i>WVolfius</i>
<i>Paul. Tarnovius</i>	<i>Bl. Viegas</i>	<i>O. WVormius</i>
<i>Frid. Taubman</i>	<i>Vilalpandus</i>	X
<i>Terullianus (n9)</i>	<i>Villa Nozianus</i>	<i>Xapherinus</i>
<i>Theodoretus</i>	<i>Polyd. Virgilius</i>	<i>Xenophon</i>
<i>Theophrastes</i>	<i>Visonius</i>	Z
<i>G. Tholosanus</i>	<i>Joh. Vivaldg</i>	<i>Hier. Zanchius</i>
<i>Thuanus.</i>	<i>Lud. Vives</i>	<i>Zcumon</i>
<i>Thumminis</i>	<i>Gisb. Voetus</i>	<i>M. A. Zimmara</i>
<i>P. Thyraus</i>	<i>G. Voigtius</i>	<i>M. Zimmer-</i>
<i>Tibullus</i>	<i>Volaterang</i>	<i>mann,</i>
<i>Tigvina</i>	<i>Volumen Tar-</i>	<i>R. Sam. Zirza</i>
<i>Teragnellus</i>	<i>gum A. A.</i>	<i>Zonaras</i>
<i>Follins</i>	<i>?. G. Vorstius</i>	<i>Th. Zvingerus.</i>

(o)so (o)so

Rerum & Verborum INDEX.

- A
- A**aron an fuerit Ido-
lolatra n. 14. ejus
peccatum n. 15. virga.
27. locus. 30
- Abraham** an in igne con-
jectus n. 39.
- Abrakadabra** - - n. 59
- Abraxas** - n. 59
- Acervus Mercurii** n. 59
- Achatz Horologiū.** n. 65
- Adam Gigas** - n. 59
- H. C. Agrippa** - n. 36
- Ala** - Præf. n. 9
- Albar** - n. 1.
- Alberti M. Caput** n. 59
- Alce** - n. 9
- Alexander cornutus** 49.
asinum pro Alinario
offero. - n. 18
- Aliruniæ** n. 27
- Altercatio Diaboli cum
Michaële** n. 30.
- Ammon Cornutus** n. 49
- Amoletum** n. 51
- Anax Torquatus** n. 59
- Angelus mortis Samuel
cornu privatus** n. 30
- Animalia cum manibus
sub alis** n. 17
- Annuli usus** n. 50. 13. Sa-
lomonis n. 13. Talis-
manicus 59. Mercurii
ibid. Superstitiosus. 63
Augusti 17.
- Antiochi vexillum.** n. 65
- Annus mundi fatalis** n. 32
- Nativitatis Christi.** n. 33
- Anus mundus** n. 32
- Aper Calidonius Talis-
man.** n. 59
- Apis cultus** n. 14
- Apolonius Thyanus.** n. 59
- Aquarū fons è rupe** n. 23
- Arabum sigillum** n. 60
- Arbor in sacris proserpi-
næ** n. 31
- Arbores locutæ** n. 24
- Aries Abrahami. An alie-
num mactavit** n. 31.
- Ars auri conficiendi** n. 1.
- Asina Bileami** n. 24.
ejus cultus. 7 In Tri-
bunali loquitur 24.
Discipulus 56.
- Azoth** n. 1
† 5 B2-

ur Polus
Ufclius
ens Uptonius
us Ursinus
Uraius
W
o T. Wagner
Bald. Walag
Walfridus
M. Walther.
J. Waltherus
Walerus
Wartelius
J. Wellerus
Welfthaus
G. Wicelius
Job. Wierius
Wogandus
Wollus
O. Wermis
X
Xapherinus
Xenophon
Z
Hier. Zacharia
Zeman
M. A. Zimmis
M. Zimmis
manus
R. Sant. Zor
Zonari
Th. Zor

B.		Christophorus M.	n. 33
Baculus Gothorum	n. 27	Ciceronis poculum	n. 4
Salomonis	ibid.	Circes nigra	n. 27
Basiliscus	n. 1	Ciriat arba	n. 33
Berythus urbs	n. 6	Clavicula Salomonis	n. 8
Biliami afina	n. 24	Clavis à piscibus redditur	n. 5
Bos loquens	n. 16, 24	Cælum crySTALLIN.	n. 48
Bos Lucas	n. 24	Decalogus	n. 29
Bruchus Talisman.	n. 59	Columba Dodonæa	n. 49
Bufonius Lapis	n. 51	Columna nubis	n. 8
C.		Corfuffe	n. 1
Calculus albus	n. 1	Cornu Mosis	n. 49
Calix Davidis	n. 6	potestatis symbol.	ibid.
Cancer Cruciger	n. 5	Coronati Idolorum cul-	
Canis ligneus	n. 19	tores	n. 9
Canis Rex	Præf.	Corona Rabbatza Mo-	
Canis Fluvius Talisman.	n. 59	locho detracta	n. 18
Caput Saulis Dagoni ob-		& dedic.	
latum	n. 13	Joach. Crelli scripta	n. 13
Talissmann. Sylvestri, Al-		Cræsus usus literis Ephe-	
berti M. Cadaveris lo-		siis	n. 59
quens. Rogerii Bacon-		CruX lignea Constant.	n. 5
nis. &c.	n. 59	CruX à piscibus reddita	n. 5
Carthaginenses infanti-		Curatio superstitiosa	n. 63
cida	n. 38	Curiositas	Præf.
Celtæ qui	n. 50	D.	
Cerva prolyphygenia ma-		Dagon	n. 12
ctata	n. 31	Davidis poculum	n. 6
f. osse oberrans	n. 53	Decalogus. figura, distri-	
Chamelion	n. 1	butio. materia. cælum	
Cherubim. unde, forma.		& terra	n. 29
gladius,	n. 17	De-	

Decem mira
 spera creat
 Diaboli alter
 Michael
 Diphthera qu
 Discipulus A
 Discus quid
 Dodonæa qu
 Dolia duo M
 Dona Magor
 Dracones fo
 unt
 Duntus hiero
 Tyranni
 E.
 Erethone
 Elixir
 Elias Thesbit
 Emblemata
 P
 Enakim
 Equar capra d
 posirum
 Ephelia lite
 Ethelia
 Evangelium
 Endoγia
 Fabularum
 rigo
 Figura reru
 Talisman

Decem mira sabbati ve-	Finis mundi	n. 32
sperâ creata	Fons aquarum è rupe	n. 23
Diaboli altercatio cum	Fontes veneno infecti	n. 6
Michaelæ	Florentinorum campana	n. 47
Diphthera quid	Frodibus coronati Ido-	n. 9.
Discipulus Asinus	lolatræ	n. 9.
Discus quid?	G.	
Dodenæa querc ⁹	Galea vid. Dedic.	
n. 24, 59	Galatæ unde dicti	n. 50
Dolia duo Magica	Gemmarum virtus	n. 51
Dona Magorum	Germani unde dicti	n. 50
Dracones fontes infici-	Gigantes	n. 53. illorum
unt	ossa ib. Gigas A dam	n. 53
Duinus hieroglyphicum	Gladius Cherubi	n. 17
Tyranni	Gladii in incantatione	
E.	adhibiti	n. 13 (n. 7)
Eirefione	Gnosticorum simulacra	
n. 9	Gothorum baculus	n. 27
Elixir	Gygis annulus	n. 59
Elias Thesbites	H.	
Emblemata	Halec piscis portentosus	n. 5
n. 11, 13, 25	n. 5	
Præf.	Hartzepa	n. 27
Enakim	Hasta pro Deo	n. 27. Sau-
Epar capræ à Michol sup-	lis sceptrum	ibid.
positum	Herbarum signaturæ	n. 52
Ephesiæ literæ	Hermæ	n. 59
Ethelia	Hiatus prodigiosus	n. 22
Evangelium Matth.	Hiemis pictura	n. 12
n. 36	Hinnon vallis	n. 18
Eυλογία	Ho-	
F.		
Fabularum gentilium o-		
rigo		
Figura rerum		
Talismanicæ		

Horologiū Acharz n. 66
Hostiæ subula conforlæ
n. 6

I

Jacob in Palæstina vult
sepeliri n. 21.

Jannes Magus n. 59

Jephthæ filiæ immola-
tio n. 18. (latum n. 6)

Jesu nomen à Judæis pro^o

Jeroboami impietas n. 16

Idolū & similitudo n. 46

Idololatræ coronati n. 9

Ignis prælatus Persis n. 8

Ignis Johannis n. 18

Imago Suis in marmore
n. 7 (n. 22)

Infernus. liberatio ex illo
quando creatus n. 29

Inscriptio portæ Lovan-
niensis n. 25

Inscriptio Tabularū n. 29

Insignia Tribus Ephraim
n. 49. Gallorum 50.

præluta Regibus 2.

Johannis festum n. 18

Josephi Scyphus n. 4

Iris ejus colores. encomia
n. 25

Isidis Tabulæ n. 19

Judæorum blasphemia
n. 6, fab. impietas ib.

poculum, surah n. 4. si-
tis sanguinis & Ty-
rannis n. 5

Judæi lardi emptores n. 7

Nubicolæ n. 8

Jupiter Caseus n. 12

Jynges n. 59

K

Kadraneah s. Carthago

κλῆμα n. 9. (n. 53)

κλύκ n. 40

κενον pro κεν n. 50

L

Labani Theraphim n. 42.

Lacerta Magica n. 59

Lapis Philosophicus n. 1

Lapidum virtus n. 53

Lapides locuti n. 24

Lardi emptores Judæi n. 7

Lectura cæli (n. 69)

Lex 12 Tabb. n. 24

Liberorū traductio n. 18

Librorum paganorum
lectio n. 20

Lilium symbolum spei
n. 50 (n. 50)

Lilia Gallorum insignia

Lingua Mercurio sacra
n. 4

Literæ Ephesiz n. 59

Loc^o inferni & cæli n. 22

Lo^o

Loculus Aaro

Lucas Bos

Lucerna Oly

Lullii longæ

Lycurgi r

Magia quot

Magorum

Reges. n.

Magnesia

Malleus Tali

Mandragora

Manna

Martinella ca

rent. n. 47

Membrana p

Memnois f

Metalla cec

signata

Michæ Ther

Michol Ther

Milenari lex

Mithræ spel

Mola Tilsen

Moloch un

gura. cu

Moses cor

Moses 30 l

n. 30. e

mors. r

statura.

Mumiz

Loculus Aaronis	n. 30	Mundus anus	n. 32
Lucas Bos	n. 24	Mundi ætas	ibid.
Lucerna Olybii	n. 1	Murium pluvia	n. 57
Lullii longævitas	n. 1	Muri locuti	n. 24
Lycurgi rhetra	n. 29	Mularum poculum tri- plex	n. 4
M		N	
Magia quotuplex	n. 2	Natalitium Thema Chri- sti	n. 67. (nus n. 63)
Magorum nomen.	an	Nativitatis Christi an-	
Reges.	n. 48. dona. 41.	Natalium paganorum ri- tus	n. 18
Magnesia	n. 1	Nephilim	n. 53
Maileus Talismann.	n. 51	Nestoris scyphus	n. 4
Mandragora	n. 27	Noah Gigas	n. 53
Mahna	n. 26	Nodi Magici	n. 59
Martinella campana Flo- rent.	n. 47. (29)	Nola Avilensis. Vitulina. totalis. Florentinorum.	
Membrana pro tabulis n.		NON	n. 27 (n. 47)
Memnonis statua	n. 59	Nubis columna	n. 8
Metalla certis planetis assignata	n. 19	Numerus quadragenari- us	n. 32
Michæ Theraphim	n. 43	O	
Michol Theraphina	n. 44	Og. R. Bufan	n. 53
Millenari sex mundi	n. 32	Olybii Lucerna	n. 1
Mithræ spelunca	n. 38	Ononychites	n. 7
Mola Tilleimannica	n. 33	Opera Hexameri-	n. 29
Moloch unde dictus. fi- gura. cultus.	n. 18	Osculum ramorum	n. 9
Moses cornutus	n. 43	Ossa gigantum	n. 53
Moses 30 lingvis loquens n. 30. ejus absentia. 17. mors. n. 30. sepultura. statura. virga. 30. 22; 27		Os Ogi in quo cervus & Venator oberrant.	n. 53 Pa-
Mumizæ	n. 41		

P.		Rebis n. r	(n. 8)
Pactum pro vexillis cla-		Regibus praelata insignia	
tum	n. 29	Remedia contra coli-	
Palladium	n. 19 12	cam	n. 63
Patera electrina	n. 59	Rephaim	n. 53
Periaptra pro ægrotis	n. 63	Resurrectionis typus sta-	
Pictura Dagonis. Hiemis		tua ænea	n. 1
Veneris	n. 12	Ritus Natalium pagano-	
Solis	n. 49	rum	n. 18
Piscis mirificè figuratus		Rosa ex cineribus excita-	
margariferus. cruci-		ta	n. 55
ger cum lacteis uberi-		Rota divinatoria	n. 59
bis	n. 5	Rupes Mosis	n. 23
Pluvia miraculosa	n. 57	Runekefle	n. 27
Plantarū resuscitatio	n. 55	Runica literæ	n. 27
earum formæ in glacie		Rugianorum sortes	n. 27
ibid.		S.	
Poculum Ciceronis. Da-		Samael Angelus mortis	
vidis. Josephi. Judæo-			n. 30
rum	n. 6, 4	Salomon. ejus salus. an-	
Pond ⁹ vituli Aaronis	n. 14	nulus. pœnitentia. cla-	
Proserpinæ sacra ubi ar-		vicula. macula. spes sa-	
bor	n. 31	lutis. stans mortuus	n. 13, 27
Proteus	n. 59	Saulis Caput Dagoni ob-	
Pueri crucifixi à Jud.	n. 6	larum	n. 12
<i>πυρξία</i> quid	n. 18	ejus sceptrū hasta	n. 27
R.		In saxa res conversa	n. 54
Rabbatæo corona Mo-		Schamir	n. 13, 28
locho detracta	n. 18	Scenopegiæ festum	n. 9
Rakiæ unde?	n. 48	Scutum Davidis	n. 59
Ramus ad naves applica-		Scyphus Josephi	n. 4
tus	n. 9, 14		Se
Rana ænea Talism.	n. 59		

Securis cum fal
Serpens æneus
quitur 14
Signa 12 Zodi
affectus
Signum filii h
judicium
Signarstat
Sirenes. figur
Solis pictura
Sortes Rugian
pectra eorum
ones
phynx
taturæ. Solita
curii. social
muliebres.
Memnonis
taturæ ænea
conversa, t
rectionis
taturæ triceps
taturæ ad sed
vertens
stella cujus si
H. Stephan

thoth-Ben
ejus form
Sues alere
bitum

Securis cum fasce n. 29
 Serpens æneus n. 59. lo-
 quitur 24
 Signa 12 Zodiaci. eorum
 affectus n. 59
 Signum filii hominis ante
 judicium n. 25
Signarstab n. 27
 Sirenes. figura &c. n. 10
 Solis pictura n. 49
 Sortes Rugianorum n. 27
 Spectra eorum prædicti-
 ones n. 56
 Sphynx n. 17
 Statuæ. Solitariae. Mer-
 curii. sociales. fatales.
 muliebres. argentæ
 Memnonis n. 59
 Statua ænea in aurum
 conversa, typus resur-
 rectionis n. 1
 Statua triceps n. 59
 Statua ad sedem se con-
 vertens n. 62
 Stella cujus signum n. 38
 H. Stephani friget in igne
 n. 20
 Struth-Benoth n. 12
 ejus forma ibid.
 Sues alere Judæis prohi-
 bitum n. 7

Sutah poculum Judæo-
 rum n. 4
 Syri Miscicolæ n. 9

T.

Tabularum religio. Isi-
 dis. pictæ. suspensæ. ce-
 rata. citrea. buxinæ.
 n. 29
 Talismæ. nomen. mate-
 ria. origo. cultura. fa-
 brica. efficacia. speci-
 es variæ n. 59
 Thalli n. 9
 Thema Natalitium Chri-
 sti n. 67
 Therapim. nomen. quid
 sint. figura. fabrica. u-
 sus. reperta in Mumi-
 is n. 41
 Theraphim Labani 42.
 Michæ 43. Michol 44.
 cur Rahel abstulerit
 42. An Moses conces-
 serit n. 46, 45.
 Thilsemah n. 59
 Tholus s. Tholum quid?
 n. 29
 Thomas Aquin. Convi-
 va. bos mutus n. 16
 Thyrsi n. 9

V. Vel-

V

Vellus aureum n. 72
 Venus armata Talisman n.
 n. 59
 Vernis Salomonis n. 3.
 (23)
 Vermis Salut. n. 57
 Vermiculorum pluvia n. 57.
 Vestis militaris Talisman. n. 59
 Vexillum Davidis Antiochi Tartarorum Magicum n. 19
 Virga Mosis, Aaronis, unde nata 22. 27
 Virga symbolū potestatis n. 22, 27.

Virgo Metallī scōpica n. 27
 Vitis n. 27
 Virulus Aaronis n. 14
 An caput saltem fuerit? pondus ibid.
 Vituli Jeroboami n. 16
 Umbrā circa cæmeteria n. 56
 Vox audita Imperat. Anastasio n. 19
 Ur Chaldæorum n. 59
 W
 Woarchodumia n. 2
 Wünschelruthe n. 27
 Z
 Zoroaster, quis, unde, quot n. 38.



I N

R. Aben-A
 R. Aben Ezz
 221. 264.
 R. Abarbar
 295. 206
 Abra Gefar
 Abjudanes
 R. Abraham
 Abr. Avenar
 Ehanus
 Agethias
 U. Agricola
 Albomazar
 Albertus
 Alciarus
 Aliacus C
 Albinus
 A. borecni
 Al. xander

INDEX AU-
TORUM.

A.

- | | | | |
|------------------------|--|-----------------------|-----------------|
| R. Aben-Arè | p. 205. | Alex ander ab Alex. | p. 230. |
| R. Aben Ezra | p. 31. 63. 219.
221. 264. | G. Alchindus | p. 256. |
| R. Abarbanel | p. 35. 175
205. 206. 221. 225. 264. | Albertus de Marchefis | p. 273. |
| Abra Gefar | p. 109. | Almanfor | p. 108. |
| Abjudanes | p. 4. 28. 31.
277. 283. | AlPebagius | p. 226. |
| R. Abraham | p. 218. 264. | Aldrovandus | p. 251. |
| Abr. Avenarius | p. 187. | R. Jos. Alboni | p. 50. |
| Ælianus | p. 19. 251. | Aliacensis | p. 256. |
| Agathias | p. 62. | Alpetragius | p. 246. |
| G. Agricola | p. 85. 91. 93.
147. | Anianus Marcellinus | p. 62. |
| Albomazar | p. 108. 207.
276. | Ambrosius | p. 46. 53. 265. |
| Albertus M. | p. 2. 76. 77.
84. 112. 135. 153. | Annius | p. 24. 59. |
| Alciatus | p. 10. | Ananias Jeraucurius | p. 101. |
| Aliacus Card. | p. 3. 45. 107. | P. Apponenfis | p. 201. |
| Albinus Villa-novenfis | p. 128. 130. | A. pianus | p. 64. |
| Albotecnius | p. 108. | Aquila | p. 174. |
| Alexander de Hales | p. 172. | Aerius Dyrrachinus | p. 45. |
| | | Aratus | p. 21. |
| | | Arnobius | p. 137. |
| | |) (| Ari- |

Aristarchus	p. 45.	R. Ben-Maymon	p. 141.
Arnaldus Pontacus	p. 47.	Beyerus	p. 276.
Arnoldus Abbas Lubec.	p. 136.	Biblia vide Indicem lo-	
		corum S.Sc.	
Aristoteles	p. 71. 131.	Boethius	p. 162. 65.
Artemidorus	p. 19. 124.	Bonaventura	p. 147. 256.
Augustus	p. 276.	Bodinus	p. 180.
Athaneus	p. 276.	Car. Bovillius	p. 48.
Augustinus	p. 40. 46. 34.	Bredenbachius	p. 260.
	55. 136. 162. 221. 239. 256.	Brevius	p. 78. 115.
	265.	Brigitta	p. 45.
Augurellus	p. 3.	Brissonijs	p. 62.
Averroes	p. 105. 228.	Bongus	p. 242.
		Bulengerus	p. 62.

B.

Rog. Baconius p. 2. 141.
159. 162. 166.

Baptista Porta p. 88.
Baptista Helimontius p. 151.
P. Ballifardus p. 48.
Baco p. 161.
Barellus p. 267.
Bar-Cepha p. 34.
Baronius p. 47.
Barnerius p. 137.
Bartholdus p. 166.
R. Bechai p. 177. 180. 198.
Becanus p. 82.
Belleforestius p. 230. 253.
Bellarminus p. 47.
L. Bellantius p. 170. 71.
Bembus p. 3.

C.

Caesar p. 65.
J. Camerarius p. 65. 67.
109.
Camillus p. 76.
Campanella p. 122. 167.
Campejus p. 167.
Cajetanus p. 3. 32. 54. 64.
139. 154. 199.
Carolus Fabri p. 107.
195.
Cardanus p. 7. 65. 75.
77. 80. 82. 83. 89. 91.
121. 124. 134. 228. 234.
255. 276.
Callander p. 45.
Cafau-

Casaubon
Castiodor
B. Chaffan
G. Cedret
Chetnaus
R. Chim
R. Chom
197. 205
Chrysofo
J. Chijs
D. Chythr
Cichus A
Cicero p
251. 256.
Civellus
Clarius
Clemens
p. 59. 87.
Agid. Col
Nat. Com
Coigetus
Copnion
Comestor
Cornelius
Cornelius
Crollius
Cottiga
P.
Q. Cur
Cufanus

Casaubonus p. 62.
 Casiodorus p. 162. 252.
 B. Chaffanæus p. 88.
 G. Cedrenus p. 141. 178.
 Chelnaus p. 98.
 R. Chimichi p. 32. 33. 35. 50.
 R. Chomer p. 58. 140. 189.
 197. 205. 219. 278. 283.
 Chrysoftomus p. 36.
 J. Chius p. 34.
 D. Chytræus p. 276.
 Cichus Æsculanus p. 197.
 Cicero p. 19. 21. 64. 124.
 251. 256.
 Cirvellus p. 2.
 Clarius p. 64.
 Clemens Alexandrinus
 p. 59. 87.
 Agid. Columæus p. 46.
 Nat. Comes p. 8.
 Coigerus p. 276.
 Copnion p. 276.
 Comestor p. 59.
 Cornelius Agrippa p. 107.
 267.
 Cornelius Gemina p. 241.
 248.
 Crollius p. 117.
 Cottignolo Franciscan.
 p. 273.
 Q. Curtius p. 183.
 Cufanus p. 45.

Cuspinianus p. 276
 Cyprianus p. 52. 55. 179.
 276.
 D.
 Damascenus p. 41. 172.
 265.
 M. Delrio p. 54. 175. 256.
 Diodorus p. 5. 16. 19. 64.
 Diogenes p. 60.
 Dion p. 45. 230. 353.
 Dionysius Areopagita
 p. 28. 35. 62.
 Dioscorides p. 88.
 Duretus p. 62. 89. 193. 195.
 E.
 Eduardus Schleichilius
 p. 253.
 Raph. Eglinus p. 9.
 Franc. Emstius p. 46.
 R. Elias Levita p. 63.
 R. Eliezer p. 63.
 R. Elcha p. 255.
 Epiphanius p. 53.
 Eusebius p. 24.
 Eustathius p. 62. 276.
 Euthymius Zigabenus
 p. 111.
 F.
 Faber p. 177.
 Fabricius p. 276.
)(2 Fa

Fagius	P. 42. 44.
Vinc. Ferrerius	P. 45.
Marf. Ficinus	p. 3. 105. 114. 120. 125. 146. 176. 181.
Jul. Firmicius	p. 137. 216.
Fincelius	P. 230.
And. Finus	P. 46.
Firminus	P. 256.
Flaccus	P. 119.
Rob. Fludius	p. 166. 167.
Forsterus	p. 33.
Foccalquetius	p. 79.
Franciscus Georgius	P. 47.
Francipanus	p. 276.
Fracastorius	P. 243.
Gemma Frisius	p. 197.
Frey	p. 116.
Fromondus	P. 243.
Frossardus	p. 140.

G.

Gabriel Durandus	P. 35.
Galenus	P. 124.
M. Galeottus	P. 105. 134. 156.
Galatinus	P. 46. 47. 49.
Gazaus	P. 34.
Genebrardus	P. 4. 24. 44. 47. 51. 59. 262.
Gerhardus Mercator	P. 48.
Gerfon	P. 143. 146. 152.
Germanicus	p. 276.
Gervasius	p. 60. 61.
	Getne-

Getnerus
Gyraldus
Gochleni
Gorrop
Gregorius
Gregorius
Gregorius
Grataroll
Guilielmus

Hadrianus
Halus
Hamamed
Hamahalz
Hajazel
Heurnius
Heliodorus
Herodotus
Hefychius
Hieronimus
Hieronymus
Hieronymus
Hieronymus
Hilarius
Hypparchus
Hyppocrates
Hyginus

	Gesnerus	p. 82.
	Gyraldus	p. 8. 24.
p. 146. 176. 181	Gochlenius	p. 39. 129. 151. 170. 173.
p. 137. 211	Gorropius	p. 82. 93.
p. 230	Gregorius	p. 35.
p. 40	Gregorius Turonensis	p. 108.
p. 256	Gregorius de Valentia	p. 35.
p. 119.	Gratarollus	p. 256.
p. 166. 167.	Guilielmus	p. 2. 142. 143. 146. 151. 152. 173.
p. 33		197. 256.
p. 79.		
p. 47.		
p. 276.		
p. 243.		
p. 197.		
p. 116.		
p. 243.		
p. 140.		

H.

	Hadrianus Junius	p. 97.
	Halus	p. 108.
	Hamamed	p. 108.
	Hamahazel	p. 58.
	P. Hajazelius	p. 276.
	Heurnius	p. 22. 35. 61. 134. 178. 143.
	Heliodorus	p. 140.
	Herodotus	p. 45. 109.
	Hesychius	p. 109.
	Hieronimus à S. Fide	p. 47.
	Hieronymus	p. 53. 55. 62. 65. 119. 256.
	Hieronymus Hangelchius	p. 148.
	Hieronymus Wielmus	p. 45.
	Hilarius	p. 46. 52. 179.
	Hypparchus	p. 275.
	Hyppocrates	p. 131.
	Hyginus	p. 21.

Homerus p. 10. 242. 276.	Kenelm Digbuzus p. 119.
Homar p. 108.	Keplerus p. 241. 243.
Horatius p. 215.	244. 276.
I.	Kornmann. p. 65.
Jacob de Valentia p. 177.	Kunradus p. 193. 196. 267.
R. Jacob Ben-Samuel p. 222.	L.
Janfenius p. 48.	Lactantius p. 110. 197.
Anar Jeraucurius p. 2. 276.	Lazarus Banelli p. 273.
Jamblichus p. 181.	Lavatherus p. 65. 66.
Jomtof filius Abrah. p. 264.	Leovitus p. 65. 276.
Joh. Ingnerius p. 3.	Leo Africanus p. 36.
Josephus p. 5. 15. 59. 64. 149. 173. 174. 199. 232.	Joh. Lerijs p. 36.
R. Joseph Caro p. 35.	R. Levi p. 205.
R. Joseph filius Meir pag. 246.	Leonclavius p. 116. 137.
Joachimus Abbas p. 45.	Linus p. 45.
Irenæus p. 45. 136.	T. Livius p. 64. 230.
R. Isaac Hazar p. 205.	Lyranus p. 22. 47.
R. Isaacus Israelita p. 205.	Licetus p. 147. 162. 247. 276.
Junetinus p. 66. 117. 131. 133. 134. 171. 279.	Loifollus p. 151.
Justinus Martyr p. 197.	Lucas Tudentis p. 162.
Justinus Historicus p. 247.	Ludovicus Vives p. 46.
Juvenalis p. 16.	J. Lucidus p. 48.
K.	Lucianus p. 162. 245. 251.
Kirstenius p. 22. 271.	M.
R. J. Kapol p. 178. 205. 225. 283.	Maffæus p. 148.
	Manilius p. 19. 60. 214. 224.
	Malvenda p. 44. 48. 262.
	Martialis p. 19. 28. 252.
	Mari-

Marinus
Marcellus
Marcellus

Hier. May
R. Maym
Mafæus

Medina

Franc. Me

Mertius

Meicerus

Messahalla

Phil. Melan

Anth. Misa

Claud. Min

Minerva

Monceus

Molcheus

R. Moses

179. 18

Munofius

Muniteru

Natalis

R. Nath

Naudius

Nicetus

Nideru

Niceph

Marinus p. 64.

Marcellus Medicus p. 149.

Marcellus Embiricus pag. 129.

Hier. Magius p. 46.

R. Maymonides p. 43. 204.

Mafæus p. 48.

Medina p. 120.

Franc. Meletus p. 45.

Merlinus Cocæus p. 9.

Mercerus p. 64. 262.

Messahalla p. 108.

Phil. Melanthon p. 170.

Anth. Misaldus p. 143. 256.

Claud. Minois p. 10.

Minerva p. 216.

Monæus p. 4. 24. 28. 31.

Moscheus p. 35.

R. Moses p. 43. 140. 142.

179. 186. 204. 223. 261.

264.

Munofius p. 276.

Munsterus p. 33. 191. 219.

N.

Natalis Tailested p. 66.

R. Nathan p. 225.

Naudius p. 60. 158. 161.

Nicetus p. 113.

Niderus p. 81. 90.

Nicephorus Gregoras p.

3. 124. 199.

O.

Olaus p. 36.

Olympiodorus p. 137.

Onyphrius Panvinus p.

47.

Origenes p. 52. 55. 136.

264.

Ortelius p. 83.

Ovidius p. 8. 19.

Orpheus p. 45.

P.

Pagninus p. 33.

Pantheus p. 3.

Pantaleo p. 276.

A. Pannisfahal p. 243.

Paracelsus p. 99. 117. 120.

127. 173.

Paulus Forosempronien-

sis p. 47.

Paulus à S. Mariâ p. 47.

Paulus Pallarius p. 48.

Paulus Jovius p. 105.

Pererius p. 47. 48. 265.

Peyrescius p. 164.

Perfius p. 19. 110.

Peucer p. 65. 175.

Philo Bibliensis p. 22.

64. 113.

Photius p. 23. 124.

Phavorinus p. 246.

Pterius p. 59. 267.

Phighius p. 212.

Fr. Pi-

Fr. Picus		p. 237.
Picus Mirandul.	p. 2. 40. 45. 60. 120. 171. 175.	
An. Pigafettus		p. 87.
Picolomineus		p. 243.
Pyrgius		p. 276.
Pirevanus		p. 170.
Plinius	p. 8. 59. 61. 62. 64. 77. 82. 91. 125. 141. 162. 174. 276.	
Plato		p. 124.
Roggius		p. 4.
Plutarchus	p. 5. 15. 16. 19. 20. 64. 161. 130. 151.	
Postellus		p. 269. 270.
Porphyrius		p. 70. 182. 266.
Porta		p. 88. 120. 125.
Pontus		p. 113.
Pradus		p. 33.
Procopius		p. 34.
Pleudo-Borosus		p. 59.
Ptolomeus		p. 109. 132. 172.

R.

Raimundus		p. 40.
Raphael Eglinus		p. 100.
Gvil. Ravillius		p. 88. 89.
Ranzovius		p. 170.
C. Rodoginus		p. 8. 119.
Joh. de Rojaus		p. 224.
P. Riccius		p. 46. 193.

Aug.

Aug. Rice
Ribera
Riolanus
Ronfard
And. R. O
Rosellus
Franc. R.
Joh. de R

Salmastius
Salomon
Salomon
R. Salom
Savonoro
Sanchez
Scaliger

R. Schele
Scotus
Serapion
Sextus S
Sextus P
Seldenius
Serenus
Jul. Ser
Sigism
Symph
Synel
An. Sy
R. Sim

Aug. Riccius
Ribera
Riolanus
Ronfardus
And. Rosa
Rosellus
Franc. Rucus
Joh. de Rupe-sciffa

p. 196.
p. 47.
p. 167.
p. 231.
p. 247.
p. 60.
p. 158.
p. 2.

S.

Salmafius
Salomon Jud.
Salomon Jarchi
R. Salomon
Savanorola Dominican.
Sanches
Scaliger

p. 7. 9. 22. 47. 61. 88. 89. 114. 159. 192.
193. 200. 205. 224. 272.

p. 107.
p. 124.
p. 35.
p. 175.
p. 3.
p. 64.

R. Schelemoh
Scotus
Serapion
Sextus Senenfus
Sextus Pompejus
Seldenius
Serenus Abbas
Jul. Serenus
Sigismundus Baro
Symphorianus
Synesius
Æn. Sylvius
R. Simeon Ben-Johana.

p. 31.
p. 35.
p. 108.
p. 46. 48. 49.
p. 110.
p. 21. 36. 64. 112. 178.
p. 179.
p. 265.
p. 88.
p. 167.
p. 3. 124.
p. 3. 230. 283.
p. 265.
Snel-

Snellius	p. 243.	Valerius M.	p. 65. 124.
Socrates	p. 62.	Varro	p. 276.
Stevera	p. 47.	C. Varrerius	p. 59.
H. Stephanus	p. 11.	Varius	p. 66.
Strabo	p. 5. 16. 141. 162.	Vatablus	p. 64.
Svarezius	p. 47.	Georg. Vanetus	p. 46.
Svetonius	p. 230.		47. 59. 149. 239.
	T.	Ubertinus	p. 45.
Tacitus	p. 5. 6. 15. 16. 18.	Vigenerius	p. 89. 193.
Talmud	p. 44.		267.
Theophylactus	p. 175.	Villapardus	p. 33.
Thelosphorus	p. 45.	Virgilius	p. 21. 65. 100.
Testulianus	p. 52. 59. 136.		158. 256.
	140.	Vitruvius	p. 59. 137.
Theverus	p. 82. 88.	Vogelinus	p. 243.
Thebit Benchorat	p. 128.		W.
Thexel	p. 136.	Wenceslaus	p. 276.
S. Thomas	p. 139.	Wierus	p. 141.
Theodoretus	p. 34. 36. 40.		X.
Theodorus	p. 34.	Xenophon	p. 19. 20.
Tiellmannus	p. 262.		Z.
Tycho Brachzus	p. 243.	R. Zahel	p. 108.
	276.	R. Zachder	p. 112.
Joh. de Torquemada	p. 88.		
Tollus	p. 256.		
Tostatus	p. 120. 162.		
Trithemius Abbas	p. 2.		
	129. 266. 235.		
Trogus	p. 5. 16.	Achabimpus idoloma-	
Tzetzes	p. 20. 109. 251.	næ postulatatus	p. 29.
	U.	Achates Pyrrhi Regis	p.
Valesius	p. 120.		77.
			Acha-

INDEX RERUM.

A.

Achabimpus idoloma-
næ postulatatus p. 29.
Achates Pyrrhi Regis p.
77.

Acha-

Achare qu
phorum
g. cur.
Adam &
logit
Egyptio
ridicu
grandi
Ægyptio
deastro

Ada Symb
dic

Ala Symb

vid. De

Alaii Gale

Ala emblo

Alfeldio

Ambra v

Ambrosi

Anul om

Annulus

Apel in

Arbor n

Aralpic

Argilla

ictur

Afinari

Achate quodam hæmi-
pherium cœleste depin-
gitur. p.80.
Adam & Sethus an Astro-
logifuerint? p.173.
Ægyptiorum gesticulatio
ridicula ad evertendas
grandines p.140.
Ægyptiorum evocatio
deastrorum in statuas
p.176.
Adæ Symbolum, vid. De-
dic. §.1.
Ala symbolin sublimitatis
vid. Dedic. §.1
Alaii Galeis ibid.
Alæ emblemata ibid.
Alefeldiorum stenna, vid.
Dedic.
Ambra virtus p.146.
Ambrosii Errores p.53.
Anus omen mortis p.66.
Annulus contra culices p.
118.
Apes innundationis indi-
ces p.255.
Arbor miraculosa p.86.
Ara spicina Veterum p.
256.
Argilla contra Scorpionis
ictum p.153.
Asinarum, dicti olim Chri-

stiani p.19.
Asino cultus à Judæis ex-
hibitus p.15.518.
Asina Balcani p.42.
Astra Phorino necem
præsignificant p.266.
Atlas an Astrologiæ Au-
tor? p.174.
Atlantis fabula delecta
p.184.
Augustini & quorun-
dam Patrum errores
p.45.
Avium volatus quid
prælagiat? p.254.
Avium fuga periculo-
rum indicium p.254.
B.
Bachus an à Judæis cul-
tus? p.6.
Bactram lapis apud Tur-
cas celeberrimus p.111.
Baptistæ Johannis ima-
go in marmore p.7.
Bechai Rabb. examen
Jesu Christo & Reli-
gioni Christianæ p.
198.
Bellum Cymbricum
prodigia antecedunt
p.64.
Biblia an sibi-ipsis con-

tradunt
Bibliotheca Hebræorum combusta in Italia pag. p. 57.
49.
Bufo in solidissimo marmore repertus p. 93.
Bufonites veneno bufonis resistit p. 95.

C.

Caput Medusæ verticale calamitates portendit p.
278.
Calculi per urisam emissi contra calculi dolores p.
96. 154.
Canis Encomium, vide Dedic. §. 3.
Ejus signum in Galeâ, ibidem.
Cultos variorum ibid.
Canis Miles ibid.
Canem portare quæ pœna. ? Ibid.
Cum cane sepeliri ibidem
Canis Rex ibid.
Canis rabidi morsus pilo aut pelle ejus sanatur pag.
95.
Carnificum gladius tremit p. 66.
Catalogus Autorum de computandis à C. M. ad
N. C. annis p. 47.
Chaldæi an figurarum inventores p. 124.
Cherubinarum & Seraphinarum figuræ quales ?
pag. 65.
Che.

Cherub
Cherubi
lerint
Christo
Cometa
Colum
Cometa
Constan
Constan
Convivi

Corona
Corvorum
Crocodyli

Curiost
Cydriani
Cyri non

Dagoni

Dagon
Dagon

Cherub unde dicatur ? p. 32.
 Cherubini Mosaici an formas vitulorum retu-
 lerint ? pag. 26.
 Christophori imago in metallo p. 7.
 Cometæ p. 243.
 Columnæ antediluvianæ p. 174.
 Cometarum omen p. 247. 248.
 Constantini Crux in aere p. 277.
 Constantinopolis varia portenta p. 236.
 Convivium Electorum de Dracone Fagii p.
 41.

Corona vid. Dedic. §. 3.
 Corvorum crociturus p. 255. 256.
 Crocodili adeps contra morsum Crocodili p.
 95.
 Curiositas Præfat. oper.
 Cydriani errores p. 32.
 Cyri nomen vid. Dedic. §. 3.

D.

Dagonis Philistæorum Idoli figura p.
 21.
 Dagon an Deus vel Dea ? p. 23.
 Dagon an Derecto fuerit p. 23.
 Da-

- Dagon cur à Syris veneratus? p. 23.
- Damascenus de paganorum libris p. 41.
E.
- Electorum convivium de Dracane p. 41. 42.
- Epiphani Errorēs p. 53.
- Errorēs Patrum p. 63.
- Equeſtaneus everſus mortem & peſtem inferit p. 115.
- Equeſ mortis nunciuſ p. 85.
- Euphroſini floſ coloreſ oculi refert p. 90.
F.
- Faber de ſeptem Angelis Tutel. p. 194.
- Figura Talifmanica, anti-quitat & efficacia p. 90. ſeqq.
- Filicis radix aquilam re-ſentat p. 90.
- Fœtuſ imaginationiſ ſpeciem refert p. 119.
- Fortitudiniſ ſymbolum, dedicat §. 2.
- Franciſcani figura in lapide p. 5.
- G.
- Gad unde dictuſ? p. 221.
- Galea &c. Dedicat. §. 3
- Gallia cur alar leproſuſ? p. 120.
- Gallarum præſagium p. 66.
- Gamahé p. 77.
- Gemma M. Badenſiſ crucifixo ſimiliſ p. 81.
- Gemini p. 152.
- Gladius ſtella p. 65.
- Gruum volatuſ p. 250. 252.
- H.
- Herbarum figura ac potentia p. 96.
- Henrici III. mortis nunciuſ eques p. 65.
- Hiatuſ Coreh, p. 43.
- Hillari error p. 52.
- Horologium Achæ p. 188.
- Horologiorum miranda p. 161.
I.
- Jeon Michæ p. 62.
- Jerobeamuſ an Schiſmaticuſ p. 29.
- Imago crucifixi in mar-
more p. 78.
in Gemma p. 81.
- Imaginationiſ viſ p. 107.
- Itiſ an doloreſ ſignifi-
cet

cet
Italia &
de? p.
Juliani
& rru
Judæi V
Cæſar
Chriſt
Labanus
Lapiſ mir
Maurit
Lapiſ An
tariſ p.
Laniena
ſpinat
Leviathan
Liberi ad
miles
Liberi Ra
Pagan
Liſil
Ligaru
roru
Lumbr
Lunus
Magia

cer	p. 241.	Manna	p. 239.
Italiæ & Galliæ lepra un-		Moloch	p. 217
de? p. 11. & 12.		Molocho liberi Judæo-	
Juliani Apostatæ spe-		rum immolati	p. 35.
ctrum	p. 65.	Meteora ominosa	p. 122.
Judæi Vitulolatræ	p. 5.	Medusæ Caput verticale	
Cælicolæ s. Nubicola	p.	ominosum	p. 278.
	18.	Miranda Dei portenta	
Christo Mastiges	p. 49.	prædicuntur	p. 63.
	L.	Moses Astrologus	p. 175.
Labanus an Idololatra?	p.	Moses cum Cornibus	p.
	65.		69.
Lapis mirus	p. 7. 8.	In Mortem Confangvine-	
Mauritaniâ	p. 81.	orum pavores indi-	
Lapis Angelum repræsen-		cant	p. 67.
tans	p. 234.	Mumia	p. 100.
Laniena Parisiensis per		Musca ænea contra cali-	
spinam prædicta	p. 66.	ces	p. 158.
Leviathan	p. 42.	Musicæ vis	p. 125.
Liberi adulteræ marito si-			N.
miles	p. 120.	Nola Avilensis miracu-	
Libri Rabb. Judæorum &		losa	p. 66.
Paganorum an legendi?		Nova, quomodo é locis	
	p. 38.	dislitis possint præsci-	
Lisil	p. 215.	ri	p. 235.
Ligvarum ignorantia er-		Nymphæ sacratæ quid?	
rorum Mater	p. 69.		p. 113.
Lumbricorum pulvis	p.		O.
	69.	Origenis error	p. 52.
Lunus & Luna	p. 217.	Ostentorum natura	p.
	M.		64. 65.
Magia Persarum	p. 88	Ophites	p. 95.
		Onyx	

Onyx	pag. 79.
Oniromantia	pag. 123.
Oliva à meretricie plantata inutilis	P. 142.
P.	
Palmes aureus	pag. 16.
Parisiensis lamina fatalis	108. laniena 66.
Patriarchæ an Astrologi?	P. 169.
Parmentis familia mortem anus portendit	P. 66.
Patrum errores	P. 52.
Persæ an sortilegiacinati?	P. 179.
Pertinacis omen mortis gladius minitans	P. 65.
Pisces an pro Diis culti	p. 19. 21.
Pisces an characteribus insigniti	p. 9. 101.
Pluvia cum crucibus	P. 237.
Podagræ cura	p. 117.
Pontificis ornatus in lapide	p. 7. 8.
In arbore	P. 86.
Portenta	p. 63.
Prodigia varia vid. Dedic. §. 4. 230.	
Proræ cur assignata?	p. 109.
R.	
Rabbini de mundi duratione	p. 44.
Ranunculis cur pluat?	p. 100.
Religionum varietas an ex Astris	p. 197.
Religionum Præsides	p. 197.
Regis coronati figura in marmore	p. 80.
Rosa ex pulvere excitata	p. 98.
S.	
Sacerdotum ornamenta in lapide	p. 7. 8.
In Arbore	p. 86.
Salomon perperam damnatus	p. 25.
Samaritani an Idololatras?	p. 25.
	San-

Sanguis lan
Saracenor
Saturnu
Scorpii o
Scharuir v
ctus
Serpens a
manicus
Serpentini
letum
Somnia
Stella speci
Triuificol
Sarculi dive
rendi
Talisman
Talismanica
rum Med
Santula r
A
A.
Alcasar
Aldrovand
Alexander
zandro

Sanguis sanguinem sistit.	Teraphim	Patriarcha-
	rum	p. 62.63.65
Saracenorum origo	Thema	genethliacum
Saturnus fæctus devorans	Christi	p. 199
Scorpii oleum	Tertulliani error	p. 52
Scharuir vermis archite-	Turcici regni duratio	p. 286
ctus	Tutelares dii	109
Serpens æneus an Talis-	U.	
manicus	Vigilantiæ encomium.	
Serpentini capitis amu-	Dedic. §. 3.	
letum	Umbrae circa Cæmeteria	p. 99
Somnia	Umbrae post clades	ibid.
Stella specie gladii visa	Unguentum armadium	
		p. 151
Syri viscicolæ	Vocum quarundam effi-	
Surculi diversi non infe-	rendi	140
	T.	Z.
Talisman	106	Zephirotz quid
Talismanicarum figura-		196. 197
rum Medicina	117	Zoroaster an Chami filius
Tarantulæ morsus	95	p. 60
	An Homo probus?	p. 58

I N D E X.

Autorum in secundâ parte citorum.

A.	Albertus Magnus	Apulejus
Alcasar	P. de Aliaco	Th. Aquinas
Aldrovandus	G. Alvaretz	R. Ardens
Alexander ab Ale-	A. Angelus	Aristoteles
xandro	P. Apponensis	(()) Ar-

Arnobius	Conciliū Toletanū	J. Gerhardus
Artesius	Comimbricensis	S. Gesnerus
Aventinus	Cranzius	J. Gisenius
B.	P. Cuneus	R. Goclenius
C. Fr. Baconis	D.	J. Graferus
Th. Bangius	J. C. Danhawe-O.	Gualperus
Barclajus	rus	R. Gualterus.
S. Barradius	J. C. Diderici	H.
E. Bartholinus	Dionysius Halicar.	Harmonia Theol.
Basilus	nasseus	Apoc.
Did. Bæza	J. G. Dorscheus	J. de la Hay.
Jun. Boissardus	J. Drusius.	J. H. Heideggerus
J. L. Bisciola	E.	D. Hieronymus
J. Bodinus	Ecstormius	A. Hyperus
H. Boëthius	Elmacinus	J.
P. Borellus	R. Elieser	R. S. Jarchi
P. Blesensis	C. Esculanus	Josephus
Ch. Brabens	R. Esra.	Joh. Isaacus
Braunius	F.	Isidorus Pelusiotā
C.	Franzius	R. Men. Ben Israël.
Cæsarius	Fridbornius	K.
Ph. Camerarius	Frisius	J. Keplerus
A. Caninius	J. Frischmuth	R. D. Kimchi
Th. Cajetanus	Fritschius	B. Rappenius
J. Capnio	J. B. Fulgosus	C. Kortholt
H. Cardanus	G.	L.
J. B. Casalius	P. Galatinus	Lactantius
S. Castellio	Galenus	Langhorn
P. Chrysologus	J. Garibus	Langius
J. Chrysostomus	J. Garzeus	C. à Lapide
Claudianus	M. Gejerus	Lemnius
Clemens Romanus	Gelasii	Decreta

J. J.

J. Jehuda
Livius
A. Libavius
J. Lorinus
M. Lutherus
Lycosthenes
J. Lydus
M.
Macrobius
J. G. Major
Mantuanus
Mantuanus
J. Malcolmus
Mastriolus
Marchantius
Medina
B. Menzera
Mercurius
ni Sans.
Merjennus
G. Mercator
J. Mesue
Meursius
J. P. Mir
A. Mizal
Monume
rthodox
trum
S. de My
Naxera

J. Gerhardus
 S. Gesnerus
 J. Giffertus
 R. Galenus
 J. Graevus
 E-O. Gualperus
 R. Gualterus.
 H.
 Harmonia Theol.
 Apoc.
 de la Hay.
 H. Heideggerus
 D. Hieronymus
 A. Hyperus
 J.
 R.S. Jarchi
 Josephus
 Job. Isaacus
 Isidorus Pelusota
 R. Men. Ben Israel.
 K.
 J. Replevus
 R.D. Rimchi
 B. Rappentius
 C. Kortholt
 L.
 Lallantius
 Langberus
 Langus
 C. à Lepid
 Lemius
 secreta

J. Jehuda Leo
 Livius
 A. Libavius
 J. Lorinus
 M. Lutherus
 Lycosthenes
 J. Lydius
 M.
 Macrobius
 J.G. Major
 Manilius
 Mantuanus
 Majolus
 J. Malcolmus
 Matthiolus
 Marchantius
 Medina
 B. Menzerus
 Mercurius Plato-Philoni sans.
 Mersennus
 G. Mercator
 J. Mesue
 Meursius
 J.P. Mirandula
 A. Mizaldus
 Monumenta thodoxorum Pa-trum
 S. de Myis.
 N.
 Naxera

Nicephorus
 H. Nicolai
 A. Nimphus
 Nisius
 O.
 J. Obsequens
 Oleaster
 M. Opitius
 Origenes Adamantius
 A. Osiander.
 P.
 H. Panthalion
 Th. Paracelsus
 Peritonius
 Persius
 Job. Pererius
 C. Pelicanus
 Piscator
 Pineda
 Plato
 Plinius
 Plutarchus
 J. Pontanus
 A. Possorinus
 Or-G. Postellus
 Ptolomaus
 R.
 J. Reicheltus
 Th. Reinesius
 Resenius

Rhafi
 C. Rhodiginus
 H. Rorarius
 Rosinus
 S.
 Al. Sardus
 J. Saubertus
 P. Scherlogus
 J.C. Scaliger
 Schneuberus
 Fr. & An. Scottus
 N. Selneccerus
 Seiserus
 Sigeberti Chronicon
 J.G. Sigwardus
 Socrates
 Sozomenus
 Alph. Spina
 Suetonius
 T.
 Th. de Torquemada
 Trithemius
 Ott. de Tuso
 Thurnciserus
 V.
 J. Valesius
 Vatablus
 J. Velazquetz
 P. Vergilius
)((2 Vi-

Vitalpandus

W.

Z.

B. Viegas

M. Wasmuthus

M. Zachæus

P. de Vineis.

Ol. Wormius

J. B. Zupus.

I N D E X

Verborum & rerum in 2. Parte Notarum.

A.		balisticum, Histori- cum, Angelicum
Abraham an Astrolo- gus? n. 71		n. 100
Ejus confabulatio cum Agar. n. 86	Amuleta	n. 85. 90
An Chaldæis contradi- xerit 84	Amuffis	n. 100
Achazi Horologiū. n. 69	Angeli Præsides	n. 66. & n. 72
Achillis Clypeus n. 70	Regnorum	n. 72
Acies igneæ Meteor n. 93	Præceptores Patriarcha- rum	n. 72
Adad. n. 65	Anima Mundi	n. 68
Adami continentia n. 85	Animal Mundus, ignis, stellæ	n. 77
Oratorium n. 80	Animæ rationalis	n. 77
Remediū malorū. n. 100	Anni novi mensa	n. 89
Adamiel n. 84	Anguli Principales	n. 90
Aderenofa n. 81	Anaxagoras Clazome- nus	n. 95
Ædiculæ Dianæ n. 82	Ejus opinio	n. 98
Æmeth. n. 100	Apium Examen in nubi- bus	n. 93
Æternitas n. 99	Apollo Thianæus quis n. 96. b	n. 84
Ejus indices aves ibid.	Apollo cum Arcu	n. 84
Ajax Augusti n. 100	Apenensis	n. 90
Albedo nivis n. 98		
Ali lat n. 85		
Alphabetum Gram. Ca-		Aqui-

Aquila Met
Aqæ colo
Ara
Arbor, ma
Arborbe
Arbor loc
Arabum
Arabum
nerem
Illorum L
Ariel.
Arma & st
bibus
Asini & R
Aspectu
Astaroth
Astarte
Astra an L
tiones
Virtus, A
AnNota
As poæ
Astrolō
Atlas
Athla
Differu

Aquila Meteor	n. 93	Atomi	n. 98
Aquæ color	n. 98	Autor Libri de 3. Impo-	
Ara	n. 93	storibus	n. 75
Arbor, meteor	n. 93	Ἀφρόδιτος	n. 86
Arbor Saphiroth	n. 73	Aves alteræ & arcule	
Arbor loquens	n. 99. b	quid?	n. 99. b.
Arabum Chobar	n. 80	Cantrices.	ibid.
Arabum Oratio ad Ve-		Clades prænuntiant &	
nerem	n. 80	tempestates.	ibid.
Illorum Lapis	n. 80	An circa Pascha lætiores.	
Ariel.	n. 100		ibid.
Arma & strepitus in nu-		Earum Sympathia cum	
bibus	n. 93	Astris	ibid.
Asini & Ranæ Sigillum		Loquela	ibid.
	n. 90	Auguria	n. 99. b.
Aspectuum incertitudo		B.	
	n. 83	Baccham	n. 80
Astaroth	n. 85	Baculus Meteor	n. 93
Astarte	n. 85	Barchosba	n. 80
Astra an Leges & muta-		Bellum Rusticum	n. 99. b.
tiões causentur?		Belli præfagia.	n. 93 &
	n. 74		99. b.
Virtus, Anima	n. 77	Ben-Chocab.	n. 80
An Notas forment.	n. 91	Biblia prohibita	n. 100
Ἀστρολογία	n. 81	Bilder-Kreis	n. 99
Astrologia	Judiciaria	Bitter Urbs	n. 80
	n. 87	Bodini Error	n. 77
Atlas n. 67. mons.	ibid.	Bos Meteor	n. 93
Athla	n. 91	Brachtam	n. 80
Differunt à Genituris		Bruta an habeant discursum	
	ibid.		n. 99. b.
		() (3	Cæ.

C.		
Cæna Hecubæ	n.89	Cælum expansum n.109
Caini signum	n.100	Lyra, Domus, Speculum, Facies, Tentorium. ib.
Cardani Testimonia.	n.74 & 99	Color aquæ & nivis. n.98
Mors inediâ procurata	n.99	Cometæ & eorum gene- ratio n.99
Candelabrum	n.90	An Animalia? ibid.
Canis Meteor	n.93	An per malos Genios moveantur? ibid.
Castellum ardens	n.93	Figura, Usus ibid.
Cataphractus eques.	n.93	Observationes, Encomia eorum ibid.
Chus	n.65	Columba Meteor. n.93
Christus Manna, Triti- cum	n.81	Concilli Tridentini por- tentum n.93
Christus omnia	n.86	Cornix n.99
Christus an pro astris mortuus	n.77	Cornicum & Graculo- rum pugna n.99. b.
Christi Thema nataliti- um	n.76	infausta ibid.
Chima quid?	n.78	Corvus dirus n.99
Chocab	n.80	Conscientia mala avis n.99. b.
Chobar	n.80	Columnæ Herculis. n.67
Chamarium n.84. & 88		Color rubeus n.87
Cyun quid significet?	n.87	Cras Corvinum. n.99. b.
Cineribus cur plumæ injectæ?	n.99. b.	Cruces in nubibus n.93
Circulus viridis	n.68	Omina ex illis n.94
Clypeus Meteor	n.93	Unde? ibid.
Clypeus Achillis	n.70	in vestibus, in Mappis, in Syndonibus ibid.
Cochabiel	n.84	In nive n.98
		CruX

CruX coron

Carrus Soli
Cursus ste-
mus

P. Danesii

Dentes q

Diaboli M

Digitus ab
probatu
Domus X

Dogmata

Domicilia

Domus I.

scopi

Draconis

Drosome

Ebræi A

Ecclesia

sum

Ecclesia

lum

Elias

Emped

Embler

Enoch

- Crux coronata in extis Epulæ pauperum n.89
 n.94 Epitaphium Mantuani
 Currus solis n.65 n.99.b.
 Cursus stellarum citissimus Equi Solis n.65
 n.83 quomodo oblati. ibid.
 D. Expansum quid n. 100
 P. Danesii Apophtegma Ezechiæ Regis Axioma
 n.99 n.100
 Dentes quod in ore? F.
 n.83 Fabulæ ex Historiâ n.70
 Diaboli Martyres n.80 Gentilium scriptis im-
 & 65 mixtæ ibid.
 Digitus abscissus signum De Sole & Lunâ n.80
 probationis n.80 Focus ignis Solis n.65
 Domus XII. Zodiaci Formicarum otia. n.99b.
 n.90 G.
 Dogmata Platonis n.77 Gaphar. n.100
 Domicilia Cæti n.90 Gad unde dicitur n.89
 Domus I. an pars Horoscopi Gassendi opinio de figurâ Nivis n.98
 Draconis Symbolū n.90 Galli cantus n.99.b.
 Drosomeli n.96 Gemmarum Sigilla n.90
 E. Genethliacum Thema
 Ebræi Astrologi n.71 n.83
 Ecclesia dicitur expansum Genethliacorum consensus n.83
 n.100
 Ecclesiæ afflictæ Symbolum Genitura ab Athlo dif-
 n.78 fert n.91
 Elias n.65 Grandocum Guttulis
 Empedoclis error n.99.b. sanguineis n.95
 Emblema n.99.b. n.100 Figurâ oculorum quadrata
 Enoch n.67)(4

Linea quid?	n. 100	Ejus Appellationes.	n. 81
Linea viridis	n. 68	Figura	ibid.
Liber mundi explican-		Libamina oblata	n. 82
dus	n. 100	Lunæ effigies in variis	
Libri cælici inventores			n. 82
	n. 100	Cultus	n. 86
Libri visibiles & invisibi-		Luminare magnū	n. 80
biles	n. 100	Lucifer	n. 80
Librorum Veterum faci-		Luscinia suspendit vo-	
es	n. 100	cem	n. 99
Libri combusti	n. 100	mirè facunda	n. 99
Liber Adami malorum		Diracanus	ibid.
remedium	n. 100	Ma. Ma. Ma.	n. 100
Agni & Vitæ	ibid.	Martyres Diaboli	n. 80
Antonii Monachæ	ibid.	Matres Diaboli	n. 85
Chami	ibid.	Mazalthob	n. 88
Enochi	ibid.	Mazaloth	n. 90
Intus & foris scriptus.	ib.	Marcucodiata	n. 99. b.
Naturæ	ibid.	Mars	n. 84
Pauli Eremitæ	ibid.	Madimiel quis?	n. 84
Salamonis tres libri su-		Manna	n. 96
specti	ibid.	quid	ibid.
Scripturæ Liber		Anâ numerando	ibid.
Liber sed hi	ibid.	An Ros, ac Meteor	ibid.
Simulachrum cum libro		An Vox Chaldaica, an	
in manibus	n. 100	Ægyptiaca	ibid.
ingens Zoroastris	ibid.	unde dicatur	ibid.
Luna & Lunus cur?	n. 86	An in illo littera vau	
Luna	n. 84		ibid.
Ejus fabula	n. 80	in Gallia delapsum	ibid.
Lunâ quartâ nasci, quid?		An variis Saporis	ibid.
	n. 77	() 5	Man

Man hu, unde	ibid.	Navis in nubibus	n.93
Membra hominis tripli-		Nigidius Figulus	n.83
cis	n.73	Nix an alba	n.98
Meimonides	n.78	unde albescat?	ibid.
Mensa fortunæ	n.87	An habeat colorem.	ibid.
	& 89	Rufescit	ibid.
Mensæ mensales	n.89	Habet vermiculos	n.98
Mensa Solis	n.89	Rubea, cærulea, crocea	
Meteora duplicia	n.93		ibid.
Meteora varia	n.93	Figuræ variæ, quindecies	
Mercurius	n.84	variata	ibid.
Militta	n.85	Nix cruciata	ibid.
Milvus	podagricus	Nogal	n.84
	n.99. b.	Nubium motus & varius	
Mithræ sacræ	n.65	aspectus unde?	n.92
Moloch,	n.84. & 86	Notæ in illis	ibid.
Motus stellarum	n.83	Nummus Friderici Re-	
Planetarum	ibid.	gis Siciliæ	n.100
Monstrum cuius caput		Nummorum pluvia	n.95
Concha	n.100	Qualis ista & unde?	ibid.
Mundus	Archetypus	<i>Nyx</i> <i>Ἠμέριος</i>	n.84
	n.68	O.	
An Animal	n.77	Octavii Augusti Geni-	
Anima ejus	ibid.	tura	n.83
Mutationes rerum pu-		Oculi Aurei Jovis	n.87
blicarum unde?	n.73		& 92
Mulier in nubibus	n.93	in Grandine	n.97
N.		Omina ex crucibus.	n.99
Nativitatis fidus.	n.78	Ex delapsis lapidibus	
	& 90.		n.95
Nascendi principiū.	n.83	Oratorium Adami	n.80
		Ori-	

Originis erro
Oth

Panis pran
Panis 12.0
Parra Avis

Perfarum
tus

Philoftrat

Pictura Vi

Sufficient

Lunæ

Pietas Lea

Plato

Ejus Dog

Planetæ

Illorum n

Characte

An Præ

illis a

Nomina

Vires

Pluvia L


ræ. l.

mor

Plumæ
rum
Plumæ
lur
Poli
fun

Originis error	n.77	Quid, unde dependeant.	
Oth	n.100		ibid.
	P.	Poculum auspicii	n.81
Panis præparatus	n.96	Præceptores Patriarcha-	n.72
Panes 12. quid?	n.90	rum	n.72
Parra Avis quid?	n.90	Præsides Regnorum	n.72
Perfarum Rex abscondi-	n.100	Præfagia avium	n.99b.
tus	n.100	Probationis signum	n.80
Philostratus	n.99.b.	Pseudepigrapha	n.100
Pictura Virginis	n.81	Pueri cur 8die morian-	n.85
Sufficientiæ	ibid.	tur	n.85
Lunæ	ibid.	Q.	
Pietas Lex	n.89	Quadrata grando	n.97
Plato	n.70	R.	
Ejus Dogmata	n.77	Rakia	n.100
Planetæ	7.n.84	Regeneratio	n.83
Illorum motus	ibid.	Regnorū præfides	n.72
Characteres	n.83	Remphan & Rephan	n.78
An Præcepta Decalogi		Remedium malorum A-	n.100
illis assignanda? n.84		dami	n.100
Nomina juxta Ægyptios	n.87	Rempha Lucifer	n.87
	n.87	Religionis principium	n.75
Vires	n.89	Ejus signum	n.90.
Pluvia Lactis, Lanæ, ter-		Non nititur humanis	
ræ, Lapidum & Num-		principiis	
morum	n.95	Rhazael Angelus libri	n.100
Plumæ in locum cine-	n.99	largitor	n.100
rum conjectæ	n.99	Ros crucem imprensens	n.94
Pluma Vanitatis Symbo-	n.99		n.94
lum	n.99	Rota Nigidii Figuli	n.83
Poli Cardinalis respon-	n.83	Sa-	
sum	n.83		

S.			
Sabathiel quis	n. 84	Stella Justitiæ	n. 83
Saturnus	n. 83	Stella Meteorum	n. 93
Sates in Astrologum	n. 83	Stella nigra	n. 99. a.
Schemoth	n. 73	cum machinis bellicis	ibid.
Schiboleth	n. 81	Stellæ an Virtutis & Vitii ca-	
Scorpius ingens loquitur	n. 99. b	paces	n. 77
Semeliel quis	n. 84	Stella	n. 100
Sephitoti	n. 73	Sympathia Astrorum & Avi-	
Simon Turvæus & Simon de		um	n. 99. b.
Tornaco	n. 75	T.	
Siderum motus velocissimus	n. 83	Tentorium	n. 100
Cognosci nequis	ibid.	Terriacamentum puerorum	n. 85
Sidera cur signa.	n. 99. A.	Thema natalitium	n. 83
Signum Caini	n. 100	in illo quæ observanda	n. 90
Signa XII. Zodaici	n. 90	Thier. Kress	n. 90
Sigilla Gemmarum	n. 90	Turris Caligulæ	n. 100
Religionis	ibid.	Tycho Braheus	n. 99. a.
Sicles Samuelis	n. 96	V.	
Sibylla Tiburtina	n. 81	Vanitas plumata	n. 99
Simulachrum Samaritanum	n. 87	Vau an in Manna	n. 96
cum Stellâ	ibid.	Nota Senarii, Combinationis	ibid.
cum libro	n. 100	Quid Cabalistic significet, ibid	
Sol Mythra	n. 65	Venus, n. 84. Deus	n. 86
Ejus sacra	ibid.	Vesuvii Montis tempestas	n. 94
Sol	n. 80. & 87	Vexilla in nubibus	n. 93
Ejus cursus	n. 83	Voluptas pro Deo	n. 80
Mensa	n. 89	Voisgra Avis, quid	n. 99
Pictura	n. 65	Urania	n. 81
Solestres	n. 93	Urbanus Octavus P. R.	n. 83
Solis Theca	n. 100	Z.	
Spica unde dicta?	n. 81	Zedechiel	n. 84
Spica Sidus	ibid.	Z. H. O. I.	n. 96
Spicæ Ifidis	ibid.	Zodiaci XII. signa in rationali	
Spuma cur albescat	n. 98	Pontificis	n. 90
Stellæ an Animalia. n. 77. seqq.		Zodiacus unde dicatur	n. 90
Stella in Simulachro Cæsaris	n. 87	Quid sit,	ibid.
		Zoroastri Liber	n. 100



Vol. 1-2

~~PARA~~

SUB Hamburg



938052816

